
[illegible]

SCHOLIVM, SEV BREVIS INTERPRETATIO, AD GLOSSAM (IN PRIMAM ET SECVNDAM PARTITARVM PARtem) conditam per eximium, & valde literatũ, multisq; nominibus extollendum, Gregorium Lupesium, olim consiliariũ Regium: vbi dictæ glossę conclusiones, cum maiori & veriori illucidatione, quam hactenus habentur: nouiterq; additis, nonnullis annotationibus, ad ipsas leges.

¶ AVTORE DOMINO BARTHOLOMAEO DE HVMADA Mercado, Mudarra, Licenciato, Cantore, seu Primicerio in ecclesia Talauerensi.

¶ *Ad Ferdinandum de Vega, Fonseca, Vlloa, virum clarissimum, nobilissimumque Præsidentem in summo, & amplissimo Indorum consilio.*



CVM PRIVILEGIO

Madritij. Excudebat Quirinus Gerardus. Anno M.D.LXXXVIII.

¶ Tassado en marauedis el pliego.

Elli ...

EL REY.



POR Quanto por parte de vos el Licenciado Don Bartholome de Humada Mercado, Chantre de Talauera, vezino y natural de la Ciudad de Ronda, nos fue fecha relacion diziendo, que vos auiades compuesto vn libro con mucho estudio y trabajo sobre la Glossa del Doctor Gregorio Lopez en la primera y segunda Partida con nueuos apuntamientos a las dichas Glossas: suplicando nos le mandassemos ver y daros licencia para imprimirle, y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como en el dicho libro por su mandado se hizieron las diligencias que la prematica por nos vltimamente fecha sobre la impression de los dichos libros, dispone. Fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula en la dicha razõ, e yo tuuelo por biẽ. Por lo qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años cumplidos que corren y se cuenten desde el dia de la fecha della podays imprimir y vender en estos nuestros Reynos el dicho libro que de suso se haze mencion por el original que en el nuestro Consejo se vio, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin dellas de Christoual de Leon nuestro Escriuano de Camara, de los que residen en el nuestro Consejo: y con que antes que se venda le traygays ante ellos juntamente con el original, para que se vea si la dicha impression esta conforme a el: o traygays fee en como por Corrector nombrado por nuestro mãdado se vio y corregio la dicha impression por el dicho original, y quedan ansi mismo impressas las erratas, por el apuntadas para cada vn libro de los que ansi fueren impressas: y se os tasse el precio que por cada volumen aueys de auer y lleuar. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna no le pueda imprimir sin licencia vuestra, so pena que el que lo imprimiere, y vendiere, o traxere de fuera parte, aya perdido y pierda todos y qualesquier moldes y aparejos que del tuuiere, y los libros que vẽdiere en estos nuestros Reynos, e incurra mas en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra Camara: y la otra tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa, corte, y chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros juezes e justicias qualesquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros Reynos y Señorios, ansi a los que agora son como los que seran de aqui adelante, que guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos: y contra el tenor y forma della, y de lo en ella contenido no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en Madrid a veynte y seys dias del mes de Março de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Iuan Vazquez.

ERRATAS.

Folio 1.coluna.2.linea.14 &ipso,diga &inipsa Y lin ensinm,entium. Y col 4 lin 6 cõmodo,quomodo.2 1.41 mare,mari. 2.2 20.sedes,sedis. 3 2.14.censatis,sensatis y lin.25.alienı,alienę. y lin 30.Paises,Pais y lin 48 consules,consuls y col 3 lin. 3.ad oscensiendum,ad discentiendum, y col.4 lin,20 qui,quæ. 4.2 3 quinquenius,quinquenis. y col.3 li 36 Græci.Garsi. 6 1.23 Robena.Rauenna. 7.2 20.quod non autem.quod autem non. Y lin 31.ergo.ego y lin 45.est iu, est de iu. 7.4.15. â Deo adeo. y lin 26 titulum &,titulum de. y lin.40 preuignus priuignus. 8.2.13 prodit,prodidit. y col 4.lin 27.scripta, scriptos. 9 2 45 Grenensem.Giennensem. y col 3 lin 6 iuri,iure. 10.3 2.ambiget,ambigat. y lin 17. stature,statuere. 11.1.18 mini ,admini- y lin 23,consilin,concilio. y lin.24.mo,mi. y lin 27,firmationem,confirmationẽ. y lin.45 conteptas, contentas Fol 12 colu.3 li 17.pascsẽ pa sen Y li.36 statuit,stabit Y lin.antep.aectores rectoris. 14 2.26.breuissime, breuissimis. Y lin.45 habei,habetur Y lin 49.extragat,extrahat Y col 4.li.antep.seniorem,saniorem. 13 2.42 stitutiones quæ ius, stitutiones ius. Y lin.43.tollant & corrigant,tollunt & corrigũt. Y li 52 cognoscendam,cognoscendum. 13 2.44.teris,terius. y col 3 lin 44.patruum,patrum. 14.1.31.expectat,spectat. y lin vlti decesibilis,defacili poterit, decisibilis de facili.poterit. fol.11 col 2.lin antep tempus,temporis. y col.3.lin.5.pag. par. 16.3.45 tutus,tutum. y col 4.li 13.inuocat,vocat. 17.3.42. iis vmbello vel pęna, is,vmbello vel penna. 18 3 4. magis magnis. y lin.50.deserunt deserunt. 19 1.31.Quam sentẽtiam. Quæ sententia. y col.2 lin.9 veros:verò y lin.11 resoluit:resoluere. y lin.13.delinquens delinquẽtem. 21.3 44.arctamur. arctantur. y col 4.lin.35 spirita spirata. 22.2.4 gedetur cum similibus. getur cum de similibus. 23.2.44. Graciani. Gratiano. 24.4.11.offio præti. offic.præsi. 25.1.22.Traconem.Tarraconem 26 1.30.simplicitam simplicitatem. 27.2 44. expectant,spectant. 28.1 49.consilio.concilio. 30 1.45 iuri,iure. 31.4.8 Viator.Victor. 32.1 28.loco.locum. col 32 li. pen.rosea,rosa. 33.1.35 mortum,mortuum. 34 1 17.dicerem dicerent. y lin.26.est. es. y col.2.li 7.expectet.spectet. y col. 4.lin.1.consil.concil. y lin.7.injurias,injurios. 35.3.17. obtitere obtinere. y col.4.lin.21 velet. dixerat. vellet diceret. 36.1.1 fieri de, fieri. 37.4 37 libitu libito. 38.2 antep.ob omittam, ob hoc omittam. 39 2.26 cisanniã,zizanniam y lin.46 somnus,sonus 39 4.42.natu,nato. 40.1.pen venerab.venerat. 41.1.20 aut,autem. y col.2 lin.16.tassa,taxatio y lin 37. qui, quæ y lin 44 tassam,taxationem. y col.3 lin.2.liberi liberæ. 42.2.32.ex Oriente,exoriente. 43.1 22.Hugum,Hugonẽ 43.2.6 introitu,introitus. y lin 32.culto,cultu. 44.2 33.somnant,sonant. y col.3.lin 37.delit,delet 45.4. y lin.3. 5 8.14 50. expectat,spectat 46.2 43 expernendi spernendi. y lin.50 Forentium,forensium. 49 1.1.quod sacer. os, quod si sacerdos. y lin.3.cto,alba,singulo ctu,alba,cingulo. 51 2.27.quoddam.quandam. y col.2.lin.30 requiritur,reperitur. y col.4.lin. 10.falli,fallere. 52 2 45 colibet,quodlibet. y lin pen libitu,libito. y lin 38.ceteri,cæteros. y lin 39.laicis,laicos. 54 1. 33. expectaculis,spectaculis. y lin.42. quodquam redi-, quodq̃,redi- 54.2.28. videatur,videtur. 54.4.43. obtuitus, obtutus. 55 1.48 sistiens,sistens. y col.3.lin.31.quarũ vna,quorũ vnus 55 4 28 pula,plura. 56 2 26 fiat,fuit. y lin.34,pænæ, pæna. 57 3 20.inscitando,visitando 59 2.23 audatiorem redeant, audaciorem reddant 59 2 44.irregularitas, q̃ irregularitas y col.3.lin.32.detrusis,detrussis. 60.1.42.minlta,muta. 61.1 36.pote,po. y col.3.lin 7.districta,destricta. 62 2.22.tradebitur, tradetur. y col 4.lin.15 procedere,præcedere. 63 4 30 interpretauit, interpretata est. 65.4.34. â dicta.l,14 ad l.14 65.4.3. in redibus, de redditibus. 67.3.8.quauis,quamuis. y lin 9.deriuatur,deriuetur. 69.4.13 catæ aurea catorum aureorum. 70. 1.18 pręse,per se. y col.4 lin.5 frangerat. frangeret. y lin 6 deuoranerat,deuorasset. y lin 42 exagio,exactio. 70.3.5 ista, ita. y lin 26.reiis,realibus 71.3 8.iniusto bello assistunt, in iusto bello assistit. y lin 14. percutionibus. percussionibus, 73 2.4 Regno,in regno. 74.1.11.ob,ad. 74.2.7 addo q̃ etiam, addo etiam, y lin.26,dantia,dantibus. 75.3 19.argenti argentei. 76.2.19 cepata,cepta. 76.4.13 nu. i vbi post, nu.1.post. y lin 16.inquit crimen,crimen. 77 1.7. cæterum vero, cæterum. y lin.38.colligans,allegans. 77 3.38.net,nut y lin.42.in vrę,incuren 78.1 35 tine,tunc y col.3. y lin 5. exacerbiori, acerbiori y lin.9.nuptu,nutu. 79 3.1 rem,res. y lin.2.vxoriam,vxoria y lin.7 ista,ita. 79.4.3. accepta,acceptata. y li,42.nuptum,nutum. 80.2.15 minori quod mãgis est vi. minori,vi 81.4,18 datorum, datorem. 82.1.43 disponens,dispẽcet y li 46 eam intelligit,intelligit. y lin.vlti dixerat,diceret. 82 2.1 reliquerat, relinqueret. y lin 58 præcitus,percitus. y col 4 li 5. vacasse,vouisse. 83.1 40 ambigitur,ãbigat. y lin 32 beię, beias. 83,4.12 prismo de cetu,quorum: prisme,de cętu quorũ. 84 1 8.centire velit. sentire vellet. y lin 26 est. es 85 4 22 eij ,inij- 86 2.14 da de, dam de. y lin.16, 1 et iudicium, prejudicium. 86 2.23 percusiens,percutiens. 86 3.9.fit,sit, 87 3. 32 cogerit,cogeret. 88 1.7 fiat,vel aut, fiat,aut. 89.1,25 exercitus, exercitu. y col.4 lin 25 iuramento,inmento. 90.1.17.vsq; dummodo,vsque dum. 91.1.11.quid,quia. 93,4.18 efficaciter, efficiatur. y col.2.lin 28,generi moris pri-, generemoris pri 94 1 25.intellige- intellexe- y lin 47.parochialis demolitur parochialis,demolitur 94 3.13.pecce,petit. y lin 39. semenierios, cæmiteria 94 4 15 dominium,dominium 95 1 49 legi,lega. y col 2 lin.pen.an si sit,an sit. y col.4 lin 4 decogunt,decoquunt. y lin 6 abroga, abrogata. 96 3 40. fuerant, erant. y lin.fit,sit. 98 3.14.respondã,respondebo. 99.4 28.expectant,spectant. 100 2 15.vituita. viduita. y col.3.lin 10 Mora.Morabi. y col.4 lin 8. vnaqueque vnamquamque. y lin 36 y antep. discipat, dissipat. 102.2.5 ex &. y lin 31,ctus ctatus y col.3 lin 4.quantũcunq̃. quantum cum. 104 1.3 repetio.repetitio. 104 3.15 temporalibus.temporibus. 105 1 11.expectet. spectet. y col 2.lin.14 adde. adiu. y col.4 lin 28. transferebitur. transferetur. y lin 46.Larberti.Lãbert. 106 4 48 nuncia. in vncia. 109.2 40.vacari,vacare y lin pen. ius contrarium.contrarium. 109 3.13.nuptu nutu 111 2.49.serua.Selua. 112.1.47.expe spe. 114 1.47.mula multa. y col 2 lin.3. liã morapetinorum æreum. lium morapetinorũ æreorũ. 114 3 45. alias,alię. 115 2 28 præia.)quo vult. præla)vult. 116 3 5 pates.pantes. y col.4.lin.18. expo. spe. 117.3.47 d bellissimis de bellissimis, 121. 3.2 regulã s.quod &c. regulam. y lin 3 diga Princeps non. y col 4 lin 20 Grac.Garsi 114.2 19. notauit, mouerunt 124.3 34.virum,verum 125.1. 4. alienatio,venditio. 125 3 47.subsinte, succincte. 228,4.50 deres, degi 229.2. 35. nõ per. nam per. y lin.50 præspecta, perspecta. 130.1.15.pactu,pacto. y col.4,lin 44.luccessione,successionum. y lin 48 censientes. censentes 131.2.11.incoluma. incolumia. 133 3 19.iusta,iuxta. 133 4.16 miendi. ineundi. 134. 1.38. herde.hercle. y col.2.lin.2 præseps,pręses. 134.1.37.vult velit. 135 4.31 peccata. pacata 136 2 47.quod quibus. 137 4.22.expẽctat. spectat. y lin,26 tũ. totum y lin.1 30.sed est ex causa 140.1.26.tolle diuini, tollendi vim. 142 3.14.preceptio. perceptio. 144.2 4.commiserunt. commiteuerunt. 148 2.44 detur. detur inter. 148. 4.35. manere,qui non. manere, non 149. 3 5.Et sic vnum vnum. 150 1 34 ratio nepotibus ratio in nepotibus. 153 2 9 incipit.incepit. y li 12.cotia.con- y col.3.lin 25 successor Regni,vel a iure. successorem Regni,vel alterius y lin.vlt.stiã stræ. y col.4 li.12. subiectis subditis. 154 1.16.Regalia largitate, Regali largitate 157.1.16 leucosum,leucarum. 157.3 50.in mittentem, imminentẽ. 156. 1 35 ex, ab, 156.3 9 causis,casibus. 157.2 45 quod habet que,quodq̃ habet. 157.1.32 expectabat,spectabat. 158.4.pẽ.patit, pati. 159 1.31 demicando,dimicando, 160.1.9.continerat, contineret. y lin.45 expectat, spectat. y col.3.lin.22 crepit,crepat. y lin.ibid.cuta,gutta. y lin 28. Diascoride in libro, Dioscoridem libro. 161.2.17 dedicesse,dedisse 161.3.50 vtilitate,vtilitas. 163.2.35.præces,præses. y lin.38 ma delinquendi volũtate,vt mo,vt. 163 4.17.collora,corolla. 164.1.vlt. nõ esse, esse. y col.2.lin.19 instructio,constitutio. y lin.31.instrumen,instructio. 166 2 19 discipticne,discretione 167.3 15.egimus; agimus. 167 4 19 iustum,iussum: 170 4 20.& ad hoc, & hoc. 172.1 2 vegetmũ,vegetum. y lin 15.infidelitatis fidelitatis. 172.4.44.fingebatur,cingebatur. 173 2 testuum,testam num. 175.2.39.teneat,tenuit. y col 3 8 multa,licet multa licet, 176 4.14.dominum,dominium. 177.1.antep iusta,iuxtã. y col.2.12.expectat spectat y col 4.19,ista,ita. y lin 12 stit rãi, extiterant y lin 42. censiunt,censent 178 3 36. dicebis,dices. y col.4 lin 12 cedent cedunt. 179 2.3. accessoris, assessoris. 179.4.8 factis facti. y lin 6.y 8,præfactio.præfatio. y lin 9 toti,totæ 179 4. 9 pręfactionibus præfationibus,

¶ En Madrid a veynte y siete de Agosto, de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

Iuan Vazquez del Marmol,

YO Christoual de Leō escriuano de camara del Rey nuestro señor, y vno de los que residen enel su Consejo, doy fe: que auiendose visto por los señores del vn libro intitulado: Scholio sobre la glossa del Doctor Gregorio Lopez, que son la primera y segunda partida, con nueuos apuntamientos, que con licencia de los dichos señores hizo imprimir el Licenciado Don Bartholome de Humada, Mudarra, Chantre de Talauera: tassaron cada pliego de los del dicho libro en papel a tres marauedis: Y mandaron que antes que se venda se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de tassa. Y para q̃ dello conste, de mandamiento de los dichos Señores, y de pedimiēto del dicho Licenciado Don Bartholome de Humada Mudarra, di esta fe. Que es fecha en la villa de Madrid, a seys dias del mes de Setiembre, de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

Christoual de Leon.

FERDINANDO A VEGA, FONSECA, VLLOA, Præfecto summo Prætorio Indorum. Dominus Bartholomæus Humada, Mercado, ac Mudarra, S. P. D.



Vbinde mente agitaui, dignissime Præsides, quo nam pacto possem animum in te meum ostendere, vel meritis & beneficijs in me tuis, aliquam gratiam referre. Verum cum nullum tempus, aut occasio se obtulisset, in qua mihi liceret, gratitudinis significationē dare, ne longæ obliuionis vitio damnarer, tandem visum est, nihil perinde tibi gratū fore, pro tua in me beneuolentia, quàm si qua studiorum meorum ratio constaret. Quare cum inter alia iuris Cæsarei, ac Pontificij scripta præclaram illam Glossam Gregorij Lupesij, in septem partitarum libros perlegissem, mecum ipse constitui styli, ingenijque exercendi gratia, scholia quadam seu breues interpretationes in eandem Glossam scribere. Quoniam autē hactenus, in primam & secundam partitam, tantum hunc laborem exactè impenderim, periculum facere decreui, priusquàm in lucem exeat, hoc quicquid est mei fœtus, an in manus hominum, aliquando oporteat deuenire. Ideò grauissimæ tuæ censuræ submitto tanquā illi qui culmen iuris prudentiæ attigisti, ac scientiam cum lacte nutricis suxisse videris, vt eximiæ eruditionis & iudicij lima prosequaris. Ea tamē lege pactum sit, vt si mea isthæc lucubrationes tibi arriserint, dignaq; videbuntur, quę in publicum prodeant, totum opus, quinque partitarum reliquarum, quod semi absolutum habeo, libenter persoluam. Sin aliter euenerit, blatis & tineis quod aiunt, meritò relinquatur: quod omne (si fœliciter in lucem prodierit) tuę mirificę prę excellentiæ dedico & dicabo. Morem antiquorum scriptorum sequendo, qui quamuis peritissimi, sibi virum integerrimum seligebant, cuius authoritate, tanquam Aiacis Clypeo tecti, conatus petulantium, morsus ac iniurias, facilè vitare possent: ob quod eidem suos labores offerebant: quæ consuetudo, maximè apud Aegyptios inoleuit, qui sua opera & scripta, Mercurio tanquam Deo ingenij, ob eundem finem dedicare solebant. Eodem igitur modo, ego te perquam Illustre Præsidens (cum chariorem alium mihi, nec digniorem reperiam, prout apertius id sapientissimi Philippi Domini ac Regis nostri electio ostendit, qui cum te tot virtutibus præditum, & scientia eminentissimum nouit, prefecturæ Consilij Indorum prępos uit, illisque grauissimis curis subrogauit, quibus vt in alijs, etiā non exiguam partem, negotiorum suorum sustines, adeò vt nouus quidem Hercules, fesso Athlanti humeros supposueris: talemque te esse, vltra Principis electionē, longa experientia docuit, ac proauorum tuorum illustrissima progenies prędixit.) Pro defensione huius operis, tanquàm Dominum ac Patronum suscipio & primitias has tibi dedico, vt eas meque, à proteruis iaculis inuidentium protegas, ac defendas: ita quod in iaculatores retorqueatur. Neque enim hoc onus, meis humeris imposui, quod inanis vulgi fauorem, gratiamquè captarem, sed vt tibi potissimum, Patrono & Domino, otij, simulatque negotij rationem redderem. Vale.

Soliloquium ad Lectorem.



VM Nulla cura, ratione officij, aut beneficij, seu exercitij, impeditus, imo in summo otio, & quiete, studio literarum vacando: prout mihi de more, quadam insita naturali inclinatione semper contingit essem. Mente certam prouinciam (quanuis duram) sumere, cuius laboris fructus, gratus & vtilis studentibus esset, euenit. Nullamq; gratiorem fore, quam si Gregorij Lupesij, aureum istud glossema interpretarer, existimaui. Quam deliberationem, executioni mandare decreui: haud eo animo, vt sententias nostri Gregorij improbem, sed vt per distinctiones, ampliationes, & limitationes, tam pro eis, quam contra eas, communes, & magis communes opiniones adducendo, quæ receptiores sint habeantur. Quis enim ego sum, qui sensu paruus, doctrina minor, gradu, ac authoritate minimus, de tam prudentissimi viri sententijs, censor & iudex, velim esse? melius etenim foret, frœna ori imponere, quam de illis temerario iudicio aliquid dicere. Nisi in quantum (salua honorificentia maiorum.) licet dicta sua corrigere: puta si contra veritatem censuerint. Nam quanuis amicus Plato, magis amica veritas. c. neque quorumlibet. 9. distin. quo casu, quanuis per minorem veritas inuestigetur, nulla iniuria maiori irrogatur. l. potioris. C. de officio rectoris prouin. sæpe enim reuelat Deus minori, quod maiori celat. c. sto subiectus. 95. distin. c. nullus. 39. distin. c. quanuis errare. 38. distin. neque & si minimus, improperandus erit, qui factum alterius subtiliter emendat. l. 1. §. in omnibus. C. de vete. iure enuclean. quę confirmantur, authoritate Agusti. dicentis: ego Episcopus tot annorum, á collega nedum anniculo paratus sum edoceri. c. si habes. 24. quęst. 3. Accipe ergo candide Lector, has meas lucubrationes, quæ quales qualesipsę sint, mihi soli ascribas, (cui nullus alius, nec in multo, nec in pauco, auxiliatus est, nisi omnipotens filius Dei, Iesus Christus dominus noster, á quo vera sapientia effluit.) Eas tandem tibi trutinandas trado, si toruum supercilium deposueris.

Vale.

In nomine sanctissimæ Trinitatis.

INCIPIT SCHOLIVM AD GLOSSAM IN PARTITARVM LIBRIS CONDITAM PER EXIMIVM, ET valde literatum, multisq; nominibus extollendum Doctorem Gregorium Lupesium olim Regis Consiliarium, Autore Domino Bartholomeo Humada Mercado, Licenciato Cantore, vel Primicerio in Ecclesia Talauerensi.

In Prologo Partitarum, in part. 1.

1 *Quid Deus sit secundum substantiam ac naturam.*

1 GLos. 1. in verbo. *Dios es comienço*. Glos. dicit Deus est omnium scientiarum caput, & autor. Nos autem altiori indagatione inquiremus, quid Deus sit secundum substātiam, ac naturam: & dicimus incomprehensibile id omnino est, atque ignotum, & impossibile dictu, conuenientiusque de eo longe est, per omnium ablationem facere sermonem. Nam nihil eorum quæ sunt, est, non vt non, ens, sed vt omnia entia, supereminēs, & super ipsum esse, ens. Quæcunq; per Theologicam, de Deo dicūtur, non naturam eius, sed ea quæ sunt circa naturam insinuant: & ita dixit Ioann. Damasc. lib. 1. de Orthodoxia. c. 4. & Seneca lib. 1. naturaliū quæstio. in præfatio. fol. mihi. 412. Deus est mens vniuersi, quod vides totum, & quod non vides totum. Et Sonni. de verbo Dei, & opere creationis. c. 4. fol. 37. inquitendo de Ethymologia huius vocis, Deus (inquit) esse incertam, nisi dicatur à voce græca, *Totheos*, quę amorem significat, ibique explicatur natura diuina, quatenus est in scriptis reuelata, & quatenus philosophicè diffinitur.

1 *Explicantur verba Pauli ad Romanos epistola. 11. dicentis ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia.*

GLos. 2. in verb. *Sin el ninguna cosa puede ser*. Ad confirmationem horum verborum. Glos. dicit ex ipso & per ipsum,
1 & in ipso sunt omnia. Paul. in Epistola ad Roma. c. 11. quę verba non solum notant hinc scilicet ex Deo, rerum substantias esse, rerumq; accidentia, & omnes denique naturarum essentias, vires ac proprietates, in hunc quoque, vel vt in vnicum finem, cursu reciproco remanere vniuersa: sed quod etiam omnia ea in Deo subsistūt, non autem in proprijs viribus: & ideo Apostolus dixit, quoniā ex ipso, per ipsum, & ipso sunt omnia. & Sonnius vbi supra. c. 10. fol. 43. col. 2. Imo nō potest Deus sic facere opus suū, vt præ se subsistat, extra conseruationem ipsius: & idem Sonnius c. 4. fol. 37. col. 3. in fin. & Bernard. lib. 5. de consideratione. fol. mihi. 262. col. 2. in medio dicit: tam nihil esse sine ipso, quā nec ipse sine se potest. Et ibi explicando prædicta verba, ait, ex quo omnia creabiliter, non seminabiliter, per quem omnia; ne alium autorem, vel opificem arbitreris; in quo omnia, non quasi in loco, sed quasi in virtute Dei.

1 *Deus in faciendo cælum & terram, nullum exemplar habuit, nisi seipsum, reiecta Platonis sententia.*

GLos. 3. in ver. *Ca por el su poder son fechas*. Veritas ista per Moysen, spiritu
1

prophetico patefacta, exclusit ineptas & impias opiniones Gentilium: nam Plato & eius discipuli tria principia instituerunt, scilicet Deum, & exemplar, & materiam, quam Hylen vocabant, & alij alios quam plures, quas recenset Diuus Ambros. lib 1. Exameron. cap. 1. fol. 56. col. 1. mihi, & Ruper. Abbas lib 1. cap. 1. de Trinitate, & operibus eius, fol. 1. qui sic inquit: Deus vnus, qui Trinus est, in faciendo cœlum & terrã, & ortum eius, nullum exemplar habuit, nisi se ipsum.

1 Refutatur opinio Aristotelis dicentis curã Deũ tantũ habere de cœlis.

1 GLos. 4. in verb. *E por el su saber son gouernadas*. Quibus verbis destruitur opinio Aristotelis, dicentis, Deus curam mundi nequaquam habere, sed vsque ad lunam tantum descendere eius prouidentiam. Quam opinionem impugnat Santus Ambrosius li. 1. ca. 13. officiorum: idem in Exameron. c. 5. fol. 58. ibi. omnia in sapientia fecisti.

1 Omnia adeò pendent tanquàm à creatore, tam quo ad conseruationem, quàm quo ad essentiam.

1 GLos. 5. in verbo: *Mantenidas*. Quia nihil per se subsistere potest extra cõseruationem Dei, quemadmodũ scriptũ est Psal. 103. Porrigente te manũ tuam, omnia implebuntur bonitate, auertente te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorũ, & deficient, & in puluerẽ suum conuertẽtur. Ratio redditur, quia nõ potest nõ esse Deus, ideò neq; nõ potest nõ esse cunctis causa & ratio essendi, quamdiu existit, repugnat equaliter riuulum esse, & non pendere a fonte; lumen esse & nõ pendere à luce, creaturam esse, & non pendere à creatore, quantum ad conseruationem, & quantum ad essentiam, & vltra prædicta reditur ratio physica, ens ensium, Deus, ratio insuper essendi vniuersis Deus: denique causa causarum Deus, qua non agente, agit nulla. Igitur nihil per se subsistere potest, extra conseruationem Dei. Latius habetur per Sonni. de opere creatio. c. 10. fol. 43.

GLos. 6. in ver. *Adelantar a Dios en el.* Dicit Glos. Nomen Dei inuocãdum in quolibet actu solenni, cui adde. c. in nõmine Domini. & in Rubr. de hæredi. & falsi. collatio. 1. quia recte & competenter nobis vniuersa geruntur, si principium fiat decens & amabile Deo. § 1. in authen. commodo oporteat Episcopos & cæteros cleri. ad ordines produ.

1 Cõpilatio harũ legum partitarum fuit incepta tẽpore Ferdinandi Tertij, & absoluta tẽpore Alfonsi Decimi.

2 Reges etiam infideles gratia Dei regnant.

1 GLos. 7. in verb. Don *Alonso*: Dicit, quod composuit tabulas Alfonsinas Astrologiæ, & fuit agnomine Decimus, & pater eius Ferdinandus Tertius: cui addo istius Ferdinandi Tertij tempore inceptam fuisse compilationem harum legum partitarum & absolutam tempore istius Alfonsi, vt habetur in chronica eiusdem Alfonsi. c. 9. & refert Doctissimus Ludoui. à Molin. in lib. 1. de Primogen. in præfatione. num. 22. & in eodem lib. 1. fol. 21. num. 19. vbi dicit has leges partitarum inceptas fuisse condi, era Domini. 1251. vt in fine istius prologi habetur. Et sic patet deceptum fuisse compilatorem ordinamenti Regij dicentem istum Alfonsum esse nonum, idque ostẽdit falsum esse etiam Historiographus in pontificum vitis. El Doctor Gundisalus de Illescas. 1. p. li. 5. c. fi. § 22. folio. 386.

Vltra prædicta noto tex. in eo, quod se solum Alfonsum nominat ad probandum de more Regum esse se nominare sine prenómine & sine agnomine vt testatur Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, num. 20.

2 Noto etiam text. in ver. *Por la gracia de Dios*: Ad hoc quòd Reges gratia Dei regnant etiam infideles. Idem Burgos ibidem, num. 30.

1 Reges sunt Vicarij Dei, & sunt creati propter bonum publicum, & in hoc differ à tyranno.

1 GLos. 9. in ver. *Que tienen de Dios*. Dicit: sunt enim Dei Vicarij. Adde Sanctum Tho. de regimi. principum. & in. l. 14. tit. 1. inf. pa. 1. & l. 1. Tau. quę hodie est l. 3. tit. 1. li. 2. recopil. & habetur latè per Men-

Mencha. in præfatio. illustrium controuers. numer. 119. & . 139. Dida. Perez. in procem. ordin. col. 7. & quod Reges sint de iure gentium, rangit idem Menchac. ibi. cap. 1. num. 25. vlrra. DD. in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & dicit vnum bonum verbum, quod sunt creati propter bonum publicum, non propter se, sed propter ciues, & eorum vtilitatem. Idem Mencha. in præfatione, numer. 119. & 120. & habetur per Sotum de iustitia & iure. lib. 10. quæst 3. fol. 864. col. 2. vbi dicit, in hoc rex differt à tyranno, quod ille omnibus ob bonum publicum vtitur, hic verò proprer se regno abutitur.

1 Christus dicitur Dominus, & Rex terræ in temporalibus & spiritualibus & cælorum & cælestium spirituum eo iure, quo cuncta ex nihilo condidit, & quatenus ad suam humanitatem iure redemptionis.

GLos. 10. in ver. *Que es el su nombre.* Quod Christus dicatur Dominus & 1 Rex, non modo terræ, & plenitudinis eiùs, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, verum & cælorum, & cœlestiumque spirituum, eo iute, quo cuncta ex nihilo condit, & in nihilum redigere potest. Et quatenus ad eius humanitatē, itidem dicitur Rex, & Dominus iure redemptionis, cum ex Catholica fide constat, vnicum fuisse Regem regni cœlorum, vt habetur per Sot. de iustitia & iure. lib. 1. quæst. 4. fol. 291. colum. 1. & . 2. non autem regimen temporale assumpsit, nisi quod negocio redemptionis deseruiret. Et istud est, quod sanctus Bernardus in ascensione Domini, serm. 2. folio. 37. colum. 2. dicit: Iam enim cum se Dominum vniuersorum, quæ sunt in terra, & in mare, & in inferno probasset, non restabat, nisi vt aeris, & cælorum se esse Dominum argumentis similibus monstraret.

1 Punitio delictorum fit secundum iustitiam legalem, quæ adeò excellens est quod cæteras in se includit.

2 Tres esse timores notamus, ne in gehenna cruciemur, secundus, ne Dei visione priuemur: tertius, ne gratia deferamur.

GLos. 11. in ver. *Que es la su obra.* Text. & glos. loquunrur de iustitia legali, 1 quę cum sit virtus generalis imperat cæteris: de quo sanctus Thomas. 2. 2. q. 108. artic. 2. & Soto de iustitia & iure. libr. 3. quæst. 5. lib. 4. in responso ad primum argum. vbi disputando, an punitio & remuneratio fiant secundum iustitiam distributiuam vel commuratiuam, circa finem, concludit, quòd punitio fit secundum iustitiam legalem, quę adeô excellens est, vt cæteras in se includat. Et ista est de qua loquitur lex ista: & ita exposuit Raynerius Snoygoudanus, in paraphrasibus ad Psalterium, in dicto Psalm. 88. versic. iustitia & iudicium pręparatio sedes tuę sunt, quia ad iuste iudicandum, sedes ac potestas tua iudiciaria parata erit. Et idem in Psalm. 96. in versic. iustitia & iudicium correctio sedis eius, exponit, iudicium rectum, & correctio malorum, sedis & potestatis Iesu Christi est.

3 Noto tex. ibi. *No tan solamente por el miedo de Dios.* Loquitur de metu bono & vtili, de quo diuus Bernar. dixit super cantica, sermo. 38. fol. 151. colum. 3. litera. D. an vero, sine timore Dei, & sine humilitate, de salute præsumas? tu videris. Idem ibi sermone 55. fol. 163. colum. 1 versicul. in veritate didici, nihil æquè efficax esse: ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore, corām Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere: beatus homo qui semper est pauidus. Idem Bernardus in sermone. 2. domi. 1 post octauam Epiphaniæ. fol. 21. col. 2. post medium. versi. primus, dicit. Tres sunt timores: primus, ne cruciemur in gehenna: secundus, ne exclusi à visione Dei priuemur, tam in æstimabili gloria: tertius, ne forte deferamur gratia: non autē loquitur text. de seruili metu, qui ille dicitur esse, vt si malum facere omittamus, potiùs formidine pœnæ, quam timore culpę peccati, de quo Sanctus Thomas. 2. 2. quæstione. 9. per totum, & præcipuè, artic. 4. & Marti. Azpil.

Nauar. in tractat. de finibus huma. actu. fol. 71. numer 24. & habetur infra. l. 7. tit. 1. ista par. quomodo amandus, timendus, colendus sit Deus.

1 Ob pudorem etiam, omittendum est peccare, estque pudor adducens gratiam & adducens peccatum.

2 Ita excusatur qui aliquid facit vel omittit propter pudorem, sicut si teneretur facere vel omittere.

3 Pudor vel verecundia consensum impedit.

4 Metus, vel pudor reuerentialis aut maritalis non anullant contractum.

5 Pudor contractuũ impedit consensum, quãdo causatur pudor ex timore amittendi honorem.

6 Aggressus non tenetur dare terga ad euitandam aggressoris occisionem propter timorem dedecoris.

GLos 13 in ver. *Mas aun por la verguẽça.*
Probat quòd etiam propter pudorem
omittendum est, peccare. Adde Bernar.
1 sermo 17. super Cantica. fol. 132. col. 3. in
medio, in versic. cogita, Deum factorem
tuum, & dicentem, ad omnia reus est, plã
ge per singula, ad primum & vltimũ respondeat,
timor tuus, ad duo media pudor, idem in sermone ad milites templi,
fol. 100. colum. 4. in principio, vbi dicit,
est pudor adducens peccatum, & pudor
adducens gratiam, bonus pudor est, quo
peccasse aut certe peccare confunderis.
Quid si quippiam confiteri confunditur,
id quoque vnde compungitur, talis pudor peccatum adducit. Ille hactenus.
2 Ad secundam istius glossæ conclusionem
dicentem, quod ita excusatur, qui
aliquid facit, vel omittit, propter pudorẽ
sicut si teneretur, scilicet facere vel omittere,
allegat Bart. in. l. pecuniæ. ff. de aliment.
& cibarijs leg. nu. 5. qui bene probat,
allegat etiam Iaso in. l. si pœnam. ff.
de verbor. obliga. qui loquitur in casu diuerso,
videlicet quando aliquis, metu pęnæ
astringitur ad contractum, & ibi se
extendit inquirendo, quid in vltimis voluntatibus,
& in matrimonio carnali, &
sic loquitur in casu diuerso, cum conclusio
sit de illo, qui verecundia, vel pudore
astringitur. Sed nihilominus conclusio
glossæ est vera regulariter, quia ita tenemur
aliquid facere, vel omittere propter
verecundiam, sicut per obligationẽ
ciuilem vel naturalem, secundum Bart.
in. d. l. pecunię. num. 5. per. l. pen. §. illo.
C. de necessarijs hæred. instit. & Alexan.
consil. 80. col. 3. vol. 5. & additio, ad Bart.
ibi. qui falsè allegat alios. & Bart. l. quintus.
ff. mandat. & in. l 1. C. quomodo &
quando iud.
3 Quam conclusionem ampliat Bal. in
tract. de schismat. colum. 14. vbi dicit,
quod pudor vel verecundia consensum
impedit, sicut timor, qui tractatus situs
est post Rub. C. si quis alterum testa. prohibue.
quia videtur vim inferre.
4 Fallit in verecundia, quæ causatur inter
patrem & filium, ex iussione patris,
contraria voluntate filij, cui ex naturali
reuerentia, non audet se opponere, nec
contradicere. Iste etenim dicitur metus
reuerentialis, qui non anullat contractũ
nisi præcedentibus minis, & â tali homine
interpositis, qui solet eas executioni
mandare, vt doctissimè concludit Dom.
Couarrub. in. 4. par. 2. cap. 3. §. 6. communiter
receptus, secundum Ludo. â Molin.
de Primogen. fol. 227. numer. 9. part. 1.
improbata glos. in. l. 1. §. quę onerandę.
ff. quarum rerum act. non detur. Et eam
inter communes refert Suarez tom. 1.
commun. opinion. fol. 327. numer. 30.
idem est, in metu reuerentiali, qui ex
mariti vel Domini obseruatione, atque
cultu proficiscitur, secundum Alexan.
in. l. interpositas. nu. 5. C. de transactio.
& Alciat. in. c. cum contingat num. 1. de
iure iuran.
5 Limitatur prædicta Bart. & Bald. conclusio,
in verecundia, vel pudore, quæ
est timor neglectionis, vel dedecoris
(quæ limitatio multum declarat præcedentem
conclusionem) vt manifestè
probatur in dict. l. Quintus Mutius. ff.
manda. in illis verbis (propter suam existimationem)
iunctis alijs verbis, ibi
positis in fin. (si ipse pepercerit pudori
suo) & ista verecundia est, quam
An-

Aristoteles in. 4. Ethicor. diffinit, & dicit, verecundia est timor neglectionis vel dedecoris.

6 Et hinc est quod insultatus, vel inuasus ab aliquo, non tenetur fugere, & poterit in defensione occidere aggressorẽ, neque tenebitur de occisione, etiam si fugiendo poterat euadere: quia fieri nõ potest, sine magno dedecore, & iniuria personali: maximè inter sæculares, & nobiles: ita assertum est per Bart. in l. 1. C. vnde vi. num. 4. quem sequitur Anto. de Butri. in c. olim. el. 1. de restit. spoliat. & Alexand. consil. 109. vol. 1. col. 5. de quo magnum festum facit Angl. in l. 15. qui aggressorem. C. ad leg. Cornel. de sica. & refert Dueñas, reg. 192. ampliatione. 3. & Domin. à Soto de iust. & iur. lib. 5. q. 1. artic. 8. fol. 394. col. 2. in medio, in vers. respondit, nihilominus non teneri, se in pedes conferre: quia moderamen, inculpatæ tutelæ, adhibendum est citra honoris detrimentum. Idem tenuit Couarru. in clem. si furiosus de homicid. 2. par. relectio. §. 1. numer. 4. vbi cum alijs multis cõcludit, inuasorem licere occidere, etiã si euadere poterat fugiendo, nec ex isto homicidio irregularitate irretiri, & si clericus sit occisor, præcipuè quando magnum periculum versatur in fuga, licet nunquàm animum, & voluntatem occidendi, debet habere. Refert aliqua Ioan. Graci. reg. 12. & alia latius dicam infra in. l. 13. tit. 6. istá pa.

1 *Donum magnũ est nasci ex nobilißima progenie, vel nobilis triplex, est nobilitas Theologica naturalis & polytica.*

2 *Hidalgo dicitur ab Italico, & an hoc sit verum & nobilis, à nosco.*

3 *Notatur, Rex Alfonsus, quod Regnum Castellæ vocat amplas regiones.*

1 GLos. 16. in ver. *Del linage donde venimos.* Dicit glos. nota quod donum maximum Dei est, nasci ex nobilissima progenie. cui addo, nihilominus magnũ esse nasci ex nobili progenie: quia etiam plurimis decorantur priuilegijs, de quibus infra dicam. Sed cum nũc se obtulit ista materia, videndum erit, quid sit nobilis, & vnde dicatur. Bonus de Curt. vol. 12. tracta. fol. 3. num. 3. cum sequentibus, ponit tres differentias nobilitatis, & prima dicitur, nobilitas Theologica, seu supernaturalis, secunda naturalis, tertia & vltima polytica seu ciuilis. Theologica est, qualitas quædam, in virtute charitatis fundata, per quam quis est, in gratia Dei gratum vel gratiam faciens, naturalis nobilitas, dupliciter considerari potest, primum prout conuenit, animalibus rationalibus censatis, & in irrationalibus consideratur, prout in falcone, quorum vnus dicitur peregrinus, alter gentilis, & in Leone, de quo Ouid. lib. 1. de tristibus dicit, elegia. 4. corpora magnanimo, satis est præstasse Leoni: ciuilis siue polytica dupliciter etiam consideratur, prout est illa, quæ à parentibus ducitur, de qua dixit Panor. in. c. venerabilis, de præben. num 8 quod in ea, laudandi sunt parentes. Et Iuuena. Sat. 8. inquit, miserum est alieni incumbere famæ. Et Felin. in cap. super eo. nu. 7. de testi. dicit, tres esse nobilitatis species, prima stirpes sanguinis, secunda virtutis, tertia mixta, de vtraque ex præcedentibus speciebus, partem capiens, & Paries de Puteo, in tract. de re milita. vol. 12. tract. fol. 142. num. 4. nobiles propriè dici, qui nati ex parentibus nobilibus: ipsi etiam virtute propria decorantur. Tiraquel. de nobi. c. 4 num. 14. ponit authores discriminantes virtutem & nobilitatem. Et Bonus de Curt. in tractat. de nobilit. vol. 12. tract. fol 3 num. 2.
2 dicit, quod nobilis dicitur à nosco & hinc nobilis, id est notus, & melius per Tiraquel. in tractat. nobilita. capit. 2. num. 3. & licet latius repetam infra in. l. 2. titu. 21. part 2. in glos. 8. non omittam nouam interpretationem, Ethimologiæ, huius verbi, hidalgo, quam assignat Dominus Franciscus Sarmi. Episcopus meritissimus Mentisensis, in lib. 1. selectar. capit. 15. vbi dicit hidalgo, dicitur ab Italico (& an hoc quadret, si consules aures, infrà videbis in dict. l. 2. tit. 21. part. 2. & aliqua dicit Didacus Perez remissiuè, in pa. 1. ordinam. colum 1372.) vbi d. Sarm. inquit. Et licet Arze de Otalora, olim auditor in regio Vallesoleti auditorio dignissimus, collega noster, de hac re scripsit, hæc tamen omisit.

in quo plane deceptus fuit d. Episcopus,
quia. d. Arze de Otalo. in suo tractat. de
nobilit 2 p.c.3.num.2.refert, & per mul-
tas rationes dicit, quòd hidalgo dicatur
ab Italico, & sic eum refert glos. nostra, in
d.l.2.tit.21.par.2 in glo.8.

3 Not.text.ibi, *Faziendonos señor de tantas
buenas gentes, y tan grandes tierras*. Miror
tantum Regem, & tam in gente, & rarà
prudentia decoratum, & qui vniuersi or
bis machinā, ac etiam cœlorū percalluit
motus, vocare prouincias amplas, quas
tūc tēporis, Reges Legionis, & Castellæ
possideāt. Sed ideò regna ampla vocauit,
quantum coniectura ducor: quia vatici-
nauit, de inuictissimo Carolo V. Impe-
ratore, ac de eius filio, Domino ac Rege
nostro Philippo Optimo Maximoque,
qui tot, & tam amplas plagas, videlicet
Indos, Orientales, & Occidentales, di-
tioni suæ subiecit: qui non tantum Phi-
lippum Macedonem. sed etiam eius filiū
Alexandrum Magnum, prudentia, vir-
tutibus, & potentia superat: quem omni-
potens Deus, tanquàm ecclesiæ suæ fir-
mamentum, & tutissimum refugium di-
gnetur per multa tempora fœliciter re-
gnare, amen.

*1 Homines omnes sunt proni ad dis-
censiendum: ob quod communis opi-
nio seruanda.*

GLos.18 in ver. *De partidos*. Probat tex.
& glo. homines pronos esse ad discen-
1 siendum: de quo latè per Burg. de Paz
in prooemio ad.ll. Tauri. num.130. & ideò
prohibetur interpretari, quia per contra-
rias interpretū sententias, cum sint pro-
ni ad discensiendum, totum pene ius re-
manet conturbatum. l.1.§. nostra autem.
& in.l.2.§. hoc autem. ibi. nec qui postea
fuerint, audeant commentarios ijsdem le
gibus annectere. C. de vetere iure enu-
cle & ob hanc rationem, vel inclinatio-
tionem, ad discensiendum, insurgunt no
uitates, quę fugiendę sunt, vt cauetur per
omnes in princ. instit. de hæred. inst. &
in.l 1. ff de offic. quæsto. & in. c. noui-
mus. de verbor. sign Bart. & alij in. l. 2.
C. de pœna iud. qui malè iudicauit. Bal.
in.l.1. ad fin. ff. de senator. tex. in.l. mini-
me. ff. de legib, & ibi Ioan. Oros. num. 1.
& hac de causa communis opinio Do-
ctorum est seruanda, sicut lex, secundum
Andræam, Alciat. de præsum. reg.1. præ-
sumptio.50. num.2. cum sequētibus. Do-
min. à Soto, de iustitia & iure, lib.3. q.6.
artic.5. & Anton. Gomez in.l.1. Tauri,
num.9. late per Matti. in dialogo relato.
3. par. c.21. num.4. & in. c. 15. num. 8. &
Bernat. Diez à Luco. reg.107. & ibi eius
additio. & Ioan. Graci. reg.252.

*1 Nonnulli dixerūt, quod anni He-
bræorum erant minores, quam nostri
solares contra assertionem glosæ, quā-
uis cōputatio Hebræorum est recepta
ab ecclesia.*

GLo.24. in ver. *Hebraicos*. Ponit differē
tiam computationis, quæ est inter He
bręos, & septuaginta interpretes, super
annorum numero; qui defluxerunt, in
duobus primis ętatibus, scilicet de prima
qui fuit ab Adam, vsque ad Noe, & post
diluuium à Noe, vsque ad Abraham. Et
cum receptior sit Hebræorum computa
tio, & quam sancta Romana ecclesia am-
plectitur, glossator pro cōfirmatione hu-
ius sententię (in versic. nec obstat.) dicit
2 quod non obstat, etiam si dicatur, quod
prologus iste loquatur, de annis Hebręo
rum, & tradidit rationem, quia nullus di
cit, quod anni Hebraici essent minores,
quàm anni solares nostri. Sed glo. nostra
in sua ratione decepta est, nam multi di-
* xerunt, quod anni Hebræorum, non con
stituebantur tanto temporis spatio, vi-
delicet duodecim mēsium, sicut & nostri
anni solares: quos refert Antoninus in
suo chronicon. tit.1. c.1 §.4. fol.6. col. 1.
in medio, vbi dicit, quòd huius dissonan-
tiæ, inter Hebræos & septuaginta inter-
terpretes, sufficiens ratio assignari non
potest, & quod relinquenda est, Spiritui
santo determinatio, quia non sine ma-
gno mysterio, sic disposuit, ad maius my
sterium fidei & humilitatē nostri. Ideque
Antoni. ibi capit.2. fol.6. resoluit à prin-
cipio mundi, vsque ad Noe, effluxisse
1656. annos, secundum Hebręos, quos
sequitur sancta Ecclesia, & secundum
Septuaginta interpretes, quos sequi-
tur venerabilis Beda, & Isidorus,
2242. annos, à Noe vsque ad Abraham,
secundum Hebręos. 2092. & secundum
70. interpretes. 842. annos.

1 Poni-

1 Ponitur varietas computationis annorum inter diuersas nationes, & ponitur differentia in computatione annorum ab Incarnatione Domini, & à Natiuitate.

GLos.25.&.26.&.27.&.28. quæ omnes ponunt variationem in annorũ computatione, & horum numerorum, prima
1 glo. dicit, Hebræos annos computare à diluuio, adde vel à mundi origine. Secunda verò glos. quę in ordine est. 26. Græcos computare, à Ludo Herculeo, id est, ab Olympijs, quæ dicuntur Ludi Herculei, quia celebrabantur in honorem Iouis Olympici, apud Pisam & Helidem, Gręciæ oppida, quinto quoque anno: & ita Olympias, dicitur cursus quinquenius, vt lustrum, & sic annos numerant, ab inuentione horum ludorum: de quo per Cice. ad Heren. lib. 4 fol. 140. vbi inquit, quasi si quis, ad Olympiacum venerit cursum, ex Virg. 3. Georg. palmę Olympiacę premio. Tertia glo. quę. 27. est dicit Romanos ab æra Cęsaris computare annos. Adde, vel ab vrbe condita, & à consulibus. Quarta glo. quę. 28. est in suo ordine, ponens differentiam, in computatione annorum, ab Incarnatione, vel à Natiuitate Domini, bene procedit, sed latiùs & apertiùs habetur per Couar. in lib. 1. variarum resolu. c. 12. num. 2.

Finis in Prologo partitarum.

A 4

TITVLVS DICITVR A Titone, quia sequentia aperit in summa. Num. 1.

Titulo primero, que fabla de las leyes

1 NOTO primitus tex. in summario, ibi, *E departimos cada vna partida por titulos, que quiere tanto dezir, como summa delas razones, que son mostradas en el.* Ad hoc inquam tenditur, quod Ruper. Abb. dicit, in lib. 1. de Trinita. & eius effectu, c. 23 fol. 1. col. 2. videlicet, quod titulus dicatur à Titone, id est, à sole, quo mundus iste illuminatur, quia sic titulo illuminantur sequentia.

In. l. 1. tit 1. par. 1. in. gl. 2.

1 *Finem vtriusque iuris eundē esse & defenditur sententia Fortunij Gartia.*

2 *Voluntas non fertur in incognitum.*

3 *Ratio & cognitio naturalis non attingit supernaturalia, & sic esse necessariam homini scientiam supernaturalem & reuelatam absoluetur.*

4 *Ius ciuile quatenus est institutum à Regibus Christianis potest esse & est fælicitas æterna.*

GLo. 1. in ver. *Viuir bien.* Describit quid sit lex, & dicit, lex est omnium diui-
1 narum, atque humanarum rerum notitia, regula iustorum, & iniustorum, præceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum, & secundum prædictam descriptionem, infertur, bene dixisse fortunium Græci in suo tract. de vlt. fine, in principio, numer. 4. vbi asserit eundem esse finem Iuris Canonici, & Ciuilis, vt omnes benè beateque viuamus, licet contrarium asserit Glos. in cap. cum contingat, de iure iuran. quam communis opinio doctorum sequitur, & contra dictum Fortunij, tali argumento insurgunt: nihil potest esse finis, alicuius liberè agētis, nisi ab eo præcognitus, & idem est quod
2 sanctus Thom. 2. 2. quæst. 3. artic. 4. ait: Voluntas non fertur in incognitum. at potestas sæcularis, quatenus est talis, nō cognoscit, nec potest fœlicitatem & beatitudinem ęternam cognoscere: quia nō potest cognosci, per solum naturale lumen, & rationem naturalem, ergo nō potest sibi præstituere illum finem.

3 Secundò opponitur contra eundem fortuni. potestas sæcularis, est potestas naturaliter à Deo data, generi humano, quæ dirigitur, per ius naturale, rationēq; humanam, sed ratio, & cognitio naturalis, non attingit supernaturalia, ex quo concludunt, sant. Thom. cum Scoto, & alijs, part. 1. quæst. 1. in prologo sententia, necessariam esse, homini scientiam reuelatam, & supernaturalem, ad hoc vt saluetur, & adipiscatur vitam ęternam, quę Physicus & naturalis cognoscere non potest.

4 Quibus omnibus non obstantibus, Martin. Azpil. Naua. in suo tract. de finibus. Huma. actu. fol. 53 numer. 29. dicit, consiliando has opiniones, quod ius ciuile, quatenus est, à Christianis Imperatoribus, & Regibus institutum, etiam potestate naturali, finis potest esse, & est fœlicitas æterna, quam Christiani credimus, & speramus, quoniam licet potestas eorum sit tantum naturalis, & non potest ad supernaturalia extendi, habent tamen cognitionem fidei infusam, & acquisitam, qua cognoscunt, & credunt, vitam quam Christiani quærimus, æternam. Et ita vt omnia, virtutum aliarum opera possunt in eandem referre, ac frequente actu vel virtute referunt. Ita etiam suum ius, suasque leges, quæ sunt opera quædam eorum, præcipuê possunt in eandem referre, ac referunt

runt

tunt: quod satis constat, ex inscriptione illa. C. de offi. præfecti prætoris Africę, incipiente, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in. l. 1. & .2. & in. l. inter claras C. summa Trinit. & fid. Cathol. & in initio authen. incipientis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & sic remañet responsum, ad difficultates prædictas, conclusum, quòd vtriusque iuris finis, tẽdet ad eundem scopum, scilicet, ad benè & beatè viuendum, & æternam fœlicitatem capessendam, quam conclusionem testatur esse veram, Domi à Sot. lib. 1. de iust. & iur. quęst. 6. artic 1 fol. 18. col. 2.

In. l. 2. tit. 1. part. 1. in glos. 1.

1 *Ius naturale diffinitur dupliciter aut secundum ius naturale, quod commune est cum brutis, aut secundum naturam quam homo habet cõmune cum angelis.*

2 *Deus impreßit mentibus nostris lumen quo suapté natura ad debitum finem ferantur.*

GLos. i. in verb. *En si los omes.* Dicit, ius naturale, dupliciter diffiniẽdum, quia
1 aut sumitur pro iure naturali, quod commune est homini cum brutis, & tunc dicitur esse de iure naturali, quæ natura omnia animalia docuit: aut diffinitur ius naturale, secundum naturam, quam habet homo communem cum angelis, videlicet rationabilitatem: hactenus, glo. cui addo quãdam diffinitionem. Cin. in. l. 1. §. ius naturale. ff de iust. & iur. dicentis, si volumus diffinire, ius naturale, prout conuenit animalibus brutis, diffinitur sic ius naturale est, quędam vis animę sensibilis, in eius productione â natura insita, ad faciendum prout libuerit. Si vero diffinitur, prout congruit homini, fit huiusmodi diffinitio. Ius naturale est, quædam vis animę, idest, quędam ratio, humanæ creaturæ, à natura insita, ad faciendũ bonum, & ad cauendũ à contrario, quod soli conuenit homini: vltra prædictas diffinitiones, addam alias, Domin. â Soto. in lib. 1. de iust. & iur. quęst. 3. artic. 2. fol. 12. col. 1. vbi inquit, Deus homini, præcipuè naturalem normam mẽte impressit; quasi secundum rationem, quę illi naturalis est, gubernaret: atque hęc est lex naturalis: idem in. d. lib. 1. q. 4. artic. 1. Deus na-
2 turę author, impressit mentibus nostris lumen, per quod, legẽ eius ęternam, participantes actiones nostras, ad dibitum finem, quo suapté natura feruntur dirigeremus, & subdit, hęc autem naturalis impressio, appellatur lex naturalis: nec abs re est, si in initio incepimus diffinire ius turale, & nunc in fi. describamus legẽ naturalem, quia in essentia idem est, cum tantum differant, quantum genus & species. text. in cap. ius generale. dist. 1.

1 *Alberici opinio, & aliorum asserentium copulam maris & fœminæ esse de iure naturali sine distinctione licitæ, vel illicitæ.*

2 *Copulam de iure naturali nobis esse licitã, quæ ratione, & iure subsistit, & .3. & .5.*

4 *Primi motus non sunt in homine.*

5 *Qui irrationabiliter ducitur ab inclinationibus naturalibus de creat. à natura. rationabili.*

6 *Primi motus distinguitur in primo primum, & primo secundum.*

8 *Copulam esse licitam quæ ratione, & iure subsistit de iure naturali.*

7 *Matrimonium fuit inter primos parentes in prima hominum creatione, & sic omnes nascebantur legitimi dũ non fuit nota fornicatio: ex qua conclusione intelligitur. §. natura, in authent. quibus modis efficiantur sui collat. 7.*

9 *Filij nati ex fornicatione non dicuntur naturales, quia sola natura genuit non honestas matrimonij.*

10 *Intelligitur dicti Bald. dicentis, coniunctio illicita potest dupliciter con* sîde

fiderari vno modo, quo ad esse alio modo quo ad deformationem esse.

11 *Iure naturali non possumus ad peccatum duci.*

12 *Matrimonium institutum fuit in officium generandi prolem ante peccatum Adæ, & post in remedium libidinis.*

13 Coitus coniugalis exerceri potest etiam sine peccato veniali, imo cũ merito potest exerceri in.4.casibus.

14 *Limitatur dicta conclusio in sex casibus in quibus exerceri non potest sine peccato veniali.*

15 *Ponũtur casus in quibus sine peccato mortali, licet marito cum vxore concubere.*

16 *Coitus coniugalis excusatur à peccato mortali, etiam si mulier supergrediatur virum.*

17 *Copula coniugalis non est mortale, quamuis præueniat & prouocet & vtatur calidis & gratiis libidinis implendæ.*

18 *Copula coniugalis est peccatum mortale in.4.casibus, & intelligitur, locus Fort.Garci, Oratij & Ambrosij & August.*

19 *An matrimonium sit inter Indos in sua infidelitate contrahentes, habetur, quòd sic licet in contrarium se inclinat glos. nostra.*

20 *Substantia & forma sunt de essentia matrimonij, scilicet, consensus, & verba consensus & an sufficiant æquipollentia.*

21 *Indi non solum essentialiter contrahunt, sed formaliter.*

22 *Dictum matrimonium infidelium esse sacramentum probatur, sed nõ ita ratum sicut inter fideles.*

23 Cõsiderantur quinque partes matrimonij.

24 *Infidelibus etiam sunt impedimẽta ad contrahendum matrimonia, videlicet, ea quæ de iure naturali impediunt qui ibi enumerantur.*

GLo.2.in verb *Casamiento*. Quatuor agit
in principio, ponit opinionem Iacob.
de Are.& Albe.in.l.1.in.§.ius naturale.ff.
1 de iustit.& iur. dicentium, quod motus
ad coitum, & copula maris & fœminę,
sunt de iure naturali, sine distinctione,
copulæ licitę, vel illicitæ, quam conclusionem probare nituntur per.§ penul. &
fin.in authent.quibus modis natura efficiãtur sui, quibus dicit Bald.assentire
in.d §.ius naturale, in illis verbis, copula
illicita, dupliciter potest considerari, vno
modo quo ad esse, alio modo quo ad deformationem esse, &c. in parte autem secunda ibi (primo modo copula carnalis)
2 dicit, copulam de iure naturali, nobis esse licitam, quę ratione, & iure subsistit,
qualis est coniugalis.

In tertia parte, ibi (& dicit S.Thomas)
dicit, quod institutum fuit matrimoniũ,
in officium generandi prolem, & in remedium libidinis.

In parte.4. ibi (ex prædictis potest)
dubitat an inter Indos accipientes in
sua infidelitate vxores, fuerit verũ matrimonium propter eorum rusticitatem
& barbariem.

Sed primam partẽ glossæ nostræ in-
3 grediens, in quantum refert Alberic.sententiam, dicentis, copulam carnalem licitam, siue illicitam, esse de iure naturali,
addo ei glossam suffragantem, in.d.§.ius
naturale, in verbo coniugatio, dicentem,
consensum ad copulam, licitum seu illicitũ, esse de iure naturali: & eam summãdo, dixit Fortunius Garcia, ibi num.6.
in fin. nota. quod glossa in verbo coniugatio, concludit, quod illicitus concubitus
est de iure naturali: sed in veritate videtur, dictam glossam ab alio sensu deuiare, quia loquitur de consensu, quasi de instinctu naturę ad dictum coitum, quem
de iure naturę esse testatur. Çin. in d.l.1.
in

in d. §. ius naturale. numer. 18. in fin. &
Odofred. ibi. col. 7. propè finem. & hoc
probat. d. glossa in ratione sua, in quan-
tum dicit, quod dictus consensus ad illi-
citam copulam, non est peccatum, quia
primi motus non sunt in homine, & il-
4 lico subiungit: quod oblectatio, in dicto
consensu est peccatum veniale, & si ad
copulam deueniatur erit mortale, ergo
videtur, dictam glossam, non velle dice-
re, illicitum concubitum, non esse pec-
catum, sed tantum consensum, qui in
primo motu extat: & bene loquitur, si
intelligamus eam censuisse, de motibus
subitaneis, & mere naturalibus, quos
theologi vocant, primo primū, vbi nul-
5 la est ratio, vel culpæ, vel meriti, qui sunt
impuniti, sunt etiam & alij primi motus,
quos dicti theologi vocant, secundo pri
mum, in quibus potest esse culpa venia-
lis, de quibus videtur glossa loqui, in cō
sensu qui ad oblectationem descendit, di
6 cto impitu & motu naturali: quam di-
stinctionem nouissimè, notauit Domin.
à Soto in lib. 7. de iust. & iur. q. 1. fol. 198.
col. 2. & sic quo ad hoc, bene loquitur. d.
glossa, in verbo coniunctio: quamuis in
alium sensum capiendo dicta verba, eam
reprehendat. d. Fortuni Garcia, vbi supr.
quam etiam pro sua sententia allegat. d.
Alber. licet malè, in. d. §. ius naturale. nu.
1. in fin. vbi referendo contrariam sentē-
tiam, Iacobi de Rabena asserentis: copu
lam illicitam non esse de iure naturali,
dicit: sed verius est sententia glossæ, &
Iacobi de Arenis: quibus ipse subscri-
psit.

Habito igitur pro vero, ex modo di-
ctis, quod dicta glos. in verbo coniunctio
non suffragatur conclusioni Alber. ve-
niamus ad eiusdem discutienda funda-
menta: & quamuis glossa nostra, & Di-
dac. Couarru. in. 4. in. 2. part, c. 1. num. 6.
reprobant dictam conclusionem Alber.
per bona media. neuter tamen respōdet,
ad fundamenta quæ ipse adducit, ex. §.
natura. &. §. si quis sanè in vers. liceat igi
tur, in authent. quibus modis natura, ef-
ficiā, sui collat. 7. quibus probatur, quod
ab initio omnes filij nascebantur liberi,
& legitimi, indifferenter. Sed dicta fun-
damenta nihil suam opinionem adiuuāt,
7 quia licet omnes ab initio ligitimi nasce
bantur, ex eo fuit, quod ab initio matri-
monium fuit, inter primos parentes, in
prima hominum creatione: vt habetur
in cap. 2. Genesis. & in. c. 1 de voto & vo
ti redemptio. in. 6. & in. c. debitum. de bi-
gamis: & ob hoc omnes legitimi nascebā
tur eo tempore, quo nondum erat noca
fornicatio, quam postea libido introdu-
xit. & sic Orosius in. d. §. ius naturale. nu.
3. interpretatur. d. coniunctionem, tunc
esse de iure naturali, quando est appeti-
8 tus, procreandi causa, cum animo perma
nendi simul: vt omnia bene notauit, &
distinguit, Fortun. Garc. in. d. §. ius natu-
rale. numer. 70 &. 71. per. l. 2. ff. de nacal.
resti.

9 Nec minus obstat, quòd filij nati ex
fornicatione dicantur naturales: nam nō
dicuntur ex naturali iure, sed quia sola
natura genuit, non honestas coniugij.

10 Et ad Bald. in. d. §. ius naturale, dicen-
tem, coniunctio illicita potest dupliciter
considerari, vno modo quo ad esse, alio
modo quo ad deformationem esse, pri-
mo modo est de iure naturali, quia ius &
bonū conuertuntur, secundo modo quan
tum ad deformationem esse, non est de
iure naturali. Respondeo, quod malè lo-
quutus est, in quantum per dictam di-
stinctionem concludit, quod fornicatio
sit iuris naturalis: quem reprobat. d. For-
tun. Garc. in. d. §. ius naturale. num. 67.

Nā si veram diceremus in Bal. senten-
tiam sequeretur vnum magnum absur-
11 dū, & hæresis damnata per Clem. ad no-
strum in versic. actus autem, de hæret. &
per alia iura relata per gl. ibi. & per Con
cil. Trident. Sess. 24. c. 12. scilicet. quod
diceretur, simplicem fornicationem non
esse peccatum, cum iure naturali nō pos-
sumus ad peccatum duci, nec quod se-
cundum id operamur, potest peccatum
esse, quia ius naturale ab æterna lege pro
cedit: imo quod contra dictum ius fit, est
peccatum secundum S. Thom. 2. 2. q. 133.
artic. 1. & in. c. fin. de consuetud. & sic ne
cessario manet correcta opinio Bald. &
aliorum, l. meminerint. C. vnde vi. & ad
ista respondet Alberic. d. §. ius naturale.
num. 1. licet non bene. Omissa parte se-
12 cunda glos. secundum meam diuisionē,
venio ad tertiam dicentem, institutum
fuit matrimonium, in officium generan
di prolem, ante peccatum Adæ, & in re-
medium libidinis post peccatum Adæ;
quæ conclusio probatur in cap. 1. Genes.
& in cap 8. vt esset prima copula huma-
næ

næ societatis, vt adnotauit Thom. in 4. distinct.26.quæst.1.& Magist.sentent.in d.4.distinct.36.& in Cõcil.Colon.in tit. de matrim.& idem Thom.in additio. ad part.3.quæst.41.&.42.& Ioann.de Turrecre.in summa.27.q.1.dicit officium sacramenti matrimonij conuenit, vt sit in medelam & remediũ peccati: quod etiã dixerũt Cald. & Prępos. nu. 11. in Rub. de sponsali.& habetur per Couar. in.4. par.2.cap.1.§.nu.5.fol 20.

13 Prædicta vero conclusio, multum conducit, ad confirmandam sententiam asserentium, quod coitus coniugalis potest exerceri sine peccato etiam veniali: quia quæ adducta sunt in fauorem alicuius, non debent in eius damnum retorqueri. reg. quod in fauorem de reg. iur. & quia copula coniugalis est in præcepto. cap.1. Genesis. Crescite & multiplicamini. & Paul. ad Corinthios.c.7. vxori vir debitum reddat. Sed nullum peccatum est in pręcepto, quam conclusionem probat Bermo. Choch. in tract. de publ. concub. fol.396. breuiter, sed nos eam latius dilatabimus, quia vtilis confessarijs erit.

Et sic dicta conclusio, quod coitus cõiugalis exerceri potest, sine peccato veniali, ampliatur vt etiam cum merito possit exerceri in quatuor casibus: primò, quando quis supposita gratia reddit debitum: secundô, quando debitum petit causa prolis generandę, & educandę Deo: quia est actus latrię, etiam si de seruitio Dei nihil cogitet, sed solum de successore, secundum Sylu. in verb. debitum coniugale. num. 14 qui per bona fundamenta defendit: tertio, quando facit ad reseruandum comparem suum à fornicatione: quarto, quando facit ad eandem vitãdam in se.

14 Limitatur in sex casibus, quos Sylu. refert in. d. verb. debitum. num.13. in quibus non potest exerceri sine peccato veniali.

15 Ampliatur secundo, vt exerceri possit sine peccato mortali, etiam si maritus cũ vxore concumbens & seminare non potens id nitat facere, secundum Thom. à Vio 22.q.154.arti 1.

16 Tertio ampliatur, vt non sit peccatũ mortale, concubitus coniugalis, in quo modus naturalis non seruatur, si intra vas naturale fiat: nisi tantum à naturali modo exhorbitet, quod impediat cõceptionem prolis fieri, qui excessus talis nõ reputatur, etiam si mulier supergrediatur virum, secundum Thom. à Vio. vbi supr. dicens à fide dignis viris accipisse, talem supergressionem non impedire seminis conceptionem: approbat Naua. in cap. consideret. in principio. nu 85. de pœnit. fol.60. dist.5. eandem sententiã affirmat esse veram Syl. in. d. verbo. debitum. nu. 6.&.7. contra Paluda. & Henric. Boic. in cap. inquisitionis. de sentent. excommu. num.12. quia matrix trahit semen ad se: eandem sententiam fatetur esse veram Angel. in summa. verbo. debitum. nu.23. modo possit mulier retinere semen: quã limitationem non placet Sylu. d. num. 6. quia matrix aliquando de semine parum retinet, & obiecto reliquo sequitur conceptio, & finaliter concludit, quod siue coitus viri & vxoris fiat, ea supergrediẽte virum, vel retro viro ascendẽte, seruato vase de se non erit peccatum mortale, quia vt dixi matrix trahit ad se, & pro hac parte facit quod diuus Thom. dixit in quodlib. 6. quod filia virgo, in sinu patris in somno polluti concepit, saluo pudore virgineo: & sic censeo reprobandã esse opinionem Bermon. Choch. in tract. de publ. concub. pag.397. num.2. & 3. asserentis coitum coniugalem non excusari, à peccato mortali, si mulier supergrediatur virum.

17 Quarto ampliatur, vt dicta copula nõ sit peccatum mortale, etiam si alter coniugum voluptatem veneream præuenerit, & prouocet diuersis modis, vt manibus vel cogitationibus, vel vtendo calidis, vel incentiuis, vt possent pluries coire: quia omnis actus venereus, qui actu, vel habitu est ordinatus ad copulam coniugalem, non est peccatum saltem mortale, vt aperte colligitur ex Palud. quem Sylu refert in summa, in. d. verb. debitũ. num.9. & ex Angel. eodem. verb. nu.23. qui coitus etiam saciandæ libidinis inter coniuges non est peccatum mortale, secundum eundem Angel. ibi. de qua quęstione habetur in cap. origo. & in cap. liberorum.32.q.4. per Decretistas & per Theologos in.4. distinct.31 &.32.

18 Secundo limitatur principalis conclusio si vnus coniugum accedat ad alterum tãquam ad extraneum erit peccatum ex intentione voluptatis non existentis intra matrimonium Sylu. d. verb. debitum. num.

nu.7.& Bermon. Choch.d.tract.de pub. concub.fol.596.& Nauar.in summa sua. cap.16.n.23.qui pro peccato mortali notar dictam copulam.

Tertio limitatur, si maritus accedat ad vxorem multis videntibus loco sacro, quia tunc peccat mortaliter.

Quarto limitatur, quando coniux diu stetit in venereis praeparationibus finaliter non intendens venire ad actum coniugalem, nec locus est aptus ad coeundū si voluntas veniret, tunc peccat mortaliter, secundum eundem Sylu.d.verbo. debitum.num.9.& Palud quem ipse citat. Ex quibus verb.dictis infero, intellectū ad dictum Fortun. Garc.in.d.§ ius naturale.ff.de iustit.& iur.num.9.vbi inquit, coitum coniugalem si non gratia libero rum procreandorum fiat, non esse secundum naturam, sed vitiosum: quod non autem intelligendum est, de vitio qui dictum coitum reddat culposum peccati mortalis, sed de veniali tantum: & ita etiam intelligendus est Oros.d.§.ius naturale.num.6.& quae dixit diuus Greg. lib.32.in Iob.scilicet, tunc solum coniuges, sine culpa in admixtione sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur. Et quae dixit Ambros.super Lucam, videlicet, qui nō causa procreandae sobolis, sed explendae libidinis, sibi innicem copulantur, non tā coniuges quam fornicarij videntur. Sic etiā verba Hieronymi, intelligenda sunt, quae contra Iouinianū scripsit, in.c. origo.32.q.4.relata, & nunc refero: nihil est foedius, quam vxorem amare quasi adulteram, nec obstabit, quod Ioan. de Turr. dixit in.d.c.origo.quod qui causa saturandae libidinis ad vxorem accedit, peccat mortaliter, cum communis Theologorum sit contra eum, & etiam Canonistarum, vt bene habetur per Ioann. Brunellum in tract.de spōsal. col.16. tract. fol.13.nu.11.& 12.& 13.

19 Venio nunc ad quartam partem gloss. nostrae vbi quaerit, an inter Indos qui in sua infidelitate vxores recipiunt, sit matrimonium, & inclinare videtur ad partem negatiuam, propter eorum rusticitatem & barbariem: cui ergo non assentire, quia ab historiographis, legibus regi, & matrimonia contrahi inter eos, indiuiduamq; vitae consuetudinē retinere, in tantum quod vxores sepeliuntur, simul cum viris suis mortuis, & etiam ab alijs multis viris fidedignis habemus: & in alijs multis reperies eos rationis capaces, & sic ad mutuum consensum inter se praestandum: qui sufficiens est circa eos, cum iure naturali contrahunt: & licet de iure positiuo ad essentiam matrimonij requiritur substantia & forma, idest, con

20 sensus, & verba consensum exprimētia. Tamen secundum Panorm. in cap tua. de sponsal.num.10.sufficit, quod dicta forma, scilicet, verborum expressio, adimpleatur per aequipollentia signa consensum denotantia: ad quam conclusionem etiam adnoto Concil. Tridentin. cap.1. de modo contrahendi matrimoniū. Sess. 24. in illis verbis eorum consensu intellecto. Et sic videtur quod in illo primo matrimonio Adę non defuit consensus, nec forma: quoniam dixit os de ossibus meis, & caro de carne mea.c.1.Genes. Substātiam matrimonij dixi esse consensum, sequendo gloss.in.d.cap.tua.de sponsal.& licet non me lateat eam Couarru. in.4. part.1.cap.1 §.1.num.8.reprobare sequēdo Adrian.in.4.distinct.26.q.4. col.4. & Albert. Brun.in tract.de forma. fol 9. col.4.dicentes substantiam matrimonij esse ipsos contrahentes, quia nihil videtur mihi interesse, quod in contractibus, homines contrahentes dicantur esse substantia, vel ipse consensus, nam consensus est qualitas, quae non potest esse sine subiectu. tex.in.l.eius, qui in prouincia. ff. si cert. petat & quod Bart.& Bald. dicunt, videlicet, quod substantialia contractus sunt ea sine quo contractus stare non potest, in.l.prolatam.C. de sentent. & interlocutio.omn.iud.& in vtroq; verificatur dicta diffinitio, quia consensus praedicatur de homine sicut animal rationale, & ita sicut contractus non potest stare, homine contrahente deficiente, sic nec deficiente consensu.l. consensu.ff.de actio.& oblig. & sic homo quam uis dicatur substantia matrimonij, dicetur substantia remota, & consensus, propinqua.

21 Tandem ad rem redeūdo inquā, quod in tantum est verū praedictos Indos matrimonium interse contrahere, per supradicta, quod non solum essentialiter contrahunt, sed etiam formaliter: quae ampliatio per diffinitionem S.Thom.in 4. distinct.27.q.29.dicentis, matrimonium for-

formaliter & essentialiter est, coniunctio animorum & coniugum relatio, probatur cum istæ duę qualitates in ipsis concurrere videamus.

22 Videtur tamen, quod apud dictos Indos, & alios infideles dictum matrimonium non sit sacramentum: quia præcepra de sacramentis, & de fide, cum ista non sint de iure naturali, sed de iure Diuino, non versentur apud infideles, Thom. 1. 2. quæstio. 108. articul.1.&.2. & in quodlib. 4. articul. 13. Sed verius est, quod matrimonium inter infideles sit sacramentum. text. in cap. gaudemus. de diuortijs in illis verbis. cum sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existat. text. in cap. de infidelibus in fin. de consanguinit. & affinita. & gloss. in verbo. existat, in dict. cap. gaudemus text. in cap. deinde. 26. dist. & Panormit. in dict. cap. de infidelibus. numer. 4. dicit, nota. quod inter Iudęos, & alios infideles est verum matrimonium, & sic habes vnum sacramentum, quo vtuntur Iudæi, sed in hoc est aduertendum, matrimonium inter infideles non esse ita ratum, & indissolubile, sicut inter fideles, quia in illis cessat, ratio indissolubilitatis. Vbi etenim deficit fides Christiana, matrimonium non habet suum significatum. nam matrimonium consummatum, denotat vnionem, & conformitatem, quę est inter Deum & Ecclesiam, per assumptionem carnis humanæ, vt in capit debitum. de bigamis: quam differentiam, adnotauit gloss. in dict. cap. de infidelibus, & Panormit. in. d. cap. quanto. nu. 5. de diuort.

23 Sed differentia inter matrimonium fidelium, & infidelium clarius patebit omnibus eius partibus consideratis, quę multipliciter considerentur. Primo etenim consideratur matrimonium respectu finis, idest, procreationis, & est iure naturali: secundo modo consideratur respectu consensus, & est de iure gentium, secundum Bald. in dict. §. ius naturale, & secundum Oros. ibi numer. 4. dicens, quod attinet ad consensum iuris gentium est, sed & quod attinet ad consensum à iure naturę: qoasi velit dicere, quæ naturalia fuerunt ante ius gentiũ postea omnium gentium obseruatione efficiebãtur iuris gentium: argum. l. vel vti. ff. de iustit. & iur. & Fortun. Garc. in dict. §. ius naturale. numer. 35. sic exposuit, licet ad alium sensum: & istis duobus casibus, nullam dandam esse censeo differentiam, inrer matrimonium fidelium, & infidelium: tertio modo, consideratur mattimonium quoad formam contrahendi, idest, verborum expressionem, & ista cum sit de iure Ciuili & Canonico, non tangit, nec ligat infideles, qui extra Ecclesiam existunt. cap. gaudemus. de diuors. & ibi gloss. quarto consideratur, prout est sacramentum, & tunc cum sit à iure diuino, non est à Deo ratum, & significatiuum inter infideles, vt est inrer fideles, vt manet dictum: quinto & finaliter, potest considerari quantum ad legem prohibitionis, & permissionis in gradibus prohibitis, & tunc magna versatur differentia, inter eos, quia fidelis non potest contrahere in omnibus gradibus prohibitis, & peccat si contrahit, & etiam matrimonium dirimitur, si casus talis est qui impediat & dirimat: vt habetur per totum titulum, & consanguinitat. & af-
24 finitat.

Infidelibus autem, soli illi casus matrimonium impedient, qui probibent matrimonium iure naturali, vt habetur in cap. fin. de diuortijs. & cap. gaudemus. eodem titul. & in cap. de infidelibus. de consanguinitat. & affinitat. & bene per domin. Couatru. in. 4. part. 2. cap. 6. §. 10. numer. 2 & 3. & per Syluest. in verbo. mattrimonium. 8 nu. 6. & casus qui de lege naturali, impediũt, & dirimũt matrimonium sunt sequentes: pater cum filia, filius cum matre, auus cum nepte, frater cum sorore, præuignus cum nouerca, & etiam in linea recta, assendentium, & descendentium in infinitum matrimoniũ prohibetur, Sylo. vbi supr. & domin. Couarru. d. §. 10. à numer. 4. vsque ad. 8 vbi elegantissimè more suo disputat, & sic concludit: de forma autem contrahendi, quoad fideles habemus in. c. 1. Sess. 24. Trident Concil. cum quibus sumus expediti à gloss.

1 *Naturale esse res communes negligi, & ideo diuisio dominiorũ, quæ fuit de iure gentium & nu. 2.*

Domi-

2 Dominorum distinctiones esse inquit Fortunus de iure naturæ, & resoluitur articulus dicens, vsum & ipsam, diuisionem, esse iuris gentium pro uisiones actus de iure naturæ.

GLof.6.in verb. *Apartadamente*, dicit distinctio dominiorum fuit de iure gen
1 tium, vt hic: & laudat istam diuisionem, quia naturale esse inquit, res communes negligi. ad cuius expeditionem dico, tres fuisse.ll. ab Adæ tēpore, vsque ad Moysem exclusiuè: prima fuit ius naturale primęuum, illud quod est commune omnibus animantibus: secunda fuit ius etiã naturale commune tantum hominibus, quod dicitur rationis: tertia fuit ius gētium, de quo loquitur gloss. nostra, &.l. ex hoc iure ff. de iust. & iu. quo iure sancitum fuit meum & tuum, & dominiorũ distinctiones: cum qua conclusione transeunt. Bar. Alexan. & Ias. in.l. si id quod. ff. de condictio. indebit. & Panorm. in c. firmiter. de summa Trinit. & fid. Cathol. & Maranta in speculo adunc.3.part. fol. mihi.14.nu.8.

2 Fortun. tamen Garc. illo suo acutissimo ingenio altius ista perpendit, in.l 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. à nu 23. vsque ad.26. dicens, de iure naturæ esse dominiorum distinctionem, quia dicto iure, idest, ratione à natura ipsi generi humano insita, ortę sunt determinationes, diuidentes dominia, & possessiones rerũ, ob hominum crescentem malitiam, ne mali potiora, ac maiora occuparent: & quia magis solicitus est quis, ad curandũ propria, quam ad curandum communia, l.1.C. quando & quibus: quart. par. debe. & quia status generis humani, est magis pacificus distinctione rerum: nã cõmunitas parit discordias. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat.2. & quia ordinatius genus humanum regitur distinctis dominijs.c.1.79. distin & S. Thom.2.2. quæst.66. quem sequitur Bart. Socin. in l 1. in initio. ff. de acquirend. possess. Nec obstat text. in.l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & quæ Doctores ibi dicunt, scilicet, dominiorum distinctionem esse de iure gentium: nam non eo quod sunt iuris gẽtium, desinunt esse iuris naturę, quæ sibi prouidens ad meliorẽ sui conseruationẽ ista statuit: & sic resoluendo dicn, ipsum vsum & exercitiũ dominiorum, ipsamq; distinctionem, iuris gentiũ esse. Sed prouisio istius actus, & determinationes, & decreta, à iure naturę descenderunt & emanarunt: ratio etenim ipsa naturalis, id dictabat, vt probat text. in.c. ius naturale. dist.1. &. §. singulorum inst. de rerũ diuisio. vbi Iustinianus dubitando, à qua dominij acquisitione ordiatur tractare, inquit, vetustius est ius naturale, quod cum ipso genere humano, rerum natura prodit: ex quibus verbis infertur prædicta nostra conclusio, quod prouisio distinctionis dominiorum, fuit iuris naturę, ipsum autem exercitium iuris gentiũ: istum intellectum ad.d. §. singulorum adnotauit. d. Fortun. Garc. d. §. ius naturale. n.23. & ita Domin. à Sot. lib.4. de iust. & iur. q.3. artic.1. fol.288. col.2. dicit dominium ab orbe condito esse, & distributio facta fuit statim post peccatum: & sic remanent intellecta verba gloss. nostræ.

In.l.3.tit.1.p.1.in gl.2.et.4.

1 Prudens qui omnibus virtutibus præditus dicitur, sciet cui quando dãdum sit, & qualiter, & ab isto non recipietur beneficium aspere datum quod panis lapidosa dicitur.

GLo.2. in verb. *Do conuiene y como y quan*
1 *do*. glos. cum suo text. dicit, in liberalitate & beneficio attẽdi debet, vt prosint non vt noceant, quia male agis si ei largiaris, qui in patriam conspirat: cui addo quod cum prudentia sit, recta iudicia proferre in omni materia morali, quam rectitudinem à virtute morali recepit, non potest esse prudens, nisi qui præditus sit omnibus virtutibus, & iste sciet, quid quando, & cui beneficium erit conferendum, secundum Dom. à Sot. lib.3. de iust. & iur. q.4. art.1. fol. 218. col.2. & hoc est quod dicit lex nostra: at melius cæteris. Senec. lib.2. de beneficijs. c.1. per totum docet, quemadmodum dandum sit, vbi beneficium: & ab homine duro, aspere datum panem, lapidosum vocat, illa palàm danda quę gloriosum est ea recipere dicitur.

Prę

1 *Pro bene gestis præmium stabilitũ est de iure diuino naturali & ciuili.*

GLos.4.in verbo. *E no merescimiento por los bienes.* Lex ista dicit, quod licet de
1 iure cõmuni, malefactores, & delinquentes puniuntur, boni tamen non remunerantur, pro bene gestis glos. nostra. d. cõclusione non obstante adducit aliqua iura, retributionem & gratificationem facientia de iure communi, & pro concordia dicit, quod non ita bene remunerantur de iure cõmuni, sicut in istis legibus partitarum, & quod hoc est quod lex ista vult dicere: & bene quidem, non enim credendum est, harum legum cõditores, qui iuris prudentiam percallebant, ignorare. ll. retributionem pro benegestis facientes: neq; tali vitio velle notare hanc l. iuris consultos quorum pectora philosophia redundabant: si quidem de iure diuino & naturali, pro bene gestis præmium stabilitũ est. Moyses. c. 4. Genesis nonne si bene egeris recipies, si autẽ male, statim peccatum tuum in foribus aderit. Et Sapien. lib. 2. sicut eum qui recta pergit ad solẽ vmbra sequitur, sic & qui virtutem colit subsequitur honor, habebitq; alia bona, vltra in sacra pagina promissa. quæ refert Senec. in lib. 10. epistol. in epist. 74. in medio.

In.l.4.tit.1.p.1.in glos.1.

1 *Scriptura non est de substantia legis, siue quoad formam substantialem, siue quoad formam accidentalem, idest obligationem. si de voluntatis legislatores constat, & gloss æ conclusio procedit, quando de ea dubitatur.*

GLos.1.in verbo. *Leyenda.* Mouet quæstionem an de substãtia legis sit, quod
1 ipsa scripta sit, & pro vtraque parte aliqua adducẽs concludit, cũ Felin. in Rub. de const. n. 3. & 4. distinguẽdo, aut quæritur an scriptura sit de forma substantiali legis, & dicendum quod non, aut de forma accidentali, idest, ad inducendã obligationem ex lege, & tunc requiritur scriptura: quæ distinctio fuit originalis, Bald. in. l. humanum. C. de legi. & istam sententiam sequitur. glos. nostra, sine vlla tamen distinctione dixit Fulg. in. l. de quibus. num. 12. in fin. ff. de leg. quod nõ est de substantia legis, vt in scriptis fiat, & dicit cõmunem: quem etiam indistinctè secutus est Emanuel Xuarez, in commun. opinio. tomo. 1. fol. 215. num. 6. dicens, lex de sui substantia scriptis non opus habet istam partem, etiam defendit Selua. de beneficio. vol. 15. tract. q. 22. n. 14. fol. 82. vbi dicit scriptura non est de substantia legis, quia sine scriptura, & sine publicatione valet lex, & ligat statim si cõditor velit, vt notat glos. in Clem. 2. de hæreticis: sed in dubio dum non constat de mente conditoris, intentio eius videtur suspensa donec fiat scriptura, vt consuetum est: & pro ista parte facit; quod sola voluntas principis est constitutio. §. sed & quod princip. inst. de iure. natura. l. 1. ff. de constit. princip. facit text. in cap. 1. de iure iur. in. 6. in illis verbis, nisi iurent statuta, & constitutiones ipsarum ecclesiarum, scripta & non scripta, & text. in cap. si quis. 1. q. 7. dũ dicit traditionem ecclesiasticam, scriptam vel nõ scriptam, & cap. institutionis. 25. q. 2. ibi siue quæ scriptæ decernimus, siue quę in nostra præsentia videntur esse disposita, & l. 2. §. hæc disputatio, & §. nouissimè. ff. de orig. iur. vbi responsa prudentium dicuntur ius sine scripto, & §. singulorũ. vbi dicit, quod leges scribi cœperunt: ergo dicitur, quod prius erant leges, quam scriberentur, & sic concludit scripturam non esse de essentia legis, aut gratiæ, vel priuilegij & collationis, nec etiam in casibus numeratis per glos. in cap. 1. §. quãuis de sensibus in. 6. & per ista, & alia fundamenta potius huic communi opinioni assedeo, quã sic intelligendã esse censeo, & Didac. Perez dicit, non esse de essentia legis, vt scribatur, bene tamen ad eius comprobationem, in. l. 1. tit. 4. lib. 1. col. 179.

1 *Lex est ratio summa, quæ iubet ea quæ facienda sunt prohibetque contraria.*

GLos.2. Lex dicit, à ligo ligas inquit gl. Cui addo vel à legendo, quia scripta
1 est, S. Thom. 1. 2. q. 90. dicitur etenim regula iustorum & iniustorũ. l. 2. ff. deleg. non sic deregula intelligendo, sicut Ac-

cur-

curtius accepit, in dict. l. 2. videlicet, prout diffinitur in. l. 1. ff. de regul. iur. sed accipienda pro regula, quam omnes imitemur, secundum Alciat. & Orof. in d.l.2.num.12. & diffinitur sic: lex est ratio summa quę iubet ea quę facienda sunt, prohibetque contraria: sed quia aliæ multę diffinitiones assignantur, per Theologos, Iuristas, & Canonistas, remitto ad Domin. Sot. de iustit. & iur. lib. 1. quæst. 1. artic. 1. fol. 6. & ad Sylu. in summa in verbo. lex.

In.l.9.tit.1.p.1. in glos. 1.

1 *Non expedit condere. ll. optimas, sed eas quæ imperfectæ multitudini quadrent ex qua conclusione intelligitur verba glos. nostræ.*

GLos. 1. in verb. *Escogido deue ser mucho.* 1 Text. & glos. concludunt quod ius à quo lex elicitur, debet esse valde electū. Quæ verba, sic intelligenda sunt, vt non intelligamus, quod expediat condere leges optimas, sed eas quę imperfectę multitudini quadrent, secundum Abulense. in tract. de optima policia. nu. 102.

1 *Lex naturalis ex causa mutatur per subtractionem, & additionem.*

2 *Ius naturale mutari non potest quo ad prima principia conclusiones, quæ ex eis sequuntur aliquando iuris humani dispositione subijciuntur.*

3 *Leges naturales, & diuinas generales posse determinari per humanas quoad legem iustitiæ quod exemplis ostenditur.*

4 *Processus factus á principe sine citatione valet si negotium ita geratur quod posit eius res sufficiens cognitio haberi cum qua limitatione est intelligendus Petrus Dueñas.*

5 *Iura naturalia deficiunt aliquando, propter particularia impedimenta quantum ad rectitudinem, & aliquando quantum ad notitiam.*

GLos. 4. in verb. *Mudar.* Dicit, quod expedit mutare leges secundum temporum varietatem, per iura ibi allegata: cui rationem addo, quia lex debet esse apta, & congrua tempori, & loco, cap. erit autem lex. distinct. 4.

1 Et ista conclusio, quod leges expediat mutare, secundum varietatem temporū & locorum ampliatur, etiam si lex sit naturalis, quæ iusta de causa mutatur, per subtractionem, vt iam non dicatur, de lege naturæ quod prius erat, & etiam per additionem. Primo modo mutari potest, quoad particulares determinationes. Secundo modo mutari potest, quia multa ad naturalem legem superaddita sunt, tam per leges diuinas, quam humanas, pertinentia ad vtilitatem humanæ vitæ, de quibus per Syluest. in verbo. Lex. numer. 3. in medio, & Domin. de Couarru. in cap. quamuis pactum. de pact. in. 6. in 2 2. part. relectio. § 4. numer 5. fol. 9. Nam licet ius humanum tollere, non potest iura naturalia, quoad prima principia pręcipientia (actus nostros, & vitam rationabilem debere esse) nec quoad ea, quæ ex primis principijs iuris naturalis necessario sequuntur, qualia sunt decalogi præcepta: conclusiones tamen que ex dictis primis principijs oriuntur frequentius, non tamen in vniuersum, iuris humani dispositioni, qua ex parte id vtile rei publicę & communitati sit submittuntur.

Hoc ipsum, & ratio naturalis dictat, vt ll. humanæ, & hominum instituta mutentur, iuxta vtilitatem ipsius humani conuictus: de quo satis bene, per Domi. Francisc. Sarmient. Episcopum meritissimum Geenensem, in tract. de redditi. Ecclesiastic. part. 4. capit. 2 num. 6. & cap. 5. numer. 1. & in. 3 part. Selecta. cap. 14. numer. 1. & 2. & 3. & habetur per Sanct. Thom. 2 2. quæstio. 85. articul. 1. & 2. q. 184. artic. 1. & 7. Vbi conclu-3 dit. ll. naturales & diuinas generales, per ll. humanas positiuas, & consuetudines

B posse

posse determinari, seu moderari, quo ad legē scilicet iustitiæ: nihil enim aliud sunt positiuæ. ll. quam determinationes legis naturalis & diuinæ, vt in singulis præceptis decalogi habetur. Nam quo ad latriam, quæ Deo iuri naturali debetur, modum & formam orandi, sacerdotibus & reliquis fidelibus Ecclesia constituit: sicque in decimis colligendis sicque constituit circa citationem, & causarum cognitionem, quod citatio fiat in litis ingressu, & etiam post conclusionē causæ, ante sententiam, secundum consuetudinem cuiusque patriæ. quia Hispaniç non fit citatio de consuetudine, ad audiendam sententiam: ista est determinatio iuris vtriusque, procedens ab illa ratione naturali, vt nisi re cognita, & intellecta minimê iudicemus, nam in auditam partem condemnare, vel in re non cognita iudicare, natura ipsa vitiosum est c.2 de causa possessio. & pro. & in.c. nos in quēquam.2.q.6.arridetque. Dom. Francisc. Sarmien. in Selectis.c.14.lib.2. nu.8. illos qui dicunt, citationem esse de iure diuino, eo quod Deus vocauit Adamum, antequam eum â Paradiso expelleret. Sed nunc citatio decendat, ab illa, nunc ab ista ratione, de iure naturali tandem est: quod autem citetur ad istū actū siue ad illum iuris positiui determinatio est.

4 Quæ conclusio conducit ad intelligendam quæstionem, an princeps potest tollere citationem, & an actus, vel processus factus ab eo sine citatione valeat: & videtur quod sic, si negotium ita gerat, vt possit eius rei sufficiens cognitio haberi: & latê disputat Petrus Dueñas, reg. 43. col. penult. quē cum dicta limitatatione intelligendum esse credo: quia illam rationem quā ipse assignat, scilicet, quod causa presumitur semper in principe, multis fundamentis impugnat. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum de const. numer. 38. quem multi sequutur, vt infr. dicam latius.

5 Et sic Sylu. in.d. verbo. lex inquit. iura naturalia sunt immutabilia, quantum ad prima principia, secundum rectitudinem & notionem, quia semper sunt recta, & obseruanda, & quia ab omnibus noscuntur esse talia: quæ conclusio, vt in pluribus est vera, sed in paucioribus deficit, quantum ad rectitudinem, propter particularia impedimenta: sicut in deposito, quod casu non est redendum, vt si arma deposita petātur, ad aliquem abusum: similiter deficit in paucioribus quantum ad notitiam, ex hoc quod aliqui habent rationem passionibus deprauatam, seu malam consuetudinem, vel malam habitudinem naturæ, sicut apud Germanos olim erat, non reputantes latrocinia esse peccatum: & in Coruña ab hinc ferè viginti annis, reputabant sibi licere, die celebrationis sacratissimi Corporis Christi, personas Apostolorum agere, nudis corporibus, & patētibus virilibus more belluarum: istam prauam consuetudinem ademit, dominus Petrus à Portocarreto, qui tunc audiētiam illam regebat: ex quibus omnibus constat, quā vtile & necessariū sit, nondū. ll. ciuiles mutare, sed & ipsa naturalia iura modificare, & sic intelligendus. §. sed naturalia inst. de iure natur. genti. & ciuil.

In.l.12.tit.1.p.1.in glos.1.

1 *Lex generalis, vel edictalis est, quæ verbis generalibus fit, quæ comprehendit omnem casum dato, quod in vno sit maior ratio quam in alio.*

2 *qualiter Duces, Comites. & varones possunt in populis suis statuere remissiuè.*

3 *Populi de iure communi quamuis iurisdictione carentes possunt statuta condere etiam iurisdictionem concernentia cum limitationibus, & sublimitationibus.*

4 *Populi iurisdictionem habentem limitatam intra dictam iurisdictionem possunt statuere, sine noua Regis licentia de iure communi.*

5 *Populi Castellæ possunt statuere in pertinentibus ad administrationem rerum suarum.*

Sta-

6 Statuta de iure regni vires non obtenent ante confirmationẽ Regis, vel supremi consilij contra cõmunem.

7 Nihil factũ videtur, qui aliquid ad perficienda actum restat.

8 Actus qui confirmandũus est ab alio, donec confirmetur est imperfectus.

9 Ad hoc quod concilium generale teneat debet à Papa confirmari, quia consilio est maior.

10 Statuta condita contra. ll. vires non obtinere ibidẽ consuetudinẽ vires non obtinere cõtra.ll. Rege inscio, & qualiter intelligatur infr. dicitur.

11 Consuetudo introduci non potest inscio Rege, quæ fuit glos. nostræ conclusio contra eam est cõmunis de iure communi.

12 Sufficit ad hoc, vt consuetudo inducatur rationabilis scientia & pacientia in genere, neque requiritur in qualibet specie, & ita sufficiet scientia rectoris, vel prætoris, nu.13. & sic intelligenda, est glos. nostra conclusio.

13 Confirmatur Auendani, & Burgos de Paz, sententia & limitanda erit quinque modis.

GLo.1.in verbo. *Sobre las gentes*. In quantũ.l.ista dicit, quod solus Rex potest
1 leges condere, in regno suo, & non alius: glo. limittat dictũ legis, ad leges generales cõprehendentes omne regnũ, non autẽ quoad statuta. Quia populis licet statuta facere, vt infr. ex animabo, & sic hac occasione motus dicam, quæ dicantor. ll. vel Canones generales, & de earum vi. sit igitur regula, quod. ll. vel Canones generales dicuntur, quæ factæ sunt per verba generalia, secũdũ Dec. in.c.1.ia lect.1. nu.28. de consti. & hac lege non distinguẽte, nec nos debemus distinguere. l. de pretio. ff. de public. quæ lex edictalis nuncupatur. l. hac edictali. C. de secund. nup. interst, autem nunc scire, quæ sit lex generalis, vel non, quoad vim extentionis, & comprehensionis: quia lex generalis comprehẽdit omnem casum, dato quod in vno sit maior ratio, quam in alio, vt in.l.1.§. quod autem. ff. de aleato & in.l. in fraudem. §. fin. ff. de testa. milit. hæc sufficiant: latius habes per Petrum Dueñas. reg. 133.

2 In eadem glos. ibi (vbi habetur quod Duces, & Comites) tãgit qualiter Duces & Comites, & alij domini possunt in populis suis statuere, & vltra ea quæ Petrus Nuñez Auend. dicit, in.1.p.c.5.nu.6. de exequen. mand. latè dixi infra. in.l.12. tit.1.p.2.

3 In eadem glos. ibi (& quod populi) glos. dicit, magis communem esse opinionem asserentium, populos etiam iurisdictione carentes posse statuta condere, secundum Ias. in.l. omnes populi. ff. de iust. & iur. allegantem, Bal. in Rub. de const. dicentem, quod sufficit populis, ad statuendum facultatem eis cõcessam, ex. d.l. omnes populi, sine noua licentia Principis, siue constitutio concernat iurisdictionem siue non.

Limitat prædictam communem conclusionem tripliciter, primo respectu pœnæ, quam ciuitates iurisdictione carentes inquit non posse imponere, quãq; limitationem sublimitat, alijs tribus modis, scilicit, si haberent potestatem statuendi, ab habente iurisdictionem concessam, vel si vicini obligarent se ad inuicem, ad obseruationem statuti, sub pœna, vel ex consuetudine haberent potestatem imponendi pœnam.

Secundo. d. glos. limitat principalem conclusionem, ad statuta cõcernentia administrationem rerũ suarum, secus quo ad concernentia decissionem causarum, quia in istis non possunt statuere. Tertio etiam limitat dictam conclusionem principalem, dummodo populus nõ statuat contra. ll. & respondens ad obiectũ dicit, quod consuetudo non potest induci inscio principe, quia eius consensu debet roborari, ad hoc quod teneatur, & hoc est quod glos. dicit, ad cuius elucidationem dico, quod in sua principali conclusione, quam dicit, magis communem bene dicit, regulariter etiam de iure Regni cum dictis limitationibus concludendo, quia de statutis factis à populis iurisdictionem habentibus concessam

à Principe, vel præscriptione quęsitã, nemo est qui ambiget, quia sicut prędicti populi possunt per se consuetudinem inducere, vt asserit Oros. d.l. omnes populi, nu.8. ita statuta, & de istis oppidis, vel ciuitatibus loquitur Bernar Diaz à Luco. reg. 555. dicens, populus habens iurisdictionẽ à Principe concessam, vel pręscriptã, potest per se facere statuta, nec requiritur confirmatio superioris: quã conclusionem eius additionator, Salzed. approbat, & dilatat multis allegationibus, eandẽ conclusionem confirmat Ioan. Grac. reg. 434 & Oros. vbi sup. nu.9. cũ alijs.

4 Sed veniendo ad populos habentes iurisdictionem limitatã, dicẽdũ, quod intra limites facultatis possunt statuere, sine Regis confirmatione, secundum Bar. in. d.l. omnes populi, & alios quos Oros. refert. ibi. nu.10. sed an hoc verum sit de iure Regni infr. nu.6. videbimus.

5 Si tamen loquamur de populis nullã iurisdictionem habentibus, quales sunt pene omnes totius regni Castellę, isti possunt solũ statuere impertinentibus ad administrationem rerũ suarum, secundum Bar in d.l. omnes populi. & Ias 1. lect. in fin. & tenet Matth. de Afflict. in constit. Regni. Sicil. in pręlud. q.5. & Petrus Nuñez Auen. 1.p.c. 19.n.4. de exequẽ. mãd. Nicol. Bellon. cons. 15. Tiraq. de iure primog. q.16. n.4. & Alber. in tract. statuto. 1.p. q.7. dicens, quod prius in ciuitatibus iudicandũ est istis statutis quã legibus, de quo Burgos de Paz. in. l.1. Taur. nu. 342. & 350. & probatur in l.4. tit. 14. lib. 5. Recop. & ibi Matien. gl. 4. istã conclusionẽ refert inter cõmunes Donatus à Fina. in tom.1. cõmu. opin. fol. 126. nu. 295. dicẽs, populus non habens iurisdictionem, non potest condere statutũ, nisi circa administrationem rerũ suarum Fallit tribus casibus positis à Ias. in d.l. omnes populi. n.28. & in duobus positis per Felin. in c. cũ omnes de const. nu.14. & ista sufficiãt ad confirmationem secundæ Falentiæ, quam ad suã conclusionem principalem assignauit glos. nostra.

6 Sed vt difficiliora aperiantur in ista materia, quæro an ilico, quod populus iurisdictione carens condidit, statutũ teneat, ita quod sit obseruandũ, ante Regis cõfirmationẽ: & glo. in præsenti in vers. retuli videtur inclinari, ad partem affirmatiuam, videlicet, quod continuo, post publicationem dictorum statutorũ, ante Regis confirmationem ligent. & in terminis tenet eandem sententiã Auend. de exequẽ. mand. 1.p.c 19.n.3. fol. 114. col.4. dũ tamen sint statuta rationabilia: quem sequitur Salzed. in additio. ad Bernard. Diaz in reg. 555 & dicit interim seruanda, quod non præcipitur per Regem, vt non seruentur, donec fuerint confirmata. Idem tenet Mench. de successio. creatio. 1.p. §.6. nu.35. dicens, sustinentur statuta populi recognoscentis superiorem, facta sine eius confirmatione, dũ tamen eius legibus non aduersetur. Idemq; voluit Matien. in. l.4. titu. 14. lib. 5. Recopil. glo 4. nu.2. dicens, statuta dicta seruãda esse inquantũ Regis cõfirmatio defertur. Burgos l.1. Tau. nu. 350. contrariũ tamen sensuit Ioann. Grac. reg. 434. in initio citans solũ Matientiũ: imò quod dicta statuta nullas obtineant vires, ante Regis confirmationem. Non respondet, neque fundat, solũ allegat contrariam praxim. ego verò sequendo d. Ioann. Gratian. allego pro ista parte. l.8 tit. 1. lib. 7. Recop. & pondero illa verba. *Y las embiẽ a nuestro Consejo con las contradiciones que huuiere, y las dichas ordenãças, para que alli se prouea lo que se deue mandar guardar e confirmar.* Ex quibus colligitur suspendi effectum statutorũ, vsq; ad examen, & approbationẽ Regis, quia nihil factum videtur, quãdo aliquid ad agendum superest: ita tenet Bagarotus in tract. de reprobatio. testib.
7 vol.5. tract. fol. 253. num. 5. per text. in. l. penul. C. de his quibus. vt indig. & quia actus quando fieri debet, sub vna qualitate, si fiat sub alia non valet: l. lutius. ff. de fideicõmiss. liber. l.1. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. obliga. c. cũ aliquibus. & c. susceptum. de res. in.6. Hostien. in cap. cũ dilectus. de iure patro. vbi dicit, quod si præsentatus à patrono, ordinarius eũ instituit, non iure patronatus, sed alias suo iure, perinde est, ac si præsentatum nullo modo institueret: notat Selua. in tract. de benef. vol.15. fol. 90. nu.4. sic in casu nostro, cũ statuta deferenda sint ad supremum Regis consiliũ, & ex eius approbatione vires obtineant, sequitur. quod nõ sufficit sola populi approbatio.

8 Sed quod magis vrget est, quia quotiescunq; in aliquo actu, requiritur cõfirmatio superioris, actus est imperfectus, donec confirmatio sequatur. text. est in. c.

post-

postquã. de electio. & ibi Abb. n. 2. dicit, quod electus ante cõfirmationem habet ius in habitu tantum, nõ in actu, & idem in cap. nosti. de elect. num. 1. dicit, potestas administrandi descendit ex confirmatione, non ex electione & quia nihil operatur antequam sit. l. fin. ff. de collat. bono. l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de vent. inspici. l. quoties. ff. de nouatio. & quia nullũ imperfectũ operatur perfectũ, & quia quoties sunt duo gradus successiui ad inuicẽ subordinati existens in primo non debet attingere ea quæ sunt vltimi: & ita licet habeant potestatem decuriones condendi statuta: non tamen ea executioni mandandi, donec per Regem cõfirmentur, tradit multa Oldra. consil 180. in quæstione, an Imperator habeat ministrationem ante coronationem.

9 Facit in simili multum, quod patres in nomine sanctissimæ nostræ matris Ecclesiæ, idest fideliũ, in œcumenico, & generali consilio cõgregati, de licentia summo Pontificis, possunt Canones condere, tamen nihilominus requiritur, Põtificis approbatio & cõfirmatio, ante cuius firmationem, nullam firmitatẽ obtinent. tex. in. c. placuit. 16. q. 1. quia Papa est cõsilio maior. c. sicut. 15. distinctio. & c. statutis. de electio. in. 6. habetur per Doctores in. c. significasti. de electio. ita habetur per Castaldũ de Boncõpagnis in trac. de potestat. Papæ. vol. 14. tract. fol. 352. nu 74. cum sequentibus. Ex quibus supradictis omnibus probatur, quod illud quod est confirmandũ, semper est impẽdente, neque vires assumit, donec confirmatio sequatur: & pro ista parte facit praxis Chãcelleriæ, vbi auditores reuocant sententias, & condemnationes, virtute statutorum, non confirmatorũ prolatas, quamuis non me latet defẽdẽtes cõmunem, respondere posse, dictas sententias: ideo reuocari per auditores, propter pœnas in statutis contẽptas, cũ receptissimũ sit minimè eas populũ imponere posse, vt supradixi, & latius Burgos. d. l. 1. n. 355. sed quia. d. l 8. tit. 1. multũ vrget, discessi à cõmuni, haud iniustè per telegas, & quæ dico. inf. in gl. 2. his sic finitis, venio ad tertiã limitationem, glos. conclusionis principalis dicentis, dicta statuta valere, dummodo non sint condita contra. ll. iuris cõmunis, vel Regni, quia neq; consuetudo cõtra. ll. principis potest introduci, cum ad hoc, quod valeat debet principis consensu roborari.

10 Quæ limitatio duas cõtinet partes: vna est statuta condita contra. ll. (in casu quo loquimur) vires non habere: altera quod consuetudo non potest introduci inscio Rege contra eius. ll.

Et quo ad partẽ primã indubitatã esse glo. conclusionẽ ostendit Burgos de Paz in. d. l. 1. Tau. nu. 346. & 347 & Villalo. in antino. iuris in princip. nu. 7. quos sequitur Ioan. Gracia. reg. 434. nu 3. maximè de iure Regni.

Sed ego credo retenta illa opinione, ꝙ de iure regni nulla statuta ante Regis cõfirmationẽ vires vllas habeant nihil referre, quod sint contra. ll. quia si Rex quãuis contrã. ll. ea cõfirmauerit subsistẽt, & secundũ ea iudicãdum erit, vt habetur per Albert. in tract. statutorũ. 1. p q. 7. & Burgos de Paz. d. l. 1. Tau. n. 342. Innoc. c. 1. de transact. num fin.

11 Venio nunc ad secundã istius limitationis partẽ dicentem consuetudinẽ nõ posse introduci inscio Principe allegat glo. in p. l. 5. tit. 2. ista par. Cui ego addo. l. 3. tit. 2. ibidẽ in illis verbis. *E cõplazer de aquellos, en cuyo poder son*, allegat etiã Bar. in. l. omnes populi ff. de iust. & iur. Cui addo Innoc. in. c. 1. de transact. nu. fin. dicentẽ, ad hoc quod valeat consuetudo, vel statutũ requiritur approbatio superioris: idẽ dicit Chassa. in consuet. Burgun. in cõclusio. col. 1497. & glo in. c fin. de consuetu. & Oldra. consil. 237 nu 3.

Contrariam tamen partem, scilicet, quod consuetudo potest induci, & valet inscio & ignorante Principe, tenet Abb. in. d. cap. fin. de consuetud. num. 13. & ibi Barbat. nu 71. dicens cõmunem, & Alexand. consil 6. num. 4. vol 1 & Domi. à S. Gemini in cap. frustra. distinct. 8. & quod DD. contrarium tenentes communiter reprobantur, & ibi Præpos. Alexa. num. 9. posuit inter cõmunes Michael. Grassu. tom 1. commu. opin. fol. 147.

12 Et ex nostratibus Petrus Dueñas in reg. 141. sequitur, cõmunem dicit tamẽ de iure regni esse legẽ contra dictã cõmunem in. l. 5. tit. 2. infr. ista. pa. & Auen. de exequen. mand. 1. p in. c. 19. nu. 3. dicit nullatenus consuetudinẽ induci posse inscio domino loci per. d. l. 5. tit 2 licet idẽ Auẽ. vbi sup. c 8. n. 3. inquit scientia, aũt Regis in introducẽda cõsuetudine iã hodie non

exigitur, quia si rationabilis est consuetudo introducenda est, & iā habet voluntatē & approbationem regum Castellæ. eo ipso quod est rationabilis: quā conclusionem intendit probare ex.l.11.tit.1.lib.7.ordi. quæ hodie est.l.1.tit.2.lib.7.recopil. Sed idē melius se explicuit, in dictio. suo in verb. *Costūbre*. vbi sub breuissimis regulis intendit resoluere saltem de iure nostro istam materiam.

Et in primis inquit de iure nostro, contra iurisdictionalia consuetudinē induci nō posse, nisi volēte & cōsentiente Rege Castellę, quia esset legē condere, quād nō possunt facere populi Castellę, ex defectu iurisdictionis: dicit in super sufficere, quod ista voluntas & scientia, vel pacientia Regis, vel domini locorū, præstetur in genere: nec requirit quod præstetur in specie probando scientiā Regis, in qualibet cōsuetudine, per doctrinā Bal. in.c.1. col.2. que sint Regal. in vsibus feud. & fic dicit hodie, in qualibet consuetudine rationabili regni Castellę, cōcurrere Regis voluntatem, ad quod allegat. d.l.11. tit.1. lib.7. ord. quæ hodie est.l.1.tit.2.lib.7. recop. vbi dixit, quod.d.l.1. pręcipit obseruari, omnes cōsuetudines rationabiles locorū: sed certe quantū ego existimo. d.l. 1. nihil facit pro sua conclusione, quia loquitur de cōsuetudinibus iā introductis, & quę illo tēpore vigebant, & tantū circa consuetudinē, *Que las ciudades tenia soSre elegir y nōbrar officiales*: quę consuetudines fortè fuere introductę cū scientia principis. Nec huic meę assertioni obstauit si replicetur quod si cū Regis bene placito introductę essent, prædictę cōsuetudines non opus esset ist hac cōfirmatione: quibus ego respondeo replicationem non obstare, quia consuetudines cōfirmatę habentur pro legibus, & habēt ius pinguius & maiorē virtutē, quā si existāt in sola & propria natura consuetudinis: vt habetur per DD. in.l. de quibus.ff. de leg. & per Casa. in consuetud. in conclusio. col.1498 num.1.&.2.

13 Sed nihilominus Auen. doctrina vera est, & eandē docet Burgos de Paz in relectio.ad.l.1. Tau. nu.232.&233. vbi dicit, nunquā vidi consuetudinem infringi eo quod de principis scientia, & pascientia nō cōstet, dicitq; sufficere rectores regij, aut domini in oppido cōmorantis scientiā & pascientiā, vt satisfiat verbis. d.l.5, tit.1. ist. pa. ad cuius cōclusionis probatio nē ego pondero verba.l.3. d.tit.2. ist. pa. ibi. *E cō plazer de aquellos en cuyo poder son*. & glo. nostra ibi dicit notando dicta verba. *En cuyo poder son*, fortè hoc dicit pro magistratibus & iudicibus, quorū iurisdictioni, ciues subsunt: & sic cū bona pace glos. nostræ concludendū, & secundū dictū Auen. intelligenda est, in quantū dicit, ad introducendā consuetudinem necessariā esse Regis scientiā, & facit pro opinione Auen. vbi sup. quod per decennīū cum cōtrario vsu lex tollitur, vt supr. notaui in.l.16. isto. tit. in gl.4. nu.2. *

Et licet. d. Petrus Nuñez Auen. in. d. dictio. & d. Burg. vt constat asserant, ad introducendā consuetudinē non esse necessariā Regis, vel domini loci specialē & expressam scientiā, sed sufficere generalē in introducenda rationabili consuetudine & prætoris scientiā, quę sententia cum cōmunis sit, & parū deuiet à iure cōmuni non video quare non sit limitāda secundū regulas iuris cōmunis, & ita limitabis prędictā conclusionē quinq; modis quibus eā limitat Petius Dueñas in reg.141. & in illis locum habebit dictum glos. nostræ indistinctè.

1 *Qui Magistratus maiores, vel minores temporales, vel perpetui possunt, vel non condere. ll. vel statuta secundū glos. nostræ resolutionem.*

2 *Statuta municipiorum sunt per ciuitates confirmanda.*

3 *Qui dicantur magistratus maiores qui minores qui sint perpetui qui tēporales.*

4 *Reges, Imperatores, & non recognoscētes superiores solum possunt. ll. condere, non autem magistratus, quam uis sublimiores, vt asserit glos. nostra.*

5 *Magistratus maiores perpetui vt sunt Duces, Marchiones, Comites nō possunt statuere contra. ll. Regni.*

6 *Magistratus inferiores, vt correctores ciuitatū non possunt etiā de populi consensu statuta perpetua cōdere*

cum

cum effectu quãuis sint pertinentia ad ornatũ populi, & cõmodum personarum contra gloss.

7 *Magistratus inferiores possunt inconsulto populo, & Regis consilio statuta condere expectantia ad suã iurisdictionẽ, & officij executionẽ cũ duabus limitationibus.*

8 *Episcopus potest statuere cũ limitationibus & cõtra ius dispẽsare ex causa*

GLo.2. *Otra ninguno.* Dicit, Duces, Comites, & Marchiones, & cæteros Magistratus inferiores à principe nõ posse. ll.
1 cõdere, ac quod Magistratus maiores, saltẽ perpetui, possunt cõdere statuta: subli miores vero.ll. per.l. formã. C. de officio. prefect. prætor. Illyrici. dictos Duces, Comites, & Marchiones, & Episcopos, & Magistratus temporales, ad tẽpus officij sui, inquit posse.ll. condere, superspectãtibus ad officiũ suũ, & quod neutri horũ Magistratuũ possunt, siue perpetui, siue tẽporales statuere, contra ius, secundum Bal. in.l. oẽs, populi. ff. de iust. & iu. & in.l. pro grama. C. vt cõminatio. & epist. dicẽtẽ, Magistratũ non posse imponere pœnas capitales, vel exterminales aliter quã iura cõmunia dictãt. Et quod fortè potest dici de iure communi, quod Magistratus etiã perpetui, non possunt cõdere. ll. generales, vel speciales, cũ Principi hoc cõpetat: statuta tamen ad ornatũ loci, vel cõmodum personarũ non repugnantia iuri cõmuni, seu legibus Regni possunt vna cũ populo, vel etiã, sine populo statuere, in spectantibus ad iurisdictionem suam, ad executionem officij.

2 Et an collegia & vniuersitates possent statuta cõdere, remissiuè loquitur, & hoc est, quod glos. nostra dicit concludendo, quod statuta municipiorum sunt per ciuitates confirmanda.

3 Sed priusquã ad glo. conclusiones deueniã, operę preciũ mihi videtur expẽdere officiũ magistratuũ, & qui sint prædicti magistratus: & sic hæc vox (magistratus) laxa illa significatione, omnes omninò magistratus, seu habẽtes imperiũ, aut iurisdictionẽ, seu etiã nihil horũ habẽtes cõprehendit: at cũ ad iudices vox illa generalis refertur, vt in glo. nostra, tunc cõprehendit non maiores solũ iudices, quibus est gladij permissa potestas, sed & eos qui sine imperio sunt: nã & municipales magistratus, quibus iure cõmuni nulla cõpetit gladij potestas, sed modica tantũ coertio, vere & proprij magistratus appellãtur, vt inquit Claudius Cãtiuncu. in tract. de offic. iud. lib. 2. c. 3. nu. 11. in tract. doct. vol. 2. fol. 297.

Et horũ magistratuum quidã dicuntur magistratus maiores, vt sunt Consules, Pretores, Censores, Dictatores. alij dicuntur minores, qui sunt reliqui omnes.

Insuper quidã magistratus dicũtur perpetui, vt Duces, Comites, Marchiones, Reges, & Imperatores, de antiqua cõsuetudine, cæteri sunt tẽporales, vt latẽ habetur per Corset. de potesta regis. in vol. 12. tract. doct. fol. 89. n. 9. & . 10. & per eũdẽ Claud. Canti. in. d. tract. lib 2 c. 1. n. 4. & . 5. fol. 295. ex supradictis, melius habes notitiã istius dictionis (magistratus) quã per Petrũ Prateium, in suo lexicon iuris, quæ notitia multũ confert ad resolutionem materiæ.

4 Et sic sub breuissimus regulis, & distinctionibus nitar eam resoluere, ideo dico, aut sunt magistratus maiores & perpetui, vt Imperatores & Reges, & nõ recognoscentes superiorẽ, & isti soli possunt. ll. cõdere per.l. istam. & tex. in.l. fi. C. de leg. autẽ sunt magistratus maiores, & tẽporales, vt sunt Dictatores, Consules, Prætores, Censores, vel præfecti pretorio oriẽt. illyri. & non possunt condere. ll. nisi de licentia Regis vel Imperatoris. & sic Bart. & Bald. respondent in. d.l. fin. C. de leg. ad.l. formam. C. de offic. prefect. prætor. orient illyri. quę dicit, dictum præfectũ legem condere posse, & sic intelligenda conclusio glossæ nostræ, quia cum. ll. cõdere generales sit meri imperij, secundũ Bart. in.l. imperium. ff. de iuris omn. iud. & ibi Velas. num. 150. competit, soli regi, vel Imperatori, & non recognoscenti superiorẽ: de quo etiã per Didac. Perez in procemio, ord. col. 5 & in.l. 1. tit. 4. lib. 1. ordin. colum. 180. versicul. quæro. Possunt tamen condere statuta non contraria iuri, secundum Bart. d.l. omnes populi. & Oros. ibi, num 30. in fin. & 31.

5 Aut sunt Magistratus minores perpetui, vt Duces, Comites, & Marchiones, & isti: quãuis dicantur assimilari regi, vel præsidibus, & etiam dicantur vicarij Re-

 gis

gis in. l. 12 tit 1 p. 2. tandem non possunt quicquam statuere contra. ll. Regn. 1, quia sunt Rege inferiores. c. cum inferior. de maiori. & obedie. & in Clem. ne Romani de electio. Panor in. c. cũ accessissent. de cõst. & bene per Auen de exequẽ. mãd. 1. part. c. 5. n 6 & dicã infra. in d. l. 12, tit. 1.

Aut sunt Magistratus minores temporales, vt cęteri Magistratus & gloss. dicit, quod de populi consensu possunt statuere, dum modo nõ sit contra ll. iuris cõmuni, vel Regni, & sint statuta pertinentia ad ornatum populi, & commodũ

6 personarũ: cui nullatenus astentio si loquamur de statutis cũ effectu, nulla etenim statuta perpetua condere possunt nisi prius ad supremum Regis senatum mittantur, vt dixi supr. ista. l. in gloss. 1. n. 6. per l. 8. titul. 1. lib 7. Recop. quę formam dat condendi statuta indistinctè, ideo libuit eius verba hic inferere. *Mandamos, que cada y quando que a las justicias de las ciudades y villas paresciere que conuiene hazer algunas ordenanças para la buena gouernaciõ, antes y primero reciban informacion de las partes a quien tocaren, si son vtiles y necessarias y conuenientes, y la embien a nuestro Consejo, con las contradiciones que vuiere y las dichas ordenanças, para que alli se prouea lo que se deue mandar guardar, o confirmar.* & vltra dicta in loco supra citato per me pondero illa verba, *Antes. y primero:* quæ ingressum ad actum impediunt, & suspẽdit dicta statuta, vt dixi. & sic intelligenda est l. 14 tit. 6. lib. 3. Recop. quæ vnius condita fuit per Regẽ Catholicũ Ferdinandum, ann. 1500 in. c. 17. prętorũ. Quicquid multa & diffusè dixerit Azeb. in rub. lib. 2. Recop. per totũ, quæ cũ isto temperamento sunt intelligẽda: Vbi reprobat gloss. istã.

7 Et ad istius gloss. conclusionem, vbi dicit, iudicem, vel Magistratũ posse statuere in spectantibus ad suam iurisdictionẽ, & executionem officij, verã esse aio, vt habet per Bar. in. l. 1 nu. 1. ff. quod quisq; iuris in alter. sta. Idem in d. l. omnes populi. ff. inst. n. 8. Limitatur pro tempore sui officij, secundũ eũdem Bar. ibidem, quia potest statuere, vt nemo extragat frumẽtum, nec portent arma certo loco.

Limitatur secundo, vt non posit in dicto statuto imponere pœnã decapitationis, vel exilij secundũ Bal. in. l progama. C vt cõmi & epist. Oros d. l. omnes populi. ff. de inst. & iur. nu. 35. addens, nec vllã corporalem pœnam.

8 Venio nunc ad aliã huius gloss. conclusionẽ, videlicet, qualiter Episcopus potest statuere, & receptissima omniũ sententia est statuere posse Episcopũ, secundũ Bar. Bal. in. d. l. omnes populi. & Oros ibi nu. 30. in fin. de quo Bernar. Diez à Luco cõstituit reg 238. & limitauit quando cõtra ius statuit, per Ias. in. d l. oẽs populi n. 25 & Fel. in. c. qđ super his de maior. & obed.

Quę limitatio sublimitatur, nisi ex causa euidenti, & necessaria, statueret cõtra ius, vt asserit Bal. d. l. omnes populi col 6. & sequitur Bernar. Diaz. d. reg. 238 & ita voluit Roma. cons. 325 & Ias. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. n. 8. in lect. 1. & in secũda lect. num. 9.

Secũdo sublimitatur nã potest dispensare contra ius, vt per Panor in. c. cum ad monasterium. de sta. reg. n. 19. de quo bene per Salze in additio ad Bern. diaz. d. reg. 238. & etiã ex dicta causa potest dispẽsare contra constitutionẽ concilij, vt Gomezius dicit in tract. breuiũ. 1. n. 21. & habetur per Dida. à Couar. in. 4. 2. p. c. 6. num. 15. & per Petrũ Dueñas reg. 246 & 247. & 248. & per Ioan. Gracia. reg. 431. vbi latius de ista materia tractatur, hæc sufficiãt ne diutius contra nostrum institutum moremur.

In l. 13. tit. 1. p. 1. in glos. 1.

1 *Leges interpretãdas esse in saniorem sensum, quæ conclusio glossæ nostræ declaratur nu. 2.*

3 *Quando. ll. debeant restringi, vel ampliari declaratur.*

4 *Sponsam rapiens, vt decapitetur dicens statutum qualiter intelligatur.*

5 *Qua pœna punietur sponsa de futuro fornicans.*

6 *Quod sponsa de futuro fornicãs cum puniatur actione injuriarum an anno præscribatur. d. actio. sicut cætera actiones iniuriarum.*

GLos 1 in verbo. *A la mas sana parte.* tex. & glos. probant leges interpretandas esse in seniorẽ sensum. l. benignius & l. in ambigua. ff de legi. & adducit exẽplũ. Bal. in. d. l. in ambigua. quod si statuto caueatur,

ueatur, vt vxorē alterius rapiens morte puniatur: non extendendum ad rapientem vxorem alterius, de lupanari, vel sponsam alienam.

2 Ad primam glossæ conclusionem dico, quod Doctores ad declarationem & interpretationem legum multum insistunt, an lex sit odiosa vel fauorabilis, illam sanè restringi, istam ampliari autumant, per vulgarem regulā, odia restringi, de reg. iuris, in. 6. Sed in modo agnoscendi istas ll. solent DD. variare, dicentes nonnulli, quod lex dicitur fauorabilis, & amplianda illa, in cuius proœmio mentio fit de publica vtilitate, alij verò, quod illa lex dicitur fauorabilis, cuius finis in publicam tendit vtilitatem. Quæ refert Tiraquel. in tract. de retract. in præfatio. nume. 56. secundum Bart. in. l. qui exceptionem, ff. de condict. indebi Bal. in. l. fin. ff. de legit. tutel. Sed Angel. in. l. mater descendens. ff. de testam. tute. dicit, aut dispositio cōcernit qualitatem agentium & pascientium, aut non, sed qualitatem facti. Primo casu, si pœnalis fuerit, talis erit ex parte eius, cui imponenda pœna: ex parte verò agentis erit fauorabilis, quia eius fauorem respicit. & ita ratione pascientis erit restringenda, ratione tamen agentis amplianda, & istā distinctionem sequitur Alexan. in. l. 1. C. de in ius vocand. & Bart. in. l. 2. C. de eo quod met. ve caus. Secundo verò casu, quando concernit qualitatem facti, tunc dispositio de sui natura fauorabilis efficitur odiosa.

3 Sed Dn̄s Franciscus Sarmien. Episcopus Gienensis in lib. 1. select. c. 12. per totū. & præcipuè nu. 5. dat aliā regulam ad cognoscendū, quando lex debet restringi vel ampliari, & dicit, quod quādo constitutiones, quæ ius commune, magna liberalitate conditum, tollant & corrigāt, debent strictissimè interpretari. Itidem quando materia de se est odiosa, vt late per Tiraquel. loco supra citato. num. 26. & per sanct. Thom. 1. 2. quæst. 9. artic. 2. dicentem, res quæ mala est, & deordinationem in se maximam continet, ex circunstantijs enunciatis defendi, non extendi potest, & sic concludendum, nihil ad cognoscendam, an lex sit fauorabilis, vel odiosa referre, ꝙ in proœmio ipsius mētio fiat, de vtilitate publica, vel quod legis finis tendat ad publicam vtilitatem cūm omnis lex ad hunc finem tendit, aliter non erit lex. text. in. c. er. t. lex. distin. 4. omnes quippe ll. ad hunc finem tendunt, quantum ad ordinem intentionis, nec obstat, si quo ad ordinem executionis vtilitatem priuatam respiciant, secūdum Nauarr. in tracta. de finibus humano. actuum. fol. 45. n. 25. idem dicit in. c. inter verba 11. q. 3 qui bellissimè hanc distinctionem perlegit. & d. Domi. Fran. Sarmi. d. c. 1. relellit tum Tiraquel. loco citato, distinctionem Angel. & cæterorum bonis fundamentis.

4 Nunc verò reassumo sententiam Bal. quam glo. refert, dicens, quod si statuto caueatur, vt alterius vxorem rapiens decapitetur, quod sponsam rapiens non incurrit illam pœnam, ad cuius conclusionis veritatem eliciendam, oportet distinguere inter sponsam per verba de præsenti, & sponsam per verba de futuro, & inter suam & alienam, & sic erit concludendum.

Aut quis rapuit sibi sponsatā per verba de præsente, & nullam incurrit pœnam maximè de iure regni per. l. 3. tit. 20. p. 7. licet Bal. in. l. vnica. C. de rapin. virg. col. fin. distinguat, dicens, aut potest probari quod sponsa volebat religionem ingredi, & tunc sponsus tenetur de raptu, aut probari non potest, & non tenebitur, quē refert Ant. Gomez in. l. 80. Taur. nu. 29. ibi dicit non recedendum à lege partitę; aut rapuit sibi sponsatam per verba de futuro: & tunc talis raptor tenebitur, pœna. d. l. vnica, vt ibi habetur per text. & DD. & per. d. l. 3. tit. 20. pa. 7 quia non est viro subiecta.

Aut cognouit & rapuit sponsam alterius, quę per verba de præsenti desponsata erat, & cùm matrimonium sit ratū, de raptu, & de adulterio tenebitur. sin verò cognouerit (sine raptu) sponsam al-
5 teris, cui desponsata tantum erat, per verba de futuro, in hoc magna est inter doctores controversia. Didac. Couarru. in. 4. p. 1. c. 1. num. 6. dicit, si illa quæ per verba de futuro, alicui desponsata est, cū alio commisceatur, pœnæ adulterij rea non erit. Poterit tamen sponsus agere, actione iniuriarum contra sponsam, & adulterum, non ratione adulterij, sed ratione iniurię. Ex qua conclusione, infero limitationem ad. l. 3. tit. 20. lib. 8. recopi. quæ disponit, quod sponsus contra

sponsam adulteră poterit agere de adulterij pœna, si per verba de presente contraxerunt, & in legitima ætate, vt nõ intelligatur. d.l.3. excludere omnino sponsum per verba de futuro ab actione iniuriarum, contra dictam sponsam & fornicatoré. Et .d. Didac. Couar. in loco citato pro defensione suę opinionis assignat intellectum ad. §. diuus Seuerus & ad. §. si minor. in.l. si vxor. ff. de adulte. contra quem Reuerendissimus Episcopus Menticensis, Domi. Franc. Sarmi. li. 1. selectar. c.5. num. 1. cum sequentibus insurgit, & contrariam sententiam asserit esse veriorem, imo quod sponsus per verba de futuro, poterit agere contra sponsam fornicantem de crimine adulterij, & quod pœna adulterę erit punienda. Et ad huius sententię fundamentum, subtiliter perpendit dictos §§. in. d. l. si vxor. sed. d Couar. ad diluendum opposita, ex. d. §. si minor dicit quod loquitur in actione, quę sponso competit iure sponsi, non iure adulterij, & quod intelligendus sit de sponsa, ad domum traducta, cum qua ex illa traductione consensus coniugalis saltim tacitus intercesserat, cum illa esset nubilis malitia supplente ętatem, allegat text. in l. mulierem. ff. de ritu nuptia. quæ probat, quod traducta ante duodecim annos dicatur sponsa, & non vxor. &. l. minorem. ff. eo. tit. quæ sic inquit, sponsalibus præcedentibus, si nuptiæ sequantur ante duodecimum annum solenniter, nomen sponsaliorum & sponsæ, adhuc durant: idem probat. l. quæsitum. ff. de sponsa. & sic vult quod dicta sponsalia iam dicantur per traductionem ad domum de presenti, & ideò datur actio de adulterio, allegat insuper. l. miles, §. querebatur, ff. de adulte. quæ probat non esse adulterum, qui sponsam alterius accepit vxorem, & cognouit carnaliter: sed ego horum patrum argumentis perpensis magis accedo opinioni Didac. Couaru. quia non videtur consonũ naturali ęquitati, quod pari pœna plectatur vxor ac sponsa, cum sponsalia de futuro ad libitum viri & vxoris possunt dissolui, ex fornicationis causa, vel sine ea, si ante pubertatẽ sponsalia contraxerunt, text. in .c. de illis, de sponsatio. impuber. & in. c. ex literis. eo. tit. & si post pubertatẽ, ex sexdecim causis licet recedere, quas numerat Syl. in summa. in verb. sponsalia. num. 10. inter quas ponitur, quando alter carnaliter fornicatur. Et si dixeris istam vltimam meã rationem de iure canonico procedere, fto, sed non inficiaberis, vtilem quęstionem esse hodie, quia de iure regni dispositum habemus, sponsum per verba de presente, posse accusare sponsam adulterantem, & omisit de sponsa per verba de futuro, in. l. tertia. tit. 10. libro. 8. recopilatio. & sic dicta. l. 3. non obstatę credo quod habebit suum locum sententia, Didac. de Couar. vt sponsus per verba de futuro tantum possit agere contra sponsam actione quadam iniuriarum.

6 Quæ actio præscribi poterit per annum, sicut cæterę actiones iniuriarum, anno præscribuntur, vt in. l. si non conuitij, in fi. C. de injurijs, in illis verbis, cum iniuriarum actio annuo tempore præscripta sit. Et ibi per. DD. nec quinquennium erit necessarium, vt in adulterio ad dictã pręscriptionem. l. miles. ff. ad legem Iuli. de adul. cum iam non iure adulterij, sed actione iniuriarum spõsus agit. Curret tamen annus à tempore scientię, & quod dicta actio finiatur anno, tenet Anton. Gomez de delict tomo. 3. varia. c. 6. num. 15. & refertur inter commu. opin. in tom. 2. fol. 518. num. 32.

In.l.14. tit.1. part. 1. in glos.1.

1 Conclusio glossæ dicentis, qui. ll. condunt eas possunt interpretari per multas distinctiones intelligitur.

2 Legis interpretatio, quo ad spiritualia, & quoad clericos expectat ad Papam, quoad Laicos, ad Imperatorẽ, vel principem non recognoscentem superiorem.

3 Legis priuatæ, id est, priuilegij interpretatio, qualiter ad concedentem pertineat, & in quibus casibus sit facienda.

4 Quo tempore sit facienda legũ & priuilegij interpretatio.

GLo.1. in ver, *Por aquel que las fizo.* Dicet ergo qui condunt. ll. possunt eas interpretari,

pretari. Cui addo, aut interpretatio est
1 vnius verbi per alium, vel vnius sententiæ per aliam, vt fit per interpretem, qui vnam linguam per aliam manifestat, & de ista non loquitur nostra glo. sed de intelligenda mente & dispositione legis. Et ista multipliciter consideratur, quia vna est generalis & necessaria & redigēda in scriptis, vt principis interpretatio. c. inter alia, de senten. excommuni. c. his omnibus. 11. q. 1. l. fi. C. de leg. alia est generalis & necessaria, sed non redigenda in scriptis, vt consuetudinis, nisi eius confirmatio petatur à principe, quia redigenda tunc est in scriptis, cum pro lege habenda est. Chassa. in consuetudi. Burgun. in proœmio, num. 30. & 31. & in cōclus. col. 1497. & 1498. Altera est non generalis, sed necessaria, & in scriptis redigenda, vt iudicis. l. non possunt. ff. de legi. arg l. nam vt ait. & l. Paulus. ff. de re iud alia nec generalis, nec necessaria, nec redigenda in scriptis, vt magistrorum. l. 1. C. de professo qui in vrbe Roma. lib. 12. de quibus habetur per Abba. in. c. 1. num. 18. de postula. prælato.

2 His sic habitis quæro ad quem spectet legis interpretatio, de qua. l. ista, & glos. loquuntur & dicitur, quod interpretatio legis humanæ & diuinæ pertinent ad Papam, in quantum humana expectat ad clericos, vt in. c. 1. de iura. calu: in quātum verò concernit laicos, expectat ad Imperatorem in terris Imperij, & ad alios Reges & dominos non recognoscentes superiorem, per. d. l. fi. iudex potest etiam interpretari, quo ad vnam causam. l. Paulus. ff. de re iud. tenet Inno. in. c. cum speciali, de appellatio. nisi causa esset multū ardua, de qua certus intellectus haberi non potest, per tex. in. l. penu. & fi. C. de legib. & habetur per Abb. in. d. c. 1. de iura. calūni. & in. c. 1. n. 18. de postul. præla.

3 Et quid dicendum de lege priuata, id est, priuilegio, & Panor. in cap. cum venissent. nu. 3. Iudic. dicit, aut dubium est de potestate, aut de validitate, aut circa verba, aut circa mentem principis concedentis, si de potestate concedentis dubitatur, nullus inferior poterit iudicare. capit. 1. de transla. præla. si super validitate vel subreptione, tunc inferior poterit iudicare, aut dubium est circa verba solum, & tunc si casus est clarus, & decessibilis, de facili poterit inferior cognoscere ad præiudicium partium, vt habetur per Inno. in. c. cum speciali. de appellat. & in. c. inter alia. d. senten. excommu. si casus est dubius, ad principem pertinet, si eius præsentia de facili potest haberi, per text in. c. cum venissent, de iud. & in l. ex facto. ff. de vulga & pupil. quod si de facili non potest præsentia principis haberi, inferior iudex interpretabit per rationem naturalem. arg. d. l. ex facto, aut dubium versatur circa intentionem principis, & decidi non potest sine dubio magno, & tunc interpretatio est solius principis, per tex. in. c. per venerabilem, de electio. & Innoc. in capit. olim tibi. num. 1. de verb. signif. dicēs priuilegia in dubijs recipiunt intellectum secundum intentionē concedentis. text. in. c. dilecto. de verb. signif. & in. c. mandatum, de rescrip. l. neratius. ff. de reg. iu. & in tantum est verum, quod dans priuilegium respondensq; de intentione sua. non est necesse partibus præsentibus fieri. Ita asserit Paul. de Castro in consil. 337. nu. 12. col. 2. par. 1. & Felin. in. c. cum olim. num. 6. & 9. de re iudi & dicta principis interpretatio est obseruanda, & facit ius inter partes, secundum Inno. vbi supr. numero. 1. & alia ibi per eum de materia videri possunt. Et dixit Felin. in d. c. cùm venissent, de iudi. num. 1. quod statur literis Papæ interpretantibus, intentionem suam, etiam si illa nunquàm fuit. & Anto. de Butrio num. 2 & 3. in. d. c. cum venissent. Et Inno. num. 2. & Barba. ibidem, num. 16. dicunt, vbi dubium constitit de intentione, & nullo modo potest decidi, propter sui difficultatem, vel non sine magno dubio, tunc solius principis erit interpretatio. & quod beneficiū principis sit ab ipso interpretandum est tex. in. l. neratius. ff. de reg. iur. & ita notat Cagno. ibi, nu. 7. & Decius ibi, num. 4. & in. d. c. cum venissent. n. 3. dicens declarationi & interpretationi principis standum est, dato quod hæc sua intentio à principio non fuisset: quā sententiam prius firmauit Angel. consil. 273. & Paul de Castr. in. l. heres palam. §. si quid post. ff. de testa. facit pro ista parte. l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. sub. & quod ibi, num. 4. Iasc. dicit, quod principis mens principaliter attendi debet, in interpretando eius beneficio. Quæ omnia multum conducunt procuratori,

fiscali

fiscali, pro defensione causæ quæ vertitur inter Regem ac Dominum nostrum Philippum & Bartholomæum à Sãtoyo vbi rex quodam motu proprio suã mentem & animum exposuit, declarando beneficium illi præstitum, cui declarationi standum per supradicta, & alia quæ dici possunt, quę gratia breuitatis omitto, & habentur per Anton. Gabr. tom.3. cõmun. opin. fol. 189. à num. 6. cũ sequent.

Sed cum iam nobis constet ex proximè dictis, quæ personę possunt leges interpretare. Nunc restat videre, quo tempore sit facienda dicta interpretatio: & dico quod tunc de legis interpretatione agitur, quando verus intellectus legis colligi non potest, ex mente tacita, neq; expressa, neque ex verborum proprietate, neque ex consuetudine, neque ex similibus, neque ratio est expressa in lege, neque coniectari potest ratio naturalis eius: tunc recurrendum ad principem, & in supradicta inuestigatione prodest, & ministrat magistralis interpretatio, de qua loquitur. l.1. C. de profess. lib. 12. & refert Cyn. in. l non dubium. C. de legi. nu. 1. & Bart. in. l. non aliter. ff. de legib. 3. & Syl. in summa. in verb. lex. n. 16.

In. l. 15. tit. 1. par. 1. in glo. 4.

1 *Actor tenetur sequi forum rei, quæ regula fallit. 47. modis, scilicet. 1. in causis matrimonialibus. 2. in Ecclesiasticis, & quid in sacrilegio. 4. ratione contractus, & quid de viatore. 5. Ratione delicti. 6. Ratione rei cõstitutæ in alia iure dictione. 7. Ratione reconuentionis. 8. Ratione consensus litigãtiũ. 9. Ratione priuilegij scholaris. 10. Ratione appellationis. 11. Ratione volũtatis Papæ. 13. Ratione natalis alicuius qui dicitur illegitimus. 14. Ratione iuris decimandi. 15. Ratione adulterij, quoad Tori separationem. 16. Ratione possessionis violatæ. 17. Causa fidei. 18. Ratione solutionis. 19. Ratione recũsationis iudicis. 20. In cõpromissis. 21. Ratione fidei commissi relicti. 22. In peregrinis & mercatoribus. 23. Ratione loci, quia forte Reus est Romæ, vel in Regis curia. 24. Ratione professionis. 25. Ratione administrationis. 26. Domicilij. 27. Ratione originis paternæ, quoad munera. 28. Ratione militiæ. 29. Ratione matrimonij. 30. Ratione cursus decennij. 31. Ratione administrationis tutelæ. 32. Ratione actionis in rem. 33. Quando reus vult deducere in iudiciũ suã exceptionẽ verã, non intẽtionis. 34. In clerico petenti reductionem & arbitriũ boni viri cõtra laicũ, quãdo dolus præsumptus vel verus allegatur. 35. In examinatione testiũ ad perpetuam rei memoriã. 36. In exemplificatione instrumenti. 37. In publicatione instrumenti. 38. In restitutione in integrum, quã clericus petit aduersus laicum, si dolus allegatur. 39. In casu. c. reintegranda. 3. q. 1. 40. Quando Ecclesia petit rẽ suã male alienatam. 41. Quãdo actor perhorrescit iudicẽ rei. 42 Quãdo reus est necessarius. 43. Fallit in fiscõ. 44. In iudicio voluntario. 45. In actione reali respectu rei quæ est in alio territorio, quam sit reus. 46. Quando iudex rei actori non facit iustitiam. 47. Quando initus fuit contractus in foro alieno.*

2 *Tanquã viator cõtrahens nõ sortititur forũ in loco contractus cum limitationibus, & quid si contraxit in curia Regis vel Romæ, & de habentibus ius reuocandi domum.*

3. *Cautela ad trahendum reos ad forum actoris.*

4 *Po-*

4 Ponuntur aliqui casus, in quibus clerici conueniuntur coram iudice laico, & qui tituli iuris ciuilis disponentes de clericis corruant ex defectu potestatis.

5 Tria loca contractus inspiciuntur, & de effectu.

6 Contractus in quo de scriptura facta est mentio qualiter suspendat effectum, ex quibus intelligitur. l. contractus. C. de fide instrumen. & l.6. ti.5. part.5.

7 Ponuntur quinque differentiæ cõtrahendi, & qualiter ex eis quis sortiatur forum.

8 Quando contrahens in certo loco promisit se facturum & soluturum, & differentia inter daturum vel facturum.

9 Qualiter ratio interesse habeatur inter promittentem se facturum, & se daturum si alibi conueniantur.

10 Refertur germanus intellectus ad. c. Roman. in. §. contrahentes de foro competen.

11 Quando ratione delicti sortiatur forũ alienũ multa ponũtur remissiuè.

GLos. 4. in verbo. *Postura o yerro.* Dicit contrahentes, aut delinquentes, legibus vel statutis illius regni vel loci, vbi contrahunt, vel delinquunt teneri per istam legem. Et de isto articulo, quando ratione delicti, quis sortiatur forum alterius, glo. nostra se allegat ad. l.24. tit. 1. pa. 5. sed melius tetigit in. l. 32. titu. 2. pa.3. Quam conclusionem dilatabo, ita vt expresse & remissiuè nullibi reperies tot cumulata, constituendo regulam ampliationes & fallentias.

1 Et intrando materiam constituo illã regulam vulgarem actorem teneri sequi forum rei. l. iurisdictionem. C. de iurisdi. omn. iud. & l. in criminali. C. eo. tit. & in l. fi. C. vbi in rem actio, & text. in. c. cũm sit generale. & in. c. si clericus, laicũ de foro cõpet. ratione contractus, vel quasi contractus, & ratione delicti, vel quasi delicti.

Primus attamen casus in quo dicta regula fallit, est in causis matrimonialibus quæ licet inter laicos vertantur, de eis cognoscit iudex Ecclesiasticus. text. in. c. 1 distin. 10. & in cap. 1. de consang. & affinit, & in. c. causam matrimonij, de offic. delega.

2 Fallit in causis Ecclesiasticis. c. 1. 3. q. 6. veluti in crimine sacrilegij vel quasi, per tex. in. c. cum sit generale, vbi Abbas, & DD. vel in crimine hæresis. c. abolendã, de heret. vel simoniæ, vt per totum de simonia, vel excommunicationis, vt in toto titulo de senten. excommun. & in crimine fractæ pacis vel periurij. c. nouit: de iudi. vel adulterij. quo ad tori separationem. c. tuæ, de procura. & in. c. 1. de offic. ordin. & quoad periurium. c. licet mulieres, de iure iuran. in. 6. vel in crimine fornicationis. c. vt clericorum. de vita & honest. cleri. & Rapinæ. c. 1. de rapto, quo ad coactionem restitutionis raptorũ per excommunicationem: & vsuræ per totum titulum, de vsur. ista examinantur; per Abb. in. d. c. cum sit generale, à nu. 16. & Marria. Soci. ibi. à num. 17. vsque ad 26. & in cap. licet, de foro competen. ponitque. num. 30. quæ crimina sint Ecclesiastica, & quæ secularia. & num 27. dicit Ecclesia, non potest punire illum, qui in ea commisit delictum: quæ conclusio intelligenda est sano modo, scilicet quãtum ad punitionem delicti, secus autem quoad sacrilegium: quia de sacrilegio puniendus erit per iudicem Ecclesiasticum, vt habetur per Didac. de Couarru. lib. 2. varia. c. 20. num. 18. in versic. tricesimo quinto, post Panorm. in cap. fin. de immũ. ecclesia. & in. c. cum sit generale. nu. 27. de foro comp. & licet ÆEgidi Boss. in titulo de sacrilegijs, fol. 398. numer. 7. dicit crimẽ hoc esse mixti fori, & sic per iudices sæculares & Ecclesiasticos puniri posse. Iul. Clar. in pact. quæst. 38. nu. 18. dicit huiusmodi delicti cognitionẽ tantummodo ad secularem pertinere. In Hispania autem praxis recepit, vt vltra sacrilegij exactionem, iuxta delicti & tempus qualitatem deueniatur ad aliam spiritualem pœnã, orationis nempe & eleemosynarum, vel alicuius publicæ pœniten-

tentiæ secundum qualitatem delicti, & personæ, vt testatur Ioann. Segura Daualos in directorio iudi.2.p.c 6.num.11. non obstante quod contrarium asseruit glos.nostra,infra in l.35.tit.9.ista pag.in verb. *Per fuerça*

Sed ad propositum redeundo, dico, quod.d.Marria Socin.in.d.c.licet.nu.9. de foro compe. ponit.43.casus, in quibus laicus fortitur forum Ecclesiasticũ, & si contraria consuetudine non essent, saltim pro maiori parte antiquati, penes Imperium ac Reges & Dominos tempo rales nulla iurisdictio esset.

3 Fallit in lite iuris patronatus,& in omnibus spiritualibus annexis. c. decernimus.& in.c.quanto, de iudi.

4 Fallit ratione contractus, quia conuenitur quis coram non suo iudice, sed coram eo,sub quo contraxit,vel vbi promisit soluere,secundum Ioan.Andr.in additio.ad specula.in tit.de competent.iudi. additio.in §.1.num.2.in litera c. tex. in l. contraxisse. ff. de obligatio. ex Maria. Soci.in.c. dilecti, de foro compet. ponit 13.qq. quando ratione contractus quis fortiatur alienum forum,num. 22. sublimitatur ista fallentia, quando tanquam viator contraxit & ampliatur ista sublimitatio,quod neque tenetur satis dare de stando iuri in loco domicilij, vt tenet Bart.in.l.hæres absens.§.2.num.2. ff. de iudic.

Sed ista sublimitatio quod contrahendo in aliquo loco,si tanquãviator contraxit,non fortiatur forum illius loci, sublimitat iterum Maria. Soci.d. c. cum dilecti.num.22.quatuor modis.

Primo, quando contrahens ignorabit ignorantia probabili illũ esse viatorem, & latius infra fallentia.45.dicam.

Secundo, si ea mente ad locum accedit,vt contractum faceret,alios duos casus refert Bernar. Diaz à Luco. reg.146. & de quæstione principali istius fallentiæ,an quando ratione contractus quis forum alienum fortiatur,agitur per Didacum Couarru.in lib.1. varia.c.4. nu. 1. idem in pract. qq. c. 10. num.3. Salzed. d.reg.146.in addit.ad Bernard.Dueñas, licet remisiuè reg.21 & etiam remisiuè per Ioan.Gratia. reg 213.in fi.

5 Fallit ratione delicti in alia iurisdictione cõmissi.l.fi.C.vbi de crimi.agi oportet.& in.c.1.de raptori. auth.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi.opor.Marria. Soci.examinat per.27.qq.in cap.postulasti.de foro compe. de quo per Dueñas reg.378 & Couarru.d.c.4.vari.& glo.nostra.d.l.32 tit.2.p 3.

6 Fallit ratione rei, vel possessionis, in aliena iurisdictione constitutæ.l. actor. C. vbi in rem actio.c. fin.de foro cõpet. idemque est in hypothecaria & mixta actione secus in personali specul.d. titulo,de iudic. compet.additio.num.4. & in fi.& idem in tit. de actione vel petitione,in.§.in anterioribus.

7 Fallit ratione reconuentionis. c.ex literis,de mutu.petitio.l.cum Papinianus. C.de sentent.& interlocutio.Mar.ca.4. numer.24. & an ista, reconuentio habebit locum in causis executiuis. vide Didac.Perez in.l.4.tit.8.lib.3.col.1081. dicentem,quod sic si constare potest de dicta reconuentione durante executorio iudicio,licet contrarium censuit Auend. de exequen.manda.2.p.c.30. numero.6. fol.253.

8 Fallit,si partes consentiant coram nõ suo iudice litigare.l si conuenerint. ff.de iurisd. cmn.iud.dum tamen iurisdictionem ordinariam vel delegatam habeat, (nisi sint clerici) & ista iurisdictio acquisita ex partium consensu,dicitur ordinaria, ex quo à prædictis legibus permittitur talis consensus. ita per eundem Specul.d.tit.de iudi. competen.additio. à num.7.vsque ad num.15.habetur latius per DD.in.d.l.si conuenerint.

9 Fallit ratione priuilegij, vt in scholari, qui tres habet iudices,late per Rebuf. in priuileg. scholarium, in tract.doctor.

10 Et in causa appellationis.c.peregrina. 3.q.6.

11 Fallit quãdo Papa id velit vel iubet. c. vnaqueque. 3.q.6.

12 Fallit,quia propter loci opportunitatem trahitur quis ad aliam prouinciam. 33.q.2.c.fane.

13 Fallit in causa natiuitatis, quę expectat ad ecclesiam.c.lator, qui filij sint legiti.& in c.tuam, de ordin. cogni. quæ conclusio habet locum, quando dubium incidit de matrimonio, vt per doctores habetur,in. d. c.tuam.

14 Fallit in causis decimarum, quando de eius iure agitur, licet apud Granatense prætorium,ibi,iudices cognoscũt de istis causis decimarum: & Ioann. Gracia.

in

in regulis suis inquit, quod nescit quo iure.

15 Fallit in causis adulterij quando de separatione tori tantum agitur. c. 1. vt lite non contesta.

16 Et quando agitur de possessione violata. l. 1. C. vbi de possessio. agitur. l si pretium. C de prædijs mino. sed Bal. in. l. fi. C. vbi in rem actio. dicit quod si transiēs ducit equum meum, quem ego perdidi, nunquid poterit eum conuenire ratione præsentis possessionis: & dicit, quod nō sed posidens satis dabit, & actor tenebitur sequi forum rei: sed pro cautela noto quod potero de eo quærelari, quod mihi equum subripuit: & sic ratione delicti tenebitur coram meo iudice comparere, in cuius territorio equum mihi ereptum fuit, nisi fuerit vir sine suspicione, de quo latiùs dicam infra in fallentia. 43.

17 Fallit in causa fidei c. ad abolendam, de hæret. c. quoties. 24 q. 1.

18 Fallit, cum quis alibi soluturum promisit tex. c cum. p. & g. de offici. deleg. l. 1. C. vbi conuenia. qui certo loco dare promisit d. l. contraxisse. ff. de actio. & obliga. quæritur per Specula. loco supra citato, num. 19 &. 20. Quid si feci tibi pactū, vt posses me coram quolibet iudice conuenire, & vbicunque & quodlibet loco, & ipse. & Bal. in. l. fi. ff. de iurisdict. omn. iud. dicunt, quod tale pactum non valet, quoad conuentionem, neque mihi præiudicat, nisi post litis contestationē. Imò ante litis contestationem possum mutare voluntatem, & contra pactum venire: Secus tamen erit si pactum est, vt vbique & vbicunque me inueneris tenear tibi soluere, nullo tamen certo loco determinato, & isto casu poteris me vbique conuenire, quia solutionem asignaui. Sed in hac quæstione quid in clericis dicendū, & distinguunt, aut agitur de iurisdictione danda, aut proroganda, aut de iurisdictione non declinanda, si de danda seu proroganda subdistinguitur, aut clericus paciscitur tantum simpliciter, vt vbique & coram quocunque iudice possit conueniri, & tunc non valet sine consensu Episcopi, & cum eius consensu nihilominus poterit ante litis contestationem discedere, aut paciscitur se soluturū & iudicium subiturum, & tunc iterū subdistinguitur: quia aut consentit in sæcularem, & nihil agit, vt in. c. si diligenti, de foro competen. aut in Ecclesiasticum, & tunc valet cum consensu Episcopi sui quæ distinctiones multum conducūt ad intellectum, text in. d. c. si diligenti. & Spec. in dict. tit. de iudic. competent. additio in. §. 1. num 22. dicit quatuor esse necessaria, ad hoc quod clericus posit in non suum iudicem consentire: primum quod iudex præsit ordinariè iurisdictioni: secundum quod personæ Ecclesiasticæ: tertium quod fiat de consensu sui Episcopi: quartum, quod fiat de consensu vtriusque partis. l. 1. &. 2. ff. de iudi.

19 Fallit, quando vnus iudex recusatur. c. si quis contra, de foro compet.

20 In compromissis, vt de arbitris, tam in iure Canonico quam ciuili.

21 Fallit ratione vltimæ voluntatis, vnde fideicommissum petitur, vbi relictū est, l. 1 C. vbi fideicommissum peti potest. l. hęres absens. ff de iudi. & licet istud fideicommissum debetur, vbi relictum est: tamen si hęres dolo inde subduxit, tunc dabitur vbi petetur quod legatur. ff. vbi fideicommissum petatur.

22 In peregrinis mercatoribus.

23 Fallit ratione loci, quia Romę, vel in Curia Regis, quæ communis patria est, conuenitur, qui non habet ius reuocandi domum. c si. de foro comp. & ibi per glo. & DD.

24 Ratione professionis. l. fi. C. de aduoca. diuerso. Iudęorum.

25 Ratione administrationis, quia argentarius ibi rationem reddere debet, vbi administrationem exercuit l. prætor. §. is etiam qui. ff. de edendo. l. 1. C. vbi ratio agi oport.

26 Fallit ratione domicilij. l. 1. &. 2 ff. de bonis author. iudi posside. scilicet vbi habet maiorem partem fortunarum suarū, nec inde discessurus. c. fin. de foro compet. d. l. hæres absens. ff. de iud. §. perinde l. ciues. ff ad municip..

27 Ratione originis paternæ. l. assumptio. §. 1. ff. ad municipa. l. filios C. de municip. & origina. lib 10. l. libertus §. patronus ff. ad municipa. Ista tamen fallentia intelligenda est, quoad honores & tutelam, vt in. l. 2 C. vbi tutor peti potest.

28 Et ratione militiæ. l. municeps. §. fi. ff. ad municipa.

29 Ratione matrimonij, quia mulier sequitur forum viri. l cum quędam puella. ff. de iurisd. omn. iud. quæ limitatio ampliatur

pliatur per Iaso. ibi tribus modis, à num. 1. vsque ad num. 4. Limitatur in muliere Putatiua de iure. §. fi. ff. ad municip gl. in cap. eos. 32. distin. refert Petrus Dueñas reg. 177.

30 Fallit ratione cursus decennij, quo quis in studio moratus est. l. 2. C. de incolis.

31 Fallit ratione administrationis tutelę, quia etsi sint plures tutores diuersarum iurisdictionum, omnes coram vno iudice possunt à pupillo conueniri. l. omnes. C. arbitrium tutelæ. Et si dictus pupillus factus adultus vellet eos coram diuersis iudicibus conuenire, poterunt ipsi petere, vt sub vno conueniantur. l. fi. ff. de quibus rebus ad eundem, iud. e. dispendia, de res. in. 6.

32 Fallit ratione actionis in rem. l. fin. C. vbi in rem actio. quia potest conueniri reus, vbi res sita est, licet alibi habeat domicilium, & etiam vbi domicilium habet, de quo per glo. &. DD. in dict. l. fin. vbi quæritur, quid in re mobili & habetur per Maria. Socin. in rub. de foro com peten. num. 3. & infra in fallentia. 43. melius videbis.

33 Fallit quando reus originatus vult agere, super exceptione sibi competente, antequam conueniatur, quod quandoque potest, vt traditur in. l. si contendat. ff. de fideiusso & in cap. r. de iure iura. nam hoc casu coram illo iudice potest reus agere, coram quo fuisset conueniendus: quia debet attendi naturalis ergo causę, & non accidentis. l. qui habet. ff. de tutor. vnde fideiussor qui exceptionē habet, vt diuisio fiat inter alios fideiusso res, instit. de fideiuss. §. si plures, si velit officium iudicis implorare, vt diuisio fiat: ad hoc adire debet iudicem, coram quo cōueniendus erat. text. in. d. l. si contendat. ff. de fideiusso. & glo in. l. Aurelius. §. certū. ff. de liberati. lega. quæ probat, tutus exceptione posse implorare officium iudicis, super illa antequàm conueniatur, vt sic silentium imponatur aduersario. tex. etiam est in. l. diffamari. C. de ingenu. & manumissi. Quam limitationem sic scriptam, sublimitat Maria. Socin. in cap. cum sit generale, in exceptione vera propriè dicta, quæ tantum competit stimulato dubitanti versimiliter stimulari, secus in exceptione impropria, quæ etiam competit non stimulato, vtputa in exceptione quæ opponitur, contra confirmandum, vel post confirmationem ad impediendam consecrationem. Et ex eo illud est, quia exceptio habet in multis naturam actionis. tex in c. cum dilecti. & in. c. dudum. de electio. & in. c. super his, de accusatio. Idque asserit Maria. Soci. in. d. cap. cum sit generale. nu. 8. & Panorm. in cap. si quis contra clericum. num. 5. de foro compet. quem Maria. non allegat: & istam exceptionē quæ non stimulato competit, impropriā inuocat, & dici inquit, exceptionem intentionis, quia licet electus non petat cōfirmationem, vel consecrationem: habet tamen intentionem, vel habere debet ipsam petendi. Et sic ista exceptio impropria, quę non stimulato competit, discutienda erit coram iudice electi, & nō opponentis, de quo per Innoc. in. c. dudum. el. 2 de electio. & in. c. cum dilectus. eod. tit & de natura istius exceptionis, intentionis, late habetur per Bald. in. l. peremptorias. C. de senten. & interlo. omn. iud. & per Abb. in cap. super eo. num. 2. de electio. Alex. in. l. si tibi. §. si de pignore. ff. de pact.

34 Fallit in clerico petenti reductionem ad arbitrium boni viri contra laicum in causa compromissa, quia poterit adire, suum iudicem Ecclesiasticum. late per Maria. Socin in. d. c. cum sit generale. nu me. 9. qui licet indistinctè loquatur, procedit quando dolus verus vel præsumptus allegetur arbitratoris, secundū Antoni. de Butr. in. d. cap. si clericus laicum, de foro com. idem putat Abb. in dict. ca pit. cum sit generale, si dolus allegetur re ipsa.

35 Fallit si testes examinentur ad perpetuam rei memoriam, vt disponitur in. c. significauit, de testi. quia tunc qui alias erat reus, cum quo ad illud sit actor, cum pareat, coram suo iudice, etiam parte cōtraria citata, corā quo iudice pars citata cōparere debet, & secus tamē sit in. c. si quis contra clericum. num. 3 de foro compe. & Maria. Soci. ibi num. 10. & Federi. de senis, consil 221.

36 Fallit in exemplificatione instrumenti, propter vetustatem, vel aliam similem causam: quia talis exemplificatio petitur coram suo iudice, ipsius petentis. Maria. vbi supra, i num. 11.

37 In publicatione testamenti, quæ fit coram

ram iudice ipsius petentis publicationē. text. in. l. testamenta. & in. l. consulta, di ualia. C. de testam.

38 Fallit in restitutione in integrū, quando clericus petit aduersus laicū, corā proprio iudice Ecclesiastico, secundū Inno. in. d. c. cum sit generale, quia Ecclesia in hoc adiuuatur speciali priuilegio. Sed Bart. Soc. reg. 10. aliā ratione assignat, & dicit conclusionē dictā, procedere, quia in petitione restitutionis allegabatur dolus, vel ex proposito, vel re ipsa, vel oppressio, ex quibus fundatur iurisdictio Ecclesiæ propter dolum, & oppressionē. Et in hoc est casus specialis, quia si laicus vult petere restitutionis beneficiū, debet adire iudicē rei. l. 2. C. vbi & apud. quos rest. in integ. pet.

39 Fallit in priuilegio canonis redintegrāda. 5. q. 1. quod ecclesiæ cōpetit ex speciali priuilegio, vt testatur Calderi in. c. cū ad sedē, de rest. spol. & propter istā rationē tenet Inno. in. d. c. cum ad sedē, quod etiā clericus potest dictū priuilegiū intentare coram suo iudice Ecclesiastico. Idē tenet gl. in. c. pen. quod metus causa & Marian. Soc. in. c. pen. de operis noui. nunti. quæ cōclusio procedit ratione oppressionis, quæ facta est in clericū, vel ex dolo commisso in cōtractu celebrato inter clericū & laicū, de quo per Bart. Soci. in reg. 10. & ex alia ratione, quā assignat Abb. in. d. c. cū sit generale. s. quia expolians clericū delinquit in ecclesiā, cū bona clericorum dicātur ecclesiæ, quoad tuitionē & protectionem, quia sunt obligata ecclesiæ pro mala administratione. glo. in. c. ex literis, de pigno. & ita iniuria facta clerico, dicitur facta Deo, vel Christo, cuius legatione fungitur tex. in. c. accusatio. 2. q. 3. & sic allegata oppressione potest clericus cōuenire laicū corā iudice Ecclesiastico: sed nō ita indistinctè ista existimat esse vera, Dida. de Couar. li. 1. vari. c. 4. nu. 5. vbi dicit, quoad ecclesiā dictū priuilegiū ē redintegrāda procedere. Secus tamen quoad clericos, nā bona clericorū nō gaudent priuilegijs ecclesiarum. Priuilegia nēpe personis cōcessa, bene extēduntur ad eorum bona, & ita Dida. Perez lib. 1. tit 3. l. 1. ordi. col. 113. clericus priuilegiatur in bonis patrimonialibus respectu fori, de quo habetur per Barba. in. c. qualiter, de iudi. & per Steph Aufre. in tract. de potesta. eccle. super laicis. §. nūc autē,

n. 17. vol. 8. in tract. doct. fol. 117. col. 2. & noster Greg. Lopez infra in. l. 57. titu. 6. ista pa. & ibi latius dicam.

40 Fallit, quando ecclesia petit rē suā male alienatā ex alienatione inualida propter defectū alicuius solēnitatis, & est ad hoc tex. notabilis secundū lecturā. Host. in. c. ad audientiam, de rebus ecclesiæ nō alie.

41 Fallit quando is qui agere debet perhorrescit iudicē rei propter eius potentiā quia tūc poterit trahere ipsum reū extra domicilium suum, dummodo non trahat ad proprium domicilium actoris. c. statutum. §. cum verò, de ref. in. 6.

42 Fallit quando reus est necessarius, vel vti, quando venditor venit defendere emptorē, cōtra quē tertius agit reiuendicatione. l. venditor. ff. de iud. & Mari. Soci. in. c. quoniā frequenter. §. quid si super, vt lite. nō cōtest. quia cū non sit vocatus nō est necessarius, & sic tenetur defēdere emptorem, vbi ceptum fuit iudicium, & in eo foro. Bart. Soci. dict. reg. 10.

43 Fallit in fisco, vbi reus consequitur forum iudicis fisci actoris. tex. in. l. 1. C. de rebus hæred. & in. l. defendente. ff. de autho. tuto. & in. l. 3. C. de his quibus vt indig.

44 Fallit in iudicio volūtario, vt in actibus extraiudiciarijs. Ita tenēt Domi. de Rota decis. 67. & Domi. de Sancto Gemi. in. c. si annum. §. si vero. de iud. in. 6.

45 Fallit in actione reali relatione rei quę est in alio territorio, quam sit reus, quia tunc est in electione actoris, conuenire reū in loco domicilij, vel in loco vbi res est. l. filius familias. cū glo. C. vbi in rem actio. (quæ facultas cessat, quando actor esset laicus, & reus clericus: quia tūc actor debet sequi forum clerici rei, vt notauit Bal. in Authen. vt clericus C. de Epis. & cleri.) & conclusio dicta istius fallentiæ, probatur in. l. fi. C. vbi in rem actio. & per Roma. consil. 250 & in consil. 197. & latius per Bernar. Diaz de Lugo in reg. 299. limitatur ista fallentia in rebus immobilibus. Nam in rebus mobilibus sufficit ibi, vbi res est dare cautionem iudicio sisti in suo domicilio & foro. Ita tenuit Bald. in dict. l. fin. C. vbi in rem acto. & adducit exemplum de mulione trahentem equum alterius, & ista fuit opinio glossæ in. l. finali. C. vbi in rem actio. quam sequitur Panormitan. in capit. fin. de foro compe. num. 43 & Iaso dilatat

in l 2 ff. de iur. om. iu. n. 17. istamq; dicũt cõmunẽ nõ obstãte cõtraria sentẽtia. Hosti. in summa. tit. de foro compet. nu. 5.

Quæ limitatio sublimiratur, quando conuentus in alio loco ratione rei mobilis, de qua agitur sit homo sine suspicione, de quo nullo potest modo suspicari delictum vel fuga. ita per. l. 32. tit. 2 pa. 3. male à Ioan. Garia. allegata, in reg. 115. numer. 2. errore absque dubio Typographi, & de iure regoi ista limitanda sunt, quæ Maria Socin. dixit in capit. sane. nume. 4. de foro competen. & supradicta communis opinio doctorum.

46 Fallit quando iudex rei non facit actori, eidemque creditori iustitiam, quia tũc dictus creditor agens, poterit â iudice suo impetrare represalias, contra ciuitatem ipsius rei, & contra ipsum reum, vt notat Angelus in authen. vt clerici apud Episcopos suos coll. 6 §. Si verò & de istis represalijs melius per Iacobum, de Canibus. volum. 17. tract. fol. 16. & per Marti. Landen. eo. vol. fol. 21.

47 Fallit quando initus fuit contractus in foro alieno, quia tunc ratione contractus, ibi, conueniri potest debitor, vt dixi supra fallentia. 4. si ibi reperiatur, sed quia ad hunc locum destinaui, latius istam fallentiam explicare, ideo nonnulla repetam, & alia de nono addam. Dicta fallentia limitatur, secundum Auto. de Butr. in capit. fin. numer. 13. de foro comperen. Primo, quando contrahens
2 dixit se esse viatorem, & sic tanquam viator contraxit, quia ibi conueniri non potest. l. heres absens. §. 1. ff. de iudi. glos. c. Romana. §. contrahentes. de foro comper. in. 6. idem erit secundum. d. Anto. & si nõ dixit se esse viatorẽ, si tamẽ habitu suo manifestabat, vt si indutus erat ocreijs vmbello vel pœna positisq; calcaribus.

Quæ limitatio quadrupliciter sublimitatur secundum eundem Anton. de Butri. d. cap. fi. dict. num. 13.

Primo, quando contrahens ignorabat illum viatorem, ignorantia probabili, quod in dubio præsumitur, si vidit illum habentem pergulam seu tabernam.

Secundo, si res erat talis, quæ verisimiliter à viatore emebatur, aut vendebatur, vt ibi statim solueretur pecunia aut traderetur res.

Tertio, quando accedunt ad locum, ea sola intẽtione, vt in illo loco contrahant.

Quarto sublimitatur dicta fallentia (dicens quod viator contrahendo non sortitur forum ratione contractus) quando alius non præsumitur habitus iurisdictionis in loco, sed si daretur habitus iurisdictionis, licet ex iuribus priuilegij, ibi non posset cõueniri, tunc ex contractu à transeunte facto tolleretur ius priuilegij, & ibi posset conueniri, ex habitu primę iurisdictionis. Istam doctrinam originalem, Anto. in dict. capit. fi. numer. 13. sequitur Maria. Soci. in cap. dilecti filij. nume. 22. & 23. de foro competen. & Abb. in capit. fi. eo. tit. numero. 33. & Bart. Socin. reg. 159. & Bernar. Diaz. de Lugo in reg. 146. quę conclusio verificatur, in illis qui Romæ, vel in Curia Regis, quæ communis patria est contraxerunt. Et cum isti loci habent iurisdictionem in habitu, ideo etiam si sint personę priuilegiatæ, quibus competit ius reuocandi domum, amittuot dictum ius, si in dicta Curia contraxere. Quæ omnia elucidantut per tex. in. l. 2. §. legatis. ff. de iudi. vbi Vlpianus incipit nominare personas, quibus ius reuocandi domum competit, si Romæ conueniantur, & ilico subdit talia verba. Omnes autem isti domum reuocant, si non ibi contraxerunt, vbi conueniuntur. Cæterum si ibi contraxerint, reuocandi ius non habent, exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, dummodo ante legationem contraxerint, non compelluntur se Romę defendere.

3 Barthol. tandem Socin. in reg. 10. dat vnam cautelam ad hoc, quod actor trahat reos ad suum forum, vt dicat iudici, ego sum acturus ad talem rem, vos faciatis fieri proclamare, vt omnes qui suo interesse putent, compareant. Nam hoc casu omnes comparentes, etiam si clericus sit, agent extra suum forum, si non fuerint eiusdem agentis: quam cautelam ponunt Doctores in. l. consulta diualia. C. de testament. & per Angelum in. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. & refert Maria. Soci. in dicto capitulo, cum sit generale.

4 Et quia in secunda fallentia, recensui casus, in quibus laici conueniuntur coram iudice Ecclesiastico. Nunc volo ponere alios, in quibus è conuerso clericus sortitur forum laicum: primus est, quando clericus agens coram iudice seculari contra laicum recõuenitur ab ipso laico.

Abb.

Abb.in capit.si quis clericus.& in capit. si clericus laicum. & Ioan. Andr.in cap. at si clerici.de indi.in glo.2.& Barba.Sicul.in cap si diligenti,de foro competen. num.85.& melius per Maria.Socin.in.d. cap.si quis clericus, vbi ponit viginti & duos casus, in quibus clericus conuenitur corã iudice laico:& licet non in omnibus dicat verum,tamen breuitatis gratia omitto examen : vnum tandem non omittam, scilicet,locum non habere dispositionem tituli in authen. vt clerici apud proprios Episcopos, primum conueniantur, & post hoc apud ciuiles iudices : imò ex defectu potestatis corruere,sicut.ll.latæ,sub titulis. C.de sacrosanctis Ecclesijs,& de Episcopis & clericis, quia clerici sunt exempti à iurisdictione principum laicorum, iure diuino, vt tenuit Alciat. in cap.cum non ab homine de iudicijs,in principio.Et dicit communem Et Mart.Nauarr. in cap. nouit. de iudi. in notabil.6.nume. 6. & Iaso in Rubr.ff de officio eius cui mandat, est iuris.nu.8.idem Iaso in. l. est receptum. num.3.ff.de iurisdict.omn. iud. & in authen.si qua mulier.C.de sacrosanct.Ecclesi.num.3.& in.l.cunctos populos. C. de sacrosanct. Eccles. numer.87.lect.2. & Roman.in consil.428.& Felin.in cap. 2.de maiorat.& obedien.num.1. de quo latè per Mencha.de succes.creatio.lib.3. §.22.num.58. &.59. idemque dicendum erit de istis partitarum legibus, vt de legibus,tit.2.&.3.in lib.1.recopilatiu.quod sint nullæ ex defectu potestatis principis, nisi quatenus concordant cum iure canonico.

5 Sed quia articulus de quo in glos.nostra agitur, videlicet quando quis ratione contractus, vel delicti sortiatur alienum forum.Eius expeditio est valde vtilis in practica,ideò quamuis tetigi,in .4. &.5. fallentia reassumo, vt quæ ibi defecerunt,nunc referamus & suppleamus, & sic ad sui declarationem præmitto, quod contractus respicit tria loca,scilicer locum factæ promissionis, id est, vbi verba contractus sunt prolata , item locum destinatæ solutionis , item locũ vbi instrumentum scriptum est.

Et sic quando quis Hispalis promisit, dare centum Madritij,tunc locus promissionis non consideratur,quo ad facultatẽ ibidem conueniendi, quia non videtur ibi contraxisse, cùm alibi destinauit solutionem. Et hoc censit glos.in capit.Romana.in.§.contrahentes,de foro compe ten.in.6.in verbo, respondere, & melius glo.in.l.1.C.de eo.quod certo loco dare oportet.est tex.in.l.3.ff.de bonis authen. iudi.possi.& in cap.dilecti.de foro comper.& in.l.contraxisse.ff.de actio.& obligatio.Bart. in.l. quæro. ff. de solution. Hoc intelligo quo ad facultatem conueniendi: nam quoad subijciendum contractum legibus loci, attenditur vbi verba obligatoria proferuntur, & non vbi destinauit effectum.argum.l. si fundus . ff. de euictio. notauit idem Bart.in. l.cunctos populos.C.de summa trinit. & fide catho.q.1.

Aut locus cõsideratur, quãdo effectus cõtractus est destinatus in vno loco,verba pro lata in alio, & instrumentũ factũ in alio loco: tunc in loco vbi scriptura facta est non sortitur forum,neque debet attẽdi.quoad aliquem effectum , vt notat.l. exigere.ff.de iudi. quod intellige verum esse,nisi actũ fuisset quod scriptura conficiatur: nam tunc non dicitur contractus nisi cõfecta scriptura.tex.in.l. cõtractus.C.de fid.instr.& tũc ibi dicitur contractus initus,quoad verba obligatoria, quoad facultatem tamen conueniendi attenditur locus vbi destinatus est effectus cuntractus.

6 Sed quamuis alienum hoc ab instituto sit,tamen quia obiter se nobis obtulit,dicam qualiter, vel quando cõtractus suspendatur, in quo de scriptura facta est mentio; & dixit Mencha. de succes. creatio.lib.2.§.11.num.13. & in § 12. nu 47.non eo quod paciscentes loquuntur de scriptura suspenditur contractus donec fiat, si tamen in contractu consenserunt, quæ conclusio conducit ad intellectum d.l.contractus, & glos.ibi, & ad intellectum.l. 6. tit. 5. part. 5. de quo ibi etiam loquitur glo.noster.& Didac.Couarro.in cap. relatum. de testamen. nume 9.ad fin.

At ad rem redeo, & dico tertio & vltimo,quod aut effectus & implementum contractus destinatur ad vnum locũ ex parte vnius,sed ex parte alterius simpliciter fuit facta promissio. Verbi gratia, si conduxi aduocatum Granatensem, vt meam causam ageret Madritij , & promisi ei certum salarium,

& quo ad istum aduocatum, qui destinauit effectum & implementum contractus, ad alium locũ, scilicet Madritij, certum est quod potest conueniri in eo loco vt in dicta.l.exigere: sed circa illum qui Granatæ promisit pecuniam, pro postulatione vel defensione exercenda Madritij, versatur dubium. & glos.in dict c. Romana §.nec etiam, in vet. respondere dicit, quod non potest conueniri expromissor pecuniæ, in loco vbi alius debet munus suum adimplete, sed in loco vbi promisit. quam seqnitur Anton. de Butri. in dict.cap.fi.de foro competen. numer.12. At Panor.ibi, num.32. asserit cõtrarium, imò quod ex coniecturis videatur, an dictum sit tacite, quod pecunia soluatur, vbi ille qui operas suas locauit, tenetur eas adimplere, vel vti, si iste sit pauper, & conductot diues. Isto enim casu ibi poterit conueniri, ad solutionem salariorum, Argum.text. in cap.statutum. §.insuper.de ref.in.6.& in.l. traiectitiæ. ff.de actio.& obliga. & notat Batt. in.l. 1.§.diuus. el.2.ff. de varijs & extra.ord. cogni. vers.alterius quæro.& ê conuerso quando ille, qui se ad factum obligauit, est diues, & conductor paupet, tunc procedet opinio glos.in dict.capit.Romana. & Anton.de Butri: loco citato sic concludit Abb. d. n.32. sequẽdo more suo Bart.

Sed Maria. Socin. in cap. dilecti filij de for. compet.nume.20. saluar glossæ fententiam, vt tunc procedat, quando quis ex loco domicilij vtriusque, duxit aduocatum ad illum locum alterius fori, & ibi conuenitur cum eo de mercede: nam hoc casu cùm ibi conueniat, tanquam cum viatore, videtur soluendum in loco domicilij, vbi dicit quod de facto ita vidit practicari. & dicit non esse verisimile, quod aduocatus & procurator locent operas suas, vt postea sequatur clientulum suum, in loco domicilij eius pto salario suo: quia aut nunquàm, aut eum magis expensis consequeretur, & sic non placet distinctio Abb. & Bart. maximè hodie attenta conditione aduocatorum & procuratotum, & quia qui altario deserunt, de altario viuere debet.

7 Sed melius materiam glos. nostrę resoluendo distinguam cum eodem Mariano Soci.in.d.c.dilecti.num.8. vbi dicit, quandoque quis contrahit in vno loco, promittens se aliquid soluturum, vel facturum loco aliter non expresso, quandoque & secundo quis contrahit in vno loco, promittens se ibi soluturum vel facturum, quandoque & tertio quis contrahit in vno loco promittens se facturum vel soluturum aliquid in alio loco, & hoc potest multipliciter contingere: quandoque enim destinat solutionem, vel promittit soluere in vno alio loco, dumtaxat, quandoque in alijs pluribus locis determinatis tamen specifice, & hoc dupliciter, quandoque alternatiuê, quandoque copulatiuê: item quandoque alia loca specificantur, & adducunt tunc clausulam genetalem, scilicet vbique seu vbicunque, vel in omnibus alijs locis, quandoque nulla illorum exprimuntur, nec specificantut, sed solum dicit, quod vbicunque promittit se soluere. Quandoque & quarto, principaliter quis conttahit in vno loco & in alio promittit soluere, & in vno alio tertio loco celebratur instrumentũ, quandoque & quinto contractus geritur in vno loco, & conditio completur in alio, quæ verba varios fortiuntur effectus, tam respectu foti, quam etiam aliorum plurimotum effectuum.

8 Et quoad primum, scilicet, quando aliquis contrahens in certo loco, promittit se facturum & soluturum simplicitet, tunc ratione contractus ibi sortitur forum, & conueniri potest. capit.final. de foro competen. l. vinum.ff.si certum peta. Et etiam conueniri potest in loco domicilij, qui cum omnibus alijs locis, vbi forum sottitur concurrit, secundum Marian.Socin.in capit. dilecti, de foto competen. nume.7. & in dict. cap.fina. num.18. vbi etiam dicit, quod prædicta conclusio habet locum, & procedit, quando quis promisit aliquid daturum, vel soluturum, sed si promisit aliquid facturum, debet exprimi locus certus, si est factum solo cohærens, vt domum fabricare, vel similia. Nec sufficit etiam sola expressio loci, sed debet exprimi quantitas altitudinis, & longitudinis, per text. in. l. tertia. §. si quis insulam. ff. de eo quod certo loco. & in. l. insulam. ff. de verb. obliga.

9 Et inter has duas conclusiones, primam & secundã, nullã aliã constituit differentiã, quã quod si secũdo casu, scilicet quãdo quis promisit contrahẽdo in vno

loco

loco, se ibi soluturum, vel facturum, iste promissor conueniatur alibi quam in loco destinatæ solutionis, & contractus, habeatur ratio interesse ratione loci, & actio sit arbitraria. In primo verò casu, scilicet, quando quis contrahit in vno loco. promittens se aliquid soluturum, & facturum, loco aliter non expresso sic simpliciter, & iste promissor alibi conueniatur, quam in loco contractus, vel in loco domicilij, aut alio loco vbi conueniri potest aliqua speciali ratione, vt Romæ, & in Curia Regis, vel alio quolibet loco si vagabundus est, tunc non habetur ratio interesse, nec actio dicetur arbitraria, quæ ita nuncupatur, propter loci adiectionem, secundũ Bart.in.l. quod si Ephes.ff. de eo quod certo loco, & dicitur arbitraria, quia iudex debet arbitrari, intra quantum tempus tenebitur præstare rem, qui in alio loco promisit dare, vt testatur Menoch.in arbitrarijs in casu.2.num.1.fol.102.

Et cum ista sola differentia transit Maria. dict. capit. dilecti. numer.8. in dictis duobus casibus, nullam constituens differentiam, quod ibi in loco contractus debitor promissor reperiatur, vel non. Imo ampliando conclusionem dicit ad clericnm extendi, per text. in dicto. §. contrahenres. Quam sententiam fuit Anton.de Butr. dict. capit. fin. de foro compet. nume.15. & eum sequitur Abb.ibi, numer.36. & dicit, quod iudex contractus poterit mittere literas requisitorias citationis, ad iudicem domicilij rei, & reo non comparente, iudex loci contractus, contra dictũ reum promissorem, tanquam contra contumacem procedere posset. Quibus assentit Felinus in dicto capit. final.num.21. & Fran. de Ripa in capit.1.de iudicijs. nume. 66. cum hac tamen conditione, si iudex domicilij promissoris non refragatus fuerit.

10 Sed Didacus Couarru. in pract. qq. capit. 10.numer.4. aliter limitat supra dictam conclusionem, & assignat germanum intellectum, ad dict. §. contrahentes distinguendo in hunc modum, aũt promissor habet bona in loco contractus, vel his caret: primo casu iudex loci contractus præmissa legitima citatione, & ipso contrahente contumace, poterit mittere actorem in possessionẽ bonorum, quę reus in ipso loco contractus habet, ipso reo vero comparente: poterit dictus iudex procedere ad diffinitiuam. Sin autem nulla bona habuerit in loco cõtractus, nec ibi promissor reperiatur, non poterit dictus iudex contra eum procedere. Istam appellat communem Chirchouius in tom.1. commu.opi. fol.405. nu.4. ceteras veros distinctiones Maria. d.c.dilecti. quas in principio retuli, omitto istas compendio resolui.

11 Quo ad secundam glo.nostræ conclusionem dicentem, delinquens teneri statutis loci, in quo delinquit, & sic sortiri forum illius loci.tex.in.c. postulasti. & in.d.c.fi.de foro compet.& in auth. qua in prouincia.C. vbi de crimi. agi.oport. &.l.32.tit.2.pa.3.& in.l.15.tit 1.pa.7 & Maria.Soci.qui in.d.c.postulasti, ponit 27.qq.circa hãc regulam. & Boerius decis.29.Chassa, in consuetud. Burg. Rub. 12.§.1.fol.364.num.1. istamque conclusionem ampliat & limitat multis modis Dueñas reg.378 & habetur per Marian. Cherianũ in tom.1. commu.opi fol.399. num.1.& dictus Petrus Dueñas in.d.reg. 378.in.3.limitatione, limitat nostrã conclusionem, quando delictum commissum non esset commune, id est, de iure communi, & ex se malum, quia isto casu forenses excusantur, & ita per Abba. in.c, cognoscẽtes, de.consti. & per. DD. ibi, quos ipse non allegat maximè Feli.

In.l.16.tit.1.pa.1.in glo.4.

1 Subditi nolentes obseruare.ll. rationabiles posse compelli per regem.

¶ Lex quæ in suo initio nõ seruatur, imò contrarios actus subdicti faciunt sciente condictore pro lege nõ habetur.

2 Tunc dicitur legem non esse receptam, quæ sciente principe per aliquot actus contrarios excluditur, & eo ignorante per decennium.

3 Ampliatur siue sit lex, statutum, seu decreta.

4 Ampliatur quamuis lex de nouo emergens deroget omni cõtrariæ cõ-

suetudini, & ponuntur tres limitationes.

5 In dubio præsumuntur dictæ .ll. receptæ esse in vsu.

6 Ad hocque lex dicatur non esse recepta sufficiunt bini actus cum scientia principis, & sine ea contrarium vsum per decennium.

7 An sit necessarius populi consensus ad legis firmitatem.

1 GLos.4 in verbu: *El pueblo* Ex ea duas elicio conclusiones, prima est in principio, & dicit subditos nolentes seruare ll.rationabiles, posse per Regem ad obseruationem compelli. Secunda dicit, populo á principio nolente legem recipere, & faciente plures actus contrarios, scienteque conditote legis, & valente contradicere, & non contradicente, videtur dictus conditor legum, contrauentioni consentire. Et quod ex hoc habetur lex pro nõ facta, quia in lege tacitè videtur actum, vt post prumulgationem recipiatur, & si non recipitur, superiore sciente, & non contradicente habeatur pro non facta.

Prima conclusio glossę probatur in.d. c.de liguribus.25. quæst.5. & per Arche. ibi. quia aliàs Principis potestas superuacanea & elusoria esset: eandem sententiam tenet Hostien. Anto. de Butrio. & Imo. in capit.1. de tregu. & pac. Burgos de Paz in procemio leg. Taur. num.299. & Syl. in ver.l. in summa. numero. 6. vbi in materia dicit vnum notabile verbum, quod si princeps vult compellere subditos ad legis obseruationem, nec potest tunc, non receptio, non impedit vim legis. Nauatr. in summ. cap. 23. num. 39. & .4n.

2 Secunda etiam conclusin istius glossæ dicit, renuente populo legis receptinnem, sciente principe, & tacente, per aliquos actus contrarins, dictam legẽ eneruem manere, fuit originalis glossę in capit.1.de tregu. & pac: in ver. frangere, vbi dicit Episcopos illos non teneri, de transgresfione illius canonis, quia moribus vtentinm receptus non erat: cui similis est glos in .l. rem non nouam. §.patroni. C. de iudi. Et tunc dicitur legem non fuisse receptam, quando principe sciente, pet aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitut, & omittitut, nec vllo pacto admissa fuerit secundum Felinum dict. capit.1. numero. 13 contra Abb. ibi. numer. 4. qui existimat esse necesse spatium quadraginta annoium, & eandem Felin. sententiam tenet Iaso in dict.l. rem non nouam. §. patroni, quæ prius fuit Antnn. de Butrin in dict. cap.1. numer.5. & Imo. ibi, nume.3. quos sequitur Antoni. Baueria in Rub. instit. de testam. & Didacus Couarru. in libro. 2. variat. capit. 16. numero. 6. & Petrus Dueñas. regu. 79. ampliat. 5.

3 Primò ampliatut, siue sit lex, siue statutum, siue decreta, vel extrauagantes summorum pontificum, quæ nisi vsu fuerint receptæ, quis eas obseruare non tenetur, secundum Socin. in .l. si filius. numer.7. ff. de liberis & posthum. Decius consil.469 Roland. à Valle. libro. 2. consil.99. nnm. 39. & ista sententia refertur intet commun npin. in tomo. 3. fol.56r.col.1.

4 Secundo ampliatur prędicta conclusio, etiam si lex de nouo emergens, deroget omni contrariæ consuetudini, non habere locum suam dispositionem, si à principin non fuit recepta: quia licet sit verum, quod non valet consuetudo contra legem derogantem consuetudini, vt tenet Abbas in capit. final. de cnnsuetu. numero. 22. & Antonius de Butrio, ibi in repeti. numer.53. Barthol. in .l. de quibus ff. de legibus. nnmer. 4. & per Alex. in.l. si non speciali. nume. 4. C. de testa. tandem dicta clansula derogatoria consuetudinis attendi non debet: quia corruente aliqua dispositione corrunnt clausulę in ea insertæ, vt inquit glos. notabilis. in.l. si patronus. §. patronum, in verbo, fabiana. ff. si quid in fraudem patron. quam sequitur Iasn in. l. certi condictin. nnmer. 16. ff. si certum petat. & in.l. testamentn. C. de fideicommisso. & refert Petrus Dueñas regul. 144. limitatione secnnda.

Primò limitatur dicta regula, nisi recepta fuerit lex à maiore parte populi. Paris. de pute. consil. 104. nume. 9. libro. 4.

Fallit

2 Fallit in extranagantibus quæ sunt impresse, & posite in corpore iuris, vt tenet Roma. consil. 260. nu. 3. & Petrus Benintendus decis. 13. num. 9. inter alias decis. cano. fol. 656. quia præsumuntur receptæ & approbatæ.

3 Fallit etiam quando reperiuntur positæ in archiuo publico: quia tunc censentur vsu receptæ, secundum Roma. d. consil. 260. num. 3. si sunt impresse, & cum cæteris alligatæ. & dicit Iosephus Ludouicus in tomo. 3. commun. opin. fol. 561. col. 2. animaduerte, quod quando dictæ bullæ, constitutiones, decreta, aut statuta sunt impressæ, in libroque alligatæ, non est necesse, quod in specie allegentur, neque quod in iudicio producantur, & sententia cõtra eas lata non valet. Allegat Felin. in cap. pastoralis. nu. 7 de fi. de instrument & in capit. 1. numero. 2. de reiudic. Tunc enim allegari & produci debent, quando non essent insertæ, inter alias constitutiones. Et ita debent intelligi notata per DD. in d. cap. pastoralis. & quę dicit Cassador. decis. 8. de concessio. pręben. tutius tamen est dictas constitutiones in iudicio allegare & producere, quæ conclusio conducit, pro defensione rei in pœnis statutorum, & etiam pro offensione, in causis, quę tractantur coram magistratibus inferioribus.

5 In dubio autem præsumuntur dictæ ll. constitutiones, & statuta recepta vsu: & qui in sui fauorem allegat, dicitur habere intentionem pro se fundatam. Bart. in. l. illa. num. 5. ff. verb. obligat. & consil. 44. Roland. à Valle, lib. 1. consil. 90. nume 53. &. 54.

6 Sed cum glos. nostra dicat legem de nouo productam cum scientia & pacientia principis, per aliquot actus contrarios abrogari, idemque dixit Couarrub. dict. cap. 16. num. 6. lib. 2. vari. neque explicant, quot actus sufficiant. Ideo addã Abb. in dict. capit. 1. de treg. & pace. numer. 4. dicentem binum aut trinum sufficere. d. Petrus Benintendus in dicto decis. 13. nu. 9. & 10. in decis canoni. fol. 656. vbi dicit lex quæ non fuit moribus vtentium, recepta non ligat. Et propterea posse secundum magis communẽ sciente & tolerante superiore per binũ actum aut eo ignorante intra decennium abrogari, quę doctrina fuit Bart. in. l. de quibus. n. 10. ff. de leg. quem dicti. DD. non allegant, & Chassa. in consuetu. Burgun. sequitur communem in rub. 1. §. 4. fo 116. num 34. quem etiam non allegant: & pro confirmatione huius conclusionis, vide quæ dixi suprà isto titulo, in. l 12. in gl. 1. num. 11.

7 Quæro finaliter, an ll. de nouo conditæ, ilico post promulgationem ligẽt subditos, & dicendum quod non: quia intra duos menses non ligant, in auth. vt factæ nouę consti. in rubr. & nigro. c. nouit. de sent. excommu. nisi antea sciuerint. glo. in. c. 2. in ver. hactenus de rebus Eccles. non alie. in. 6. & Felin. in cap. cognoscentes. num. 7. de consti. & quia expectandus est populi consensus, qui necessarius videtur, ad legum firmitatẽ & vim, vt testatur Domin. in. c. in istis. § leges. distinct. 4. dicens, quod ea conditione, & intentione â superioribus. ll. conditę sunt, vt non aliter obligent, quam si fuerint à republica receptæ. & ita Aristot. 2. polyti. cap. 6. dicit legem nullam vim obtinere, si abinitio recepta non fuerit â subditis. & probat tex. in l. de quibus. ff. de leg. & Didac. de Couarru. d. lib. 2. varia. c. 16. n. 6. dicit planũ est, legem nullã vim obtinere, si à principio recepta non fuerit â subditis. & Guiller. Benedict. in c. Raynuntius. in ver. vxorem nomine adalasiam, in successione ab intestato. num. 229. dicit. ll. ipsas ñequaquam astringere, donec à populo ipso recipiantur. & Syl. in summa, in ver. lex. num. 6. in versic. quarto. At quod iste populi consensus non sit necessarius ad vim legis, quia ipsa à die scientiæ, vel post duos menses obligat absque alio requisito, tenet Feli. d. c. cognoscẽtes, nu. 7. & contra Guiller. Bened. non referens alios, insurgit Burgos de Paz in proœmio legis tau. in. 289. vbi per multa fundamenta concludit, non esse necessarium populi assensum, ad legum validitatem, aut firmitatem, cui ego assedeo, cum quia Didacus Couarru. vbi supra, se explicuit & dixit, lex dicitur non recepta, quando per aliquot actus contrarios impugnatur, sciente, & non contradicente principe Et ita nihil operatur innoluntas populi de per se, absque principis voluntate: tunc quia indirectè remaneret penes populum, potestas cõdendi legẽ, quæ soli principi cõpetit nunc, & â tempore, quo suum

imperium & potestatem contulit populus in eum: vt in. §. sed & quod principi. insti. de iure natu. gentil. & ciui. id quod censet glos. nostra in secũda cõclusione.

1 Ponuntur glossæ nostræ conclusiones, quando lex positiua obliget ad peccatum mortale.

2 Lex præceptiua, iusta, humana, condita ab habente potestatem obligat ad culpam mortalem, si ea fuit legislatoris mens cum fallentijs, in numero .8. positis.

3 Qualiter & ex quibus verbis habeatur legislatoris mens, quæ ad peccatum mortale obliget.

4 Lex humana, iusta, positiua obligat ad mortale, quamuis non loquatur per verba præceptiua: si tamen constat materiam esse de necessarijs ad iustitiam, charitatem & diuinam reuerentiam.

5 Quando lex loquitur per verba cõsultiua siue perfectionis siue honestatis non obligat ad mortale cum tribus fallentijs.

6 Qualiter consilium reuerentiæ obliget, & quid sit.

7 Quæ pœnarũ impositio indicat mẽtem legislatoris esse obligãdi subditos.

GLos. 5. in verbo. *En carrera de muerte.*
1 Per ista verba legis, glos. discernit, quando lex positiua obliget ad peccatum, & dicit, aut certum est, de mente legis, quod præcipit, & tunc obligat trãsgressorem ad peccatum mortale, aut de ea non constat, & tunc si loquatur per verba præceptiua, obligat contra venientem ad peccatum mortale, nisi materia legis minimè esset necessaria. Si verò loquatur per verba consultiua seu exhortatiua, non obligat ad peccatum, saltim mortale, nisi essent circa consilium reuerentiæ, idemque erit si loquatur lex per verba communia, vt statuo, decerno.

2 Pro expeditione istius glos. in prædicta materia talis constituitur regula, lex præceptiua, obligat in foro conscientiæ, probat glos. in cap. quæ in Ecclesiarum de consti. Tho. 1.2.q.96. Alfonsus à Castro in lib. 1. de potest. leg. pœna. capit. 5. fol. 44. mihi documento. 4. Quam conclusionem fatetur communem Barba. in c. filius. num. 8. de testa. & Matien. in lib. 5. recopila. in. l. 2. tit. 2. glos. 3. num. 8. dicens. ll. positiuas humanas canonicas, siue ciuiles iustas conditas ab habente potestate, ligare earum transgressores mortali reatu, si ea fuit legislatoris mens, quã tenuit Panor. in proœmio. Grego. nu 9. & Felin. referens alios, in. c. 1. de constit. num. 47. & Syl. in ver. lex. nu. 9. in summa, & idem in verbo, gabella. nu. 3. & 22. & in ver. obedientia. & Angel. de Clauasi. in summa. in ver. lex. vbi ad dictã conclusionem, assignat vndecim limitationes, quas refert Syl. in. d. ver. lex. nu. 9. & Feli. d. c. 1. de consti. n. 14. & pro ista cõclusione adducit multos Ant. Gomez in l. 3. Tauri. nu. 123. eamque testatur esse veram Dida Couar. in 4. par. 2. c. 7. §. 7. num. 9. 13. 14. 15. & Bernard. Diaz à Luco reg. 427. inquit lex canonica & ciuilis, aut alia maximè præceptiua, seruãda est in foro conscientię, & ibi allegationibus dilatat eius additionator. Plurima tamen adducit Ioan. Gratia. reg. 362.

Sed cum prædicta omnia pendeant à voluntate legislatoris, an autem voluit transgressores ad peccatum obligare, vt inquit glos. nostra in præsenti. Ideò operępretium erit. d. legislatoris mentem inuestigare & conijcere. Et quamuis non sint per legem pręfixa & decreta omnia verba, quę obligationem ad solam culpã mortalem significare possunt, aliqua tamen quę ex iure colligi possunt explicare decreui.

3 Quapropter dico, si de mente conditoris legis constat, non opus est coniecturis. Sin verò non constat, tunc recurrendum est ad verba legis, quę aliquando sunt pręceptiua, aliquando inhibitoria, aliquando mãdatoria, aliquando consultoria. Et si ex istis haberi non potest, recurrendum ad materiam, super quo lex disponet, & ad pœnas ibi positas. Sot. de de iust. & iu. li. 1. q. 6. assignat reg. omnis. l.

quæ

quę absolutè fertur, idest, quę cõtrarium nõ explicat obligar ad culpã, vel venialem, vel mortalem, secundum pretium operis, sed latius discutiam sic. Lex autem præceptiua Canonica siue ciuilis, ideo in foro cõscientię obligar, quia præceptum est cõmotio superioris, vel legis, ad aliquid faciendum, vel omittendum de necessarijs ad salutem, secundũ Sanct. Thom.2.2.q.44.art.1.quem Sylu. refert in verb.pręceptum.num.1. & verba quæ indicant legem esse pręceptiuam, & conditoris mẽtem efficacem ad condemnandum transgressores de peccato mortali sunt hęc, præcipio, mando, iubeo. prohibeo, inhibeo, veto, interdico, verba autẽ æquipollentia pręcepto (de quibus idem est iudiciũ) sunt debeãt teneãtur necessario, necesse est, non licet, nõ põt, vel si alicui verbo, ex omnibus supradictis adderentur sequentia verba: in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub interminatione gehennę, secundũ d.frat. Alfons. à Castr. d.cap.5.fol.46. col 1. qui Abb. reprobat in cap. vestra. de cohorti. cleri. & mult. (dicẽtem, omne illud, quod per verbũ imperatiuũ ponitur, ęquipollet pręcepto) & alia addit Nauarr. in summa in cap.23. num.50.&.52. vbi dicit, quòd ista verba teneãtur obligentur, & alia obligamus, vetamus, inhibemus, mandamus, interdicimus, & pręcepimus, ex se, & ex sua primitiua, & originali natura in lege posita, non indicant esse mentem legistatoris, obligandi trãsgressores ad peccatum mortale: bene tamen obligant ex communi vsu conciliorum & doctorũ, & indicant mentem legislatoris esse obligandi transgressores ad peccatum mortale, iuxta Canonicas sanciones: nisi clausula aliqua ibi insita aliud significaret: argu. text. in Clem. exioi. de verbor. significat. in.§. cum autem. Limitar vero. d. Nauarr. in.d.c.23.nu.54.55, &.64. prędictam conclusionem, ad sanciones Canonicas, ita quod non procedat in dispositione legũ ciuilium: contra quem communis schola opponitur, nec ab ea est recedendum, secundum Anto. Gom. & Matien. & alios io locis supracitandum: & quãuis regulariter prędicta sint vera, tamen aliquando dicta verba impropriantur. Nam eo verbo quo frequenter omnes vti solent, ad designandam obligationem ad culpã mortalem, aliqui vsi sunt ad solam culpã venialem manifestandam: alij verò ècõtrario culpæ mortalis obligationem, eo verbo significare voluerunt, quo in communi vsu nulla aut saltem sola venialis solet culpa designari, & de ista varietate constat per text. in. c. Rogo. 11.q.3. & per glo. ibi. & in. c. Guilisarius. 24. quæst.3. & adnotauit. d. Alfon. â Castr. lib.1. de potest. leg. pœna. d.c.5. fol. 45. col.2. in fin. & Syluest. in verb præceptum. nu.2. dicit. hoc verbum, mando, aliquando ponitur precariè. text. in. c. mandatis. 2.q.2. vbi dicitur quod Episcopus mandat Papæ, & èconuerso verbũ rogo ponitur pręceptiuè, vt in. d. cap. Rogo. 11. quęst.3. & ibi habetur latius per eum.

4 Et hac de causa dixêre Panotmit. in c. clerici officia. de vita & honest. cleri. & Dom. â S. Geme. in. c. vt animarũ periculis de consti. in.6. ex doctrina Ioan. And. in. c. relatum ne cleri. vel monacb. quod lex bumana positiua iusta, etsi nõ loquatur per verba pręceptiua, obligat trãsgressores ad mortalem culpam, si tamen cõstat materiam esse pręcepriuam, purà de necessarijs ad iustitiam, & charitatem vel ad diuinam reuerentiam, & hæc sufficiãt quoad verba pręceptiua.

5 Si vero lex loquatur per verba consultiua, dicendum duplex esse consilium, vnum perfectionis de quo loquitur glos. fin. in. c. 1. de consti. vt homines perfectiores reddãtor, aliud honestatis, de quo loquitur Innoc. in. c. 1 de vita. & bonest. cleri. & istæ. ll. non obligant ad mortalẽ culpam, vt testatur Abb. in. d. c. 1. de cõst. nu.4. & Felin. ibi. nu.20.

Quę conclusio tripliciter fallit, quia in tribus casibus lex cõsilij obligat. Primus est quando quis astringit se consilijs, vt faciunt profitentes religionem, purà paupertatem, castitatem, & obedientiam.

Alius casus est quando quis ex contẽptu venit contra legẽ consilij, quia tunc mortaliter peccat, vt habetur per Felin. d. cap.1. num.22. communiter receptum.

6 Tertius casus in quo dicta conclusio fallit est, quando lex continet consilium reuerentię, quia obligar ad culpã mortalem, secundum omnes DD. in. d. c. 1 per text in. c. ad aures cum glos. ibi. in verbo consilio, de ętate & qualit. & dicitur cõsilium reuerentiæ, quando materia est necessitatiua, sed propter reuerentiam eius cui loquitur, vtitur lex, verbo consultiuo,

uo,non preceptiuo, secundũ Anton. de Butr.& Imol.in.d.cap.1 & Abb.nu.4. & Felin.nu.23.& Alex. de Neuo.num. 41. & hoc est quod glos. nostra, dicit, verba exhortatiua,seu consultiua, non obligãt ad peccatum mortale nisi essent circa cõsiliam reuerentiæ.

7 Sed denique si nec ex verbis legis, vel Canonis, nec ex materia constet,de mẽte legislatoris velle obligare transgressores ad culpam mortalem, recurrẽdum est ad pœnarum constitutionem: qua,si imponitur pœna spiritualis,vti si imponatur pœna excomunicationis latæ sententiæ,vel ferendæ,videtur,legem esse præceptiuam, & sic obligare ad culpam mortalem,cũ nemo excõmunicetur nisi pro mortali culpa c.nullus.cap nemo.11.q.3. tenuit Sylu.in verbo.præceptum in summa.num.3. Idemque erit si lex imponat pœnas corporales:putã decapitationem, vel membri mutilationem,de qua cõclusione melius locutus est d.frat. Alfons. à Castr.d.c.5.fol.46.col.2.post mediũ, dicens,quod si verba talia sunt quod non indicent apertè præceptũ, nec æquipolleant verbis præceptiuis,qualia sunt,decernimus, statuimus , ordinamus, volumus, sancimus,tunc diligenter auertendum est,an pœna aliqua ibi statuatur cõtra transgressores: quæ si talis est, qualis non nisi pro peccato mortali infligi potest,ex illa pœna adiuncta conijcitur,intentionẽ legistatoris fuisse obligare transgressorem ad culpam mortalem: & pœnæ hoc indicantes sunt,excõmunicatio, degradatio,priuatio ecclesiasticæ sepulturę,mors,carcer perpetuus,confiscatio omnium bonorum,infamia,àquibus excludit irrigularitatem & suspensionem.

Et quod transgredientes canones præceptiuos mortaliter peccẽt , necessarium est confiteri: sed de transgredientibus leges ciuiles, ad id necesse non arctamur: vt testatur d.Nauar.in summa.in.d. cap. 23.nu.56 & Domin.à Soto.lib.1. de iust. & iur.q.6.fol 50 col.2. & folio.51. col.2. post medium,vbi dicit, manifesta hæresis non est,negare legibus autoritatem quæ habent,vt possint obligare ad peccatum,sicut denegare ecclesiasticis, esset temerarium,& contra doctorum consensum.

8 Ad primam nostram conclusionem reuertendo,quæ dicit,lex præceptiua,obligat transgressores,ad culpę mortalis reatum limitatur sequentibus modis.

Primo in cõtrauenientibus,& trãsgredientibus.ll.dubias,vt limitauit Burgos de Paz in.l 1.Taur.nu.324.

Secundo limitatur in contrauenientibus legibus disponentibus super aliqua præsumptione,quando veritas est in cõtrarium, quia causa motiua fuit certitudo,& ideo ea cessante trãsgressor dictę legis non tenetur in foro conscientiæ.

Alias limitationes videre poteris per Felin.in.d.c.1.de consti.à nu.14. cum sequentibus,quę sunt vndecim,& per Syl. in summa in verbo.Lex. à numer 9. qui posuit.12.

1 *Persona quamuis vilis non excusatur á legis obseruantia.& an homo iustus liberabitur à legis humanæ vinculo.*

2 *Ostenditur falsam esse opinionem Lutheri dicentem,quod Euangelica libertate sublata sunt vniuersa hominum mandata.*

3 *Vilis etiam persona non est immunis ab obseruatione legum,& an pauper pro vili reputetur.*

GLos 8.in verbo *Vil.* Tenet per text.ibi quod nec etiam vilis persona, â legis excusatur obseruantia : ego vero quęro,
1 an homo iustus liberabitur â legis humanæ vinculo, & videtur quod sic, quia lege priuata fertur, idest instinctu sancti Spiritus, descripta in corde, scilicet,inspirita,de quibus Apostolus dicit Epist. 8.ad Hebręos. Qui habent legem Dei inscriptam in cordibus suis , & in Epist. 2. ad Roma: inquit: Gentes, quę legem nõ habent, naturaliter ea quæ legis sunt,faciunt,ipsi sibi sunt lex, & ita qui spiritu Dei aguntur lege Dei ducuntur . Item Apostol.Epist.1.ad Timoth.dicit. Iusto enim lex non est posita: & ad Corinth. Epist.3.Vbi spiritus Dei, ibi libertas. Et ad Galat. Epist.5 Si spiritu Dei ducimini non estis sub lege.Et Gracian. in cap. duæ sunt.19.q.2.quæ videntur concludere contra glos.& text. istum in quantum

in-

indistinctè prubant, quod humines omnes subsunt legibus iustis.

Tamen prędictis fundamentis nõ obstantibus, veritas est, quod lex iusta ligat bonos & malos, iustus & iniustos, licet propter malos statuta fuerit. tex. in. cap. monachum. 20. q. 4. & in. c. 2. 98. distinct. & sic concludit S. Thom. 1 2. q. 96. art. 5. quod lex de sui ratione duo habet. Primn quidem quod est regula humanorum actuũ. Secundu, quod habet vim coactiuam, & sic dupliciter potest homo legi esse subiectus: vno modo sicut regulatũ regulę, & hoc modo omnes qui subduntur potestati, subduntur legi, quam potestas fert: alio modo dicitur aliquis subiectus legi, sicut coactum cogenti, & hoc modo virtuosi homines, & iusti non subduntur legi, sed soli mali, quia voluntas bonorum consonat legi, à qua voluntas malorum discordat: & ideo secundum hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali: quæ etiam habentur per Ioan. à Turrecre. in. d. c. duæ sunt. 19. q. 2. nu. 5. & respondet ad fundamenta conttaria, & per Sylu. in summa in verbo. Lex. nu. 14.

2 Quæ conclusio vera & catholica, impugnat illum pestiferum & damnatum Lutherum, dicentem in libro suo de libertate ecclesiastica, quod Euangelica libertate sublata sunt vniuersa hominum mãdata, & quod satis est Christo obedire, homine neglecto: & ibi prętendit non solum iustos, sed etiam omnes homines liberos esse à legibus ecclesiasticis & ciuilibus, sed cum illius maledicti oculi obscurati sunt ne viderẽt, nõ animaduertit necesse esse vniuersam rẽpublicã perditam ire, si non præstaretur obedientia, principibus ecclesiasticis & sæcularibus: nec Pauli doctrinę credere voluit dicenti, omnis anima potestatibus superioribus subdita sit: & alibi subditi estote præpositis vestris, etiam discolis, nec Christi dicenti, qui vos audit me audit, quæ & alia multa refert Domin. à Sot. in lib. 1. de iust. & iur. q 6. artic. 4. fol 51. per totũ, & in lib. 7. q. 6. art. 4. fol. 674.

3 Sed quamuis vera sit conclusio glossę, quod nec vilis persona est immunis, ab obseruatione legum: tamen disputationis gratia dici poterit, quod vilis persona non ita pœnis legum astringatur sicut cæteri, quia pauper pro vili persona eo quod. l. de eo non multum confidit. l. nonnulli. ff. de accus. reputatur, sed propter paupertatem minuitur pœna, ergo vilis persona nõ ita pœnis legum astringedetur cum similibus idem sit iudiciũ, c. translato. & ibi glos. & DD. de const. maior probatur in. l. 3. ff. de testibus, vbi pauperi testi non datur plena fides, & in c. testes. 4. q. 3. & ibi glos. in verbo. Locuples, & in authentic. de testib. §. 1. & in. §. sancimus. & in authen. cum testator. C. ad leg. Falc. & per Specul. tit. de teste. §. 1. nu. 61. Vbi inter exceptiones contra testes ponit quod sit pauper: idem etiã probatur in. l. fi. ff. de in ius vocando, vbi disponitur quod luat in corpore si non habet in ære, & in. c. prohibetur, vbi propter paupertatem excluditur ab accusando. 2. q. 1 & glos. ibi. verbo. paupertatem, & per Marti. Barau. in speculo iudicum, vol. 2. tract. doct. fol. 303. nu. 40. Vbi dicit pauper tegimini ciuitatis non est præficiendus, & in. l. 12. tit. 21. p. 2. dicente pauperem militia non esse decorando. Minor autem, quod propter paupertatem minuatur pœna, probatur per Bald. in. l. certa ratione. C. quando prouoca. nõ est necesse. nu. fin. & Ias. in. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obten. nu. fin. vbi dicit, hanc videri esse doctrinam Bar. Bald. & Ang. in. l. quid ergo. §. pœna maior. ff. de ijs qui notan. infam. & notauit Rebuff. in tract. de pœnis tempe. causa. 32. nu. 3. Sed denique consequentia non placet, quia maior non procedit, falsum est etenim dicere, quod pauper pro vili persona habeatur cum paupertas non sit de genere malorum, vt testatur glos. in. d. c. prohibetur. 2. q. 1. in verbo. Paupertatem & tenuit Stepha. Aufre. in tract. de reprobatio. testi. in vol. 5. tract. docto. fol. 242. nu. 78. & sic vilitas, & paupertas ponuntur tanquã diuersa in. l. 8. tit. 16. par. 5. in illis verbis *Pobre e vil*: quod manifestè etiam probatur in. §. fin. inst. de suspect. tuto. & sic remanet immobilis conclusio legis nostræ, & glos. quibus addo Iul. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. q. 24. nu. 19 vbi additionator describit quis dicatur pauper, & idem Iul. d §. fi. q. 24. nu. 11.

In. l. 20. tit. 1. p. 1. in glos. 1.

1 *Ignorantia legum, quæ inclusæ sunt in corpore iuris, vel post duos men*

ses

ses in editis de nouo non excusat cum duobus ampliationibus.

2 Ignorantia probabilis iuris excusat contra alteram cõmunem cum tribus limitationibus.

3 In quibus casibus ignorantia dicatur probabilis.

4 Ignorãtia præsumpta dicitur probabilis, & probatur per iuramentum rei, quæ probatio excluditur per contrariam probationem.

5 Dubius & ignorans æquiparantur in iure quoad ius forense.

6 Dubitans an sibi liceat absque peccato aliquid agere, & nihilominus id facit, non de posito dubio peccat.

7 Bona fide incepta præscriptio quãuis dubitatio superueniat non vitiatur.

8 Quando sit peccatum, vel non operari contra dubium speculatiuum, vel practicum, & de istorum differentia.

GLo.1.in verbo. *Que las non sabe*. Probat non excusare ignorantiam legũ, quæ
1 inclusæ sunt in corpore iuris, vel post duos menses in editis de nouo: quæ conclusio ampliatur, & limitatur sequẽtibus modis, & confirmatur per Burgos in.l.1. Taur. à nu.22 cum sequentibus.

Primo ampliatur in ignorantia affectata vel supina, secundum gl.in Clem 1. de consanguin. & affinit.

Secundo in rustico, qui in fide Catholica errauit cum teneatur, & debeat peritiores consulere. text in.c.8. distinct. 37. & distin.59. per totum, & Episcopus Septimasensis de cathol.inst.c.28.nu.13. & sic à pœna non liberabitur, quamuis fuerit ignorantia probabilis.

2 Fallit primo dict. regula si ignorantia fuerit probabilis, quia ista excusat etiam à pœna legis, probatur in.c. gratiam. de ref.in 6. & per Ioann. de Serua. in tract. de benefi.3 p.q.11.n.2. & Dom. de Rota. decisio 19. in antiquis. Roma. cons.481. & Dec. in cons. 440. nu 2. Idem Decius in.l.qui cum alio. ff. de reg. iur. num.3. & Corra. in.l.cum quis. C. de iuris. & fact. ignor.nu.12. vbi dixit: rectè itaque scientiam iurisconsulti diffinierunt, vt neque scrupulosam inquisitionem exigerent, neque crassam, sordemque ferrent negligentiá.l.latæ culpæ.ff. de verb. signif. & Bal. cons.9 n.3. vol.3. & Matt. de Afflict. decisio. Neapo. decisio. 290. n.4. Iulius Clar. pract. crimin. lib.5. §. fin. q. 60. n.14. quem ad hanc conclusionem probãdam, allegauit Ioann. Grac. in reg 226. num.1. qui licet refert Gratum consil. 49. nu. 35. lib.2. dicentem, quod quãdo ignorantia constitutionis, vel decreti est absque culpa, tunc excusat reum ab omni pœna, & appellantem communem: tamen.d. Iul. Clar. d. nu.14. & in.q. 85. nu.2. ab ea discedit aliter distinguendo, sed nihilominus vera est nostra dicta limitatio, & cõmuniter recepta, vt testatur Gabriel. in suis commun. tomo.3 fol.329 nu.9. communi. opinio. Abb. Decius Felin. in.c.1. de consti. Ampliat istam primam limitationem Tiraq. de pœnis tempera. causa. 43. nu 4. quod ignorantia siue iusta, siue iniusta excusat à pœna corporali, quę fuit sententia Bal. in dict. cons 9. vol.3.

1 Sublimitatur ista fallẽtia, in casibus in quibus debet pręcedere diligentia: tunc enim non admittitur ignorantię excusatio: vt tenet glos. in.c. ad falsariorum. de crimi. fals. & ibi Ioann. Andr. col. penul. & Andreas Alciá. in.l.1. §. sed si mihi Pãphilus. ff. de verbo. oblig. nu. 55. Matien. in.l.8.tit.11. glos.12. numer.31. lib.5. Recopilat.

2 Sublimitatur quãdo lex loquitur in casu certo, & intelligitur quod voluit obligare absentes, quia tunc ignorantia probabilis non excusat. Secus vero si loquatur in casu dubio, quia tunc non obligat ignorantes, de quo gl. in Clem.2. de hęre. in verbo. scienter. & Decius in.c.2. in.2. lect. nu. 5. de consti.

3 Sublimitatur in casibus in quibus sine culpa quis, sed ex causa puniri potest, quia non obstante probabili ignorantia, ex tali causa poterit puniri. Secus vero erit quando culpa consideratur, secundũ dictum per Ang. in.l.1. ff. si quis omissa, causa. testa. quem sequitur Decius in.c. 2. in lect.2. nu.5. de consti.

3 Quibus autem casibus ignorantia dicatur

tur probabilis, dixit Ioan. Grac. reg. 226. Iasonē indicare. in. §. item si quis nu. 48. instit. de actio. qui remittit se ad Bart. in authent sed cum testator. C. ad legē fal. nihil aliud dicens, neque Bart. ibi. ita ample loquitur. Imo. nu. 5. tantum quærit, vtrum testator præsumatur scire vires sui patrimonij: & circa istum articulum ponit aliquos casus in quibus ignorantia præsumitur, & sic dicitur probabilis: sed qui istos casus congerit fuit Gabrielius in cōmun. opinio. tomo. 3. fol. 328. col. 2. post medium. vbi nu. 3. dicit præsumitur ignorantia, vt res possessa expectaret ad alium, in possidente cum iusto titulo & bona fide. Bart. in. l. celsus. ff. de vsucapio. & hac ratione excusatur occidens bannitū rebannitum esse ignorans, vel saluum conductum portantem, vt testatur in Dec. d. l. qui cū alio. nu. 4. ff. de reg. iur. quam cōclusionem idem Gabrielius d. tomo. 3. cōmun. opinio. fol. 330. nu. 11.
4 cum sequentibus late disputat. Ad quorum intelligentiam facit, quod Menoch. dixit in arbitr. q. 72. nu. 3. sic præsumitur ignorans, præsertim cum multum probabilis est ignorantia, per. l. genero ff de eijs qui not. infa. & per. l. fin. ff. de decret. ab ordi. facien. & sic omnis ignorantia præsumpta dicitur probabilis.

Ista vero ignorantia iuramento probatur glos. in. c si qui matr. accus. possunt. & in. c. significasti. el 1 de homi. & in. c. innotuit. de electio. & in reg. pręsumitur de reg. iu. quam conclusionem sequūtur multi quos Salze. refert in additione ad reg. 323. Bernard. Diaz, & Auiles, qui bene loquitur in captibus correctorū. c. 52. glos. in verbo. *En la tierra*. & Couarr. in lib. 2. variarū. c. 10. num. 1. & copiosius per Ioan. Gracian. in reg. 270. vbi ampliat & limitat. Sed tandem licet verū sit, quod ignorantia probatur per iuramentum, cōtrarium tamen per aduersarium probari potest. Bart. in. l. si cui. §. eisdem. ff. de accusatio. glos. in. c. eas in versic. affectata de tempori. ordin. in. 6. Abb. in. c. continebatur. de sponsatio. impuber. & in. c. 2. nu. 9. de const. & Decius plures referens in d. c. cognoscentes in lectura. 2. nu. 10. de constit Menoch. in arbitra. casu. 186. nu. 2. & 3. vbi dicit, hæc ignorantia probari potest per iuramentum, & dicitur legitima, quia à iure recepta, & ex doctrina Felin. in. d. c. 2. nu. 12. & Dec. ibi. n. 18. in arbitrio iudicis esse hanc iuramenti probationem admittere, & quod negare poterit eam cum allegāti ignorantiā aliqua aduersatur iuris præsumptio inquit ipse Menoch. vbi supra nu. 6 & 7. & hęc sufficiunt, quoniam ista conclusio satis elucidata est per Petrū Dueñas. reg 129. & Ioan. Gracia. reg. 226. & Bern. Diaz; reg. 323 & 324. & per Anton. Gabriel. in tom. 3. cōmun. opinio. fol. 329 & 330 & sic intelligenda sunt, quæ dicit Azeu. in. l. 2. tit. 1. lib. 2. Recop. nu. 8. scilicet, quod ignorantia iuris nostri Regni non prodest.

5 Dicta prima limitatio, quæ dicit ignorantiam probabilem excusare etiā à pœna legis, ampliatur secundo ad dubitantem, quia in iure dubius & ignarus æquiparantur. l. manifestissimē. § fin autē nesciens & dubius. C. de furti. & . l. is qui hæres. §. 1. ff. de acquirend. hæredit. tenet Bart. in l. fin. C. de condictio indebit. & ibi Bald. idem Bart. in. l. 2. §. 2. in lect. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & Alex. cons. 35. num. 6. lib. 1. & in cons. 14. nu. 3. lib. 5. & est doctrina Bal. in. l. leges sacratissimæ. C. de leg. dicentis, quod ita ignoscitur dubitanti sicut erranti & ignoranti quā approbat, & refert Ias. in. l. qui in aliena §. is qui putat. nu. 10. ff. de acquir. hæredit. & in. l 1. nu. 25. ff. de conditio. indebi. neque obstat glos. in. l. de statu. ff. de testa. & glos. in Rub. ff. de iuris. & facti. ignor. ponētes differentiā inter ignorantem & dubitantem, quia licet reuera differunt in effectu ęquiparantur, vt Ias. inquit. in. d. l. 1. nu. 26. Cōfirmatur, ꝙ ista nostra ampliatio, per reg. 218. Bernard. Diaz. quā allegationibus dilatauit Salz. dicens dubitans, & ignorans æquiparantur: & ampliationibus & limitationibus eam etiam dictauit Ioan. Grac. reg. 227. & hæc est veritas, quoad ius forense, & etiam quoad forum conscientię, si velimus credere. d. Ioanni Graciani in. d. reg. in secunda ampliatione dicenti, ꝙ nec dubius in conscientia, censetur facere cōtra conscientiam. nisi postquā monstrata est sibi veritas, secundum Bald. in. c. fin. de consuer. num. 42. & in. c. si diligēti. de pręs. & in. c. bonæ. el. 2. de postula. pręla. & per Iasonē. in. d. l. l. nu. 26 ff. de condit. indebit. sed ista ampliatio. d. Ioann. prima fronte, & in cortice videtur falsa.

6 Nam is qui dubitat, an sibi liceat absque mortali crimine quidquam agere, id ni-

nihilominus facit, exponit se periculo peccandi mortaliter, & adeo mortaliter peccat: iuxta illud (qui amat periculum peribit in illo) Ecclesiast.c.3.c. literas. de rest. spolia & in c.in præsentia. de sponsa. & tenet Adrian.in.4. sententia. in tract. de restit.in c.de præscriptione, & Nauar. in summa.c.22.nu.54. & in c. si quis autem, de pœnit. distinct. 7. nu. 81. fol. 331. Vbi dicit, neminē licitè agere, quod ipse dubitat, an sit peccatum mortale, etiam superiore præcipiente, durante dubitatione: quia agere contra conscientiam dubiam peccati mortalis, est naturæ lege prohibitum, sicut agere contra conscientiam peccati mortalis: & idem Nauar. d.c si quis.nu.85.inquit, ne dicas grauius esse facere aliquid contra conscientiam qua quis credit non licere, quam contra dubitatem, qua neque putat licere, neq; non licere: & quamuis verius est quod peccatum contra cōscientiam maius sit, quam quod peccatur contra credulitatē vel opinionē, non tamē propterea, quod contra eam sit peccatum desinit esse, vt testatur Domin à Sot.in tract.de ratione tegend. vel detege. memb.3. quæstio.2. fol.74.

7 Sed quia dicta doctorum sunt intelligenda, secundum allegata per eum, & d. Ioan. Gracia. in loco supra citato, allegat Bald.in tribus dictis locis, & Ias. qui loquūtur in præscriptione tātum, cuius peculiare, est, vt bona fide incepta, eius cursus non impediatur, quamuis postea dubitatio superueniat, secundum Bart.in.l. naturaliter.nu 5.ff. de vsucap. & Panor. in c.fin.num.39.de præs. & Imol. ibi in verb.bona fides. & Felin.nu.9. & secundū alios quos refert, & approbat Didac. Couarr.in reg.possessor.a.part.§.7.nu.3. Videtur ergo quod bene locutus fuit dictus Ioan. Grac.& sic dictum eius restringendum est ad dictam dubitationē circa præscriptionem inceptam.

Ex ratione autem istius specialitatis in præscribendo, elucidabitur tota ista difficultas, scilicet, quando sit peccatū mortale operari contra conscientiam dubiā, & ratio prædictæ specialitatis ea est, quia præscribens cum dubia conscientia, si bona fide incepta fuit præscriptio, non agit

8 contra dubium practicum, sed cōtra speculatiuum, ad cuius perfectam declarationem dico, duplex esse dubium: vnum speculatiuum: alterum practicum.

8 Speculatiuum contigit, quoties quis mēte, & animo dubitat, de aliqua re, quo ad eius qualitatem & conditionem, et an dubitat de facto & eius veritate, sola quidem speculatione. Dubium autem practicum est & accidit, vbi quis non tantū dubitat in genere, & de cōditione rei, vel de facti veritate, sed etiam dubitat, an ei modo licitum sit agere eum actum, de quo ratione dubitationis circa eius qualitatem, & conditionem, ac facti veritatē contingentis, speculatione quadam etiā dubitauit. Sed agere contra dubium speculatiuum tantum, peccatum non est, & ideo procedit sine peccato, præscriptio bona fide incepta, quamuis postea superueniat conscientia dubia: vt bene cōclusit Didac. Couarr. in reg. possessor.2.par. §.7.num.4. & in Epitome de sponsalib. 2.par.c.7.§.2.num.10. & ille doctissimus Mart. Azpil. Nauar. in d.c. si quis. de pœnit. distinct.7.num.62.&.63. Vbi exemplificat in illo qui dubitat, an diebus festiuis liceat itinerare, & tamen iter facit: & in illo qui dubitat, an liceat dictis diebus festiuis per legere scholasticis, & tamen non dubitat, tunc sibi esse licitum cum itinerat, vel legit: isti tales non peccant, quantuncumque magna dubitatio esset apud eosdem de actu itinerandi, vel perlegendi, secundum se, an licitus esset vel illicitus die festo: & per oppositum si quis esset certus, de actu perlegendi, seu itinerandi secundum se, quod est licitus die festo, & tamen fluctuaret de faciēda, tunc à se perlectione, vel itinere, ita vt ad perlegendum, vel itinerandum, cum ambiguitate se applicaret, illicitè quidē quis perlegeret, vel itineraret. Eandē sententiam amplectitur Domin. Soto in. d. tract. de ratio. tegend. vel detegend. dict. membr.3.q.1.fol.75. vbi dicit, duplex est dubium, vnum speculatiuum, alterū practicum: speculatiuum est quod pertinet ad intellectum speculatiuum, nempè qui nihil ordinat ad opus: practicū vero est, quod pertinet ad intellectum practicum, vtputa qui de actionibus dictat humanis: vel vt si habeo pacificam possessionem rei, quam bona fide acquisiui, sed in cipio dubitare an sit mea, dubium illud est speculatiuum: & hinc est quod non ideo quod dubito an res sit mea, dubito an tenear dare, quod est dubium practicum:

cum: nam possessio facit me certũ, quod non tenear, quoad vsque iuridice cõpertum habeam, rem non esse meam, per c. si virgo.34q.2.qui probat, possessorem non teneri, rem restituere, donec sciuerit certo, rem esse alienam: & idem de virgine, quæ alieno viro bona fide nupsit: & in quantum differat scientia speculatiua à practica, ad longum videri potest, per sanct. Thom. de Trinit. q.5.art.1. & prolgins per Archiep. Decam. in.1. sentent. in prologo. q.2. conclusio.1. & cum istis sumus expediti à glos.

1 *Error iuris non excusat, vel eius ignorantia quando quis se excusare vult agit de lucro captando cum damno alterius cum duobus ampliationibus.*

2 *Error iuris quando causet titulũ ad præscribendum.*

GLos 2. in verbo. *Que no embie*. Distinguendo procedit quando ignorantia iuris excuset vel nõ: sed quia de ista materia supra in glos. proxima egimus explicitè, & remissiuè: ideo nunc istis supersedeam: & tantum vnum articulum examinandum assumam, de quo glo. ista loquitur in versic. (si autem tractetur de
1 lucro) vbi concludit, quod iuris error, vel eius ignorantia non excusat, quando ille qui se excusare vult, agit de lucro captando cum damno alterius: quæ conclusio probatur in.l nunquam ff. de vsucap. dicens, quod si rem emi à pupillo, eamque mihi tradit sine autoritate tutoris, quæ postea ex interuallo accessit, credamque sufficientem titulum habere, non ex hoc errore habeo sufficientem titulũ ad præscribendum: id etiam probatur in.l. si fur. ff. de vsucap. & in.l. iuris ignorantia. ff. de iuris, & fact. ignor. dicẽs, ad lucrum captandum iuris ignorantia non prodest, acquirere volentibus: quæ conclusio etiam confirmatur per.l.3. cum sua glos. C. de iuris, & fact. ignor. & per DD. ibi. & per Tiraquel. lib.1. de re tract. §.8. glo. 7. num 22. & in. §.35. glos.4. num.26. & per Matien. in.l.8. tit.11. glos.12. num.18. lib 5. Recop.

Primo ampliatur, prædicta regula, vt magis faueatur actori, quam reo, quando actor agit de damno vitando, reus autem de lucro captando, prout bene tradidit Ias. in.l fin. §. pen. nu.23. ff. de eo. per quẽ factũ erit. & per alia quę adducit Ripa. in l.2. num.21. ff. de damno infect.

Secundo ampliatur dicta conclusio, vt licet verum sit quod ex denuntiatione noui operis quis in malam fidem inducatur, secundũ Bart. in.l. ait pretor. §. si quis nu.1. ff. quę in fraud. creditorum tamen fallit quando denuntiatus agit de dãno vitando, & denuntians de lucro captando: sed de isto corollario videndus Bernar. Diaz reg.219. limitatione.3. & Ioan. Gracian. reg.303. nu.4. & ad glosę conclusionem reuertendo, dicentem, errorẽ iuris non causare titulum ad præscribendũ quando prescribens agit de lucro captando, dico quod.

2 Fallit ista conclusio in præscriptione, quæ titulum non requirit, sed sola bona fide procedit, qualis est quadragenaria præscriptio, cui ius non resistit, vt infra videbimus: quia ista titulum non requirit, sed sola bona fide est contenta, vt tenet glos. in. c. de quarta. de præsc. sic eam intelligunt DD. ibi per text. in cap. peruenit. de emptio. & venditio. & ibi Ant. de Butr. & Ioann. de Imol. & idem Imol. in. d. c. de quarta. & in. c. fin. eo tit. col.4. & Paul. de Castr. in cons 44. col. penult. lib.2. & idem in.l. Celsus. ff. de vsucap. & ibi Bart col. penul. & Alexand. cons.125. col.3. lib. 4. & Felin. in. d. cap. de quarta. nu.35. versicul. secundo considera. & secundum alios, quos refert Didac. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §.7. nu.5. vbi ad videndum quando error iuris inducat præscriptionem, distinguit inter prescriptionem, quæ titulum requirit ad sui perfectionem, & eam quæ sola bona fide est contenta, & concludit, quod in illa quæ titulum requirit, dictus error iuris in tit. non inducit bonam fidem: & sic nõ causatur prescriptio, scilicet, decem vel viginti annorum: & quod in ista quæ sola bona fide est contenta, etiam per iuris errorem causetur prescriptio, dum tamen ius non resistat: quia si error sit iuris resistentis, is non sufficit ad inducendã bonam fidem, & sic cessat præscriptio, vt resoluit Franc. Balb. in. d. l Celsus notab. 4. & tenent Abb. & Felin. in d. c. de quarta. sed nouissimè. Ant. Gabrielius in tom 3.

cõmu

cõmun.opinio.fol.310.col.1.facit vnā regulam, quod error iuris in titulo impedit præscriptionem: & ampliat eam secundum magis cõmunem etiam ad præscriptionem tanti temporis, quod nõ sit memoria in contrarium, quæ ampliatio videtur contrariari prædictæ distinctioni Couarr. quam modo retuli limitat quando error iuris cadit circa priuilegiū vel sententiam, & quãdo caderet ex iure dubio, seu multipliciter intelligibili, vel quãdo esset mixtus cum errore facti, vel quando error iuris non inualidaret titulum à principio, sed tantū modo ex post facto, licet contrariū dicit tenere Felinū quoad hoc in.c.de quarta. versic. limita, quarto, limitat etiam quãdo qualitas personæ aliud suadet, quam in regula cautū est, prout in minore, & rustico, si non potuerint cõsulere peritiores: limitat etiā dicta regula quoad fructuum acquisitionem, quia titulus cum iuris errore prodest quoad fructuum acquisitionem, vt præscribentis cum dicto errore fiant testatur Fel.d.cap.de quatta.num.29. & alij quos dictus Gabrielius refert vbi supra.

In.l.21.tit.1.p.1.glos.1.

1 *Assignatur ratio quare furiosus in furore delinquens non punitur.*

2 *Furiosus non punitur pœna corporali quamuis tempore sanæ mentis commiserit delictum.*

3 *Furiosus punietur de delictis commissis in lucidis interuallis, tempore sanæ mentis, idest, in ipsis lucidis interuallis.*

Glos.1.in verbo. *Tamaña culpa.* Ad cuius intelligentiam præmitto verba legis dicentis. *Catando en como aqueste que demimos, no lo haze con seso, no le ponen tamaña culpa, como a el otro que esta en su sentido.* At cum ex istis verbis videatur legem velle, quod furioso imponatur aliqua pœna ratione delicti commissi, ideo glos. dicit in d. verbo. *Tamaña culpa.* Imò nullam allegat. l.9.titul.1. & l.3.titul.8.par.7. dicitque procedere dictas.ll. in prorsus demētibus in quibus non cadit dolus, neque culpa hactenus glos.

1 Ratio autem quare furiosus pro delicto commisso non puniatur est, quia abeo factum, reputatur acsi casu contigeret, sine facto hominis: vt in.l.fin.in fin. ff. de administr. tutor. & in.l. sed, & si quæcumque. §.2. ff. ad leg. Aquili. vbi dicitur, quod illud, quod fit à furioso, per inde est, acsi à quadrupede vel tegula per se cadente factum esset: & satis furiosus dicitur puniri suo furore.l. diuus. ff. de offo. præsi. pro ista ratione facit dictum Bal.in.l. humanitatis. C. de impuber. & alijs subst. vbi inquit. furiosus pro mortuo reputatur.

2 Ampliatur dicta conclusio ad illum, qui tempore commissi criminis erat sanæ mentis, & post commissum incidit in furorem perpetuum, vt non puniatur corporaliter, sed in pecunijs. quæ sententia fuit. Bald.in.l. furiosum. C. qui testa. facere possunt. & idem in.l.1. C. de confessis. & in.l. humanitatis. C. de impuberum. & alijs nu.46. quem sequitur Imol. in cap. Raynuntius. de test. num. 143. & extendit etiam si post sententiam ad furorem peruenerit: quē Iul. Cla. in pract. lib.5.§.fin. quæstio 60. numer.8. sequitur limitādo conclusionē ad pœnā corporalē, ita quod in nūmis puniri possit: sequitur etiam Baldum. Alexand. in dict. l. furiosum. & est commuoiter receptus præter à Romano. in.d.l. furiosum dicente quod licet opinio Bald. seruetur propter eius autoritatem tamen non videtur vera, & sic Petrus Dueñas, reg.259. num 3. col.4. tentauit fundare contrariam contra Bald. sed finaliter concludit in consulendo, & iudicando non esse ab ea recedendum: secutusque etiam Bald. sententiam est Franc. à Rip. in.l. ex facto, ff. de vulga. & pupilla. num. 50. & Guillerm. Bened. in.c. Raynuntius. de testa. in verbo. si absq; liberis moreretur. el 2. de exēplo subst. & Iulius Clar. vbi supra nu.7. & Couarr. in Clem. si furiosus. de homi. 3. part. nom.2. Anton. Gomez tomo 3. variar.c.1.num.72. Ioann. Gracian. qui etiā multa congerit in reg.214. nu.11. & post fuit inter communes opiniones. Dona. à Fina. tomo.2. fol.551. nu.162.

3 Limitatur prædicta Bal. sententia quãdo furiosus habebat lucida interualla, & sic tempore sanę mentis commisit delictum: nam punietur ne detur occasio delinquendi, habēti dicta lucida interualla, quam

quã in probat d.l.diuus, in illis verbis (nec morbo eius dãda est venia) quæ sic intelligit Didac. Couarr. in d. Cle. si furiosus. 3. p. relect. in initio. nu. 2. & Ioann. Grac. mouet quęstionẽ ad partes argnẽs, an iste sit indistinctè puniendus. etiã tẽpore furoris, an expectãdum sit tẽpus lucidi interualli, & tandẽ nõ audet discedere à cõmuni dicenti quod puniatur indistinctê, quod ego intelligo procedere quoad delicti punitionẽ, & ꝙ quoad tẽpus punitionis seruetur conclusio approbata supra nu. 2. ratione assignauit. tex. in. d.l. diuus, quia lucida interualla habens, nõ satis suo furore punitur, sicut perpetnus furiosus. l. infans. ff ad leg. Iul. de sica. ibi alterũ facti infelicitas excuset, & in. l. pen. §. fi. ff. ad leg. Põpe. de Parre. ibi (sufficere furore suo eũ puniri) & ita censuit Ioan. Cor. in. d. l. diuus. nu. 3: vbi refert Diony. historiã, circa factũ D. Adriani Cæsaris, apud Traconem, quem seruus furiosus deambulantẽ, per viridaria, occidere voluit, & ab eius familiaribus impeditus, iussit eũ medicis tradi curandum, & quando d. Furiosus testari poterit, & qualiter videri potest per dictos Didac. Conarr. & Petrum Dueñas, & Ioann. Gracian. locis supra citatis.

1 *Minor quatuordecim annis non tenetur ex delicto carnis quãuis malitia suppleat ætatem.*

Glo. 2. in verb. *Hecho de luxuria.* Remittit se ad ea quę dixit in l. 9. tit. 1. p 7. in gl. 1. vbi inquit minor quatuordecim annis non tenetur ex delicto carnis, allegat l. si minor. ff. ad leg. Iul. de adul. & c. 1. de delict. puero. Ratio autẽ est, quia excusatur ex defectu & impotentia naturali, cũ censeatur incapax illius delicti propter ætatẽ, vt notarũt Ang. & Alber. in. d. l. si minor. & Abb. in. d. c. 1. de delict. puero. nu. 6. Quę conclusio extenditur, etiã si sit viri potens, & malitia suppleat ętatẽ, per iura supr. dicta, quæ genericè & indistinctè loquuntur, secundũ Ant. Gomez in tom. 3. varia. c. 1. n. 60. fol. 18. qui disputando ad partes sic concludit.

1 *Puer proximus infantiæ, idest, infra decẽ annos & dimidiũ, quãuis doli capax nõ punitur, & an hæ. ll. cõprehendãt puellas, ita ꝙ in eis requiratur eadem vel minor ætas, & numer 4.*

2 *Ætatũ diuisio, quę sit infantia, quę sit pueritia, quæ pubertas & iuuẽtus.*

3 *Quis dicatur proximus infantiæ; & quis proximus pubertati.*

4 *An differẽtia in cõputatione annorũ in infantia, & pueritia data de iure cõmuni seruetur de iure partitarũ, in quo sequendo Couar. asserimus contra Glossatorẽ, nu. 5. & . 6.*

5 *In dubio præsumitur concordare hãs partita. ll. cum iure cõmuni.*

7 *Quãdo puer dicatur proximus pubertati in delictis, vel puella iudicis arbitrio relinquitur, limitatur dum tamẽ decẽ & dimidiũ annorũ puer impleuerit & puella nouẽ cũ dimidio nu. 8.*

9 *Iudex non potest arbitrari etiã maximis coniecturis motus, an puer dicatur proximus pubertati quãuis malitiã suppleat ætatẽ si nõdum decimum & dimidium annum impleuerit pro glossa contra Couar.*

10 *Impubes etiam doli capax nõ punitur pœna ordinaria delicti.*

11 *Pubes vsque ad decimumseptimum annum qualiter puniatur.*

Glo. 4. in verb. *Diez años y medio.* Remittit se ad d. l. 9. tit. 1. p. 7. vbi sicut in ista probatur, ꝙ pueri delinquentes intra decẽ annos & dimidiũ excusantur à pœnis legũ: sed vtile esse censeo perquirere an l. ista. & d. l. 9. & l. 8 tit. 31. & l. 17. tit. 14. & l. 10. tit. 7. ead. p. 7. Constituentes dictã ætatẽ pueritię, ad hoc vt intra dictos decẽ annos cum dimidio delinquentes, non subdantur pœnis legum, cum loquãtur tantum de pueris, comprehendant etiam puellas: ita vt puellæ intra dictos decem annos cum dimidio sint immunes à dictis pœnis. Istiam quæstionẽ tangit glo. in. d. l. 9. tit. 1. p. 7. quã indecissam relinquit, dicens, dictæ. ll. partitarum, nullã

differentiam faciunt. inter masculum &
fœminã, in hoc vnde vel dicendum vide
tur, quod ista taxa procedat, tã in mascu-
lo, quã in fœmina, vel quod fœmina re-
linquatur, sub dispositione iuris ciuilis.
Quæ resolutio indubitabilis est, qoia aut
vnũ, aut alterũ à fortiori debet procede-
re, non quippe medium dari potest.
2 At vt ista dubitatio discutiatur plene,
præsuppono illa indubitata principia, ꝙ
infans dicitur vsq; ad septẽnium, quæ pri
ma ætas est, tam in masculo, quã in fœmi
na: secunda ætas est vsq; ad decimũ quar
tum annum in mare, & duodecimũ in fœ
mina, & dicitur pueritia: tertia vero ętas
dicitur adolescentia, & durat vsq; ad vi-
gesimũ quintum annum, tã in masculis,
quã in fœminis: quarta ætas dicitur iuuẽ
tus, vel virilis ætas, quę durat vsque ad
quinquaginta annos: senectus vero vsq;
ad septuaginta annos: vt habetur in glo.
in verb. perfectus, in proœmio lib. 6. cu-
ius meminere Ioã. And in Rub. de delict.
puero. & Ioan. de Ana. ibi. nu. 1.
Sed in ista ætatis computatione datur
3 alius medius: dicitur enim puer proxi-
mus infantię, ille qui nondũ impleuit de-
cimũ & dimidiũ annũ: proximus tamẽ pu
bertati dicitur post impletos hos decẽ an
nos cum dimidio: & ita proximus infan
tię respicit infra, proximus pubertati re-
specit supra, vt dixit gl. in. §. pupillus. in
verbo, infantiæ inst. de inutilibus stipula.
& ista cõputatio fit in fœminis in nono
& dimidio anno, tex. in. §. fi. inst quibus
ex causis. nõ licet manumitt. & ibi Ang.
& gl. in. l. pupillũ. ff de reg. iu. & ibi Dec.
nu. 3. hasq; glossas dicit cõmuniter appro
batas Ias. in. l. properandũ §. sed siquidẽ.
C. de iud. & Couar. in Epitome ad 4 lib.
p. 2. c. 5. nu 5. attamen nunc restat videre,
an de iure partitarum, ista differentia cõ
4 putationis annorũ, inter pueros & puel-
las obseruetur, & videtur quod non, quia
lex ista & aliæ. ll. suprarelatę, indistinctè
loquuntur in pueris sub quorũ appella-
tione puellę cõprehenduntur, cũ mascu-
linũ sub se cõprehendat fœmininũ. text.
cum gl in. l. 1. ff. de verbor. signif. & sic ap
pellatione filij venit filia. l. cum in ado-
ptiuis § quæ in filio diximus, & in filia
extendimus. & in. l. insta. ff. de verbor.
signific. & sic appellatione fratris soror
comprehenditur. l. lucius. §. quęsitum. ff.
de leg. 3. & Bald. cons. 47. vol. 5. Alexan.
cons. 85. col 2. vol. 4. & nomine serui an-
cilla continetur. l. de testatio. ff. de verb.
signif. Item si proximus dicatur compre-
hendit proximã § proximus inst. de le-
git. agnato. successio. & ibi. §. fin. & quia
longũ est omnes recensere te remitto ad
Rebuf. in. d. l. 1. ff. de verbor. signif. referẽ-
tem alios quã plurimos casus à pagina 9.
cum sequentibus, & ad Ias. & Dec. in. l. si
quis id quod. ff. de iuris omn. iud. Contra
ria tamen sententia mihi magis placet,
quia legũ correctio est euitanda. c. cũ. ex
pediat. de electio. neq; facienda est dicta
correctio per subauditos intellectus, &
quia in dubio præsumitur, has ll. nõ cor-
5 rigere ius ciuile, vt testatur Burgos. in. l. 1.
Taur. nu. 572. allegat Roderic. Xuarez in
præludijs fori Regij Char. 6. pagin 12. &
in. l. quoniam in prioribus 2. ampliatio.
C. de inoffic. test. & in d. l. 1. tit 4. lib. 3. fo
ri. 6. limitat. Neq; obstant supradicta fun
damenta, quia dicta regula dicẽs, mascu-
linũ concipit fœmininũ, fallit quãdo lex
separatim loqueretur de masculo, & sepa
ratim de fœmina: vel quando contrariũ
in vno statutũ esset, quã in alio, per text.
in. l. 1. §. in potestate ibi filios vel filias. ff.
de exercito. actio. l. si quis, vel si qua. C.
ad Tertul. l. 1. ff. furti aduersus nautas, ibi
quos quasvẽ, & tenet Bal. in. l. in multis
ff. de statu homi. & in. c. dilecti. de dona-
tio. & Soc. in cons 63. nu. 13. vol. 3. Decius
cons. 339. Rebuf. d. l. 1. ff. de verbo. signif.
pag. 15 vt in quæstione prætensa vidi-
6 mus. Nã masculus in alio tẽpore dicitur
proximus pubertati, in alio fœmina, sci-
licet, ille post decẽ annos & dimidiũ, ista
post nouẽ & dimidiũ, & sic video Didac.
Couar. has. ll. partitarũ intelligere in Epi
to. ad. 4. lib 2 p. c. 5. nu. 5. dicentem, proxi
mus pubertati is dicitur, qui annum deci
mũ & dimidiũ peregerit si sit masculus,
fœmina vero proxima est pubertati, si
nonũ annum cũ dimidio cõpleuerit: ad
cuius confirmationẽ allegat d. l. 8 tit. 31.
p. 7. quæ solũ de masculo mentionem fa
cit & Petrũ Dueñas, reg. 259. in tertia fal
lentia post mediũ indistinctè sequentẽ d.
Couarr. in. d. c. 5. allegantẽ oẽs. ll. per me
supr. allegatas, quas ad probandum cõtra
7 riã sententiã allegat Glossator d. l. 9. in
gl. 5. Et quãuis non deficit discordia, in
ter Doctores quando quis in delictis di-
catur proximus pubertati, nam Bal. in l.
excipitur. ff. ad Sylla. dicit, quod ille dici-
rur

tur proximus pubertati cui sex menses
deficiũt ad implendã pubertatem, quem
Iaso. sequitur iu auth. sacramenta puberũ
C. si aduersus vend. nu. 15. & alij istã con
clusionem extendentes, etiam ad alios
actus, vt per glos. in. c. attestationes. & in
c. cõtinebatur. de despõsatio. impube. ta
men Didac. Couar. in dist lib. 4. c. 5. n. 5.
resoluit, quod quando quis dicatur proxi
mus pubertati, arbitrio iudicis est relin-
quendũ, qui arbitrabitur ex discretione
pueri, & alijs circunstantijs, vt testatur
Ioan Faber. in. §. pupillus inst de inutili.
stipul. & Salic. in. l. impunitas. C. de pœn.
& Ana. in. c. 1. de delict. puero. & Abb. &
Prępos. in. c. cõtinebatur de despons. im
pube. Dec. in. l. pupillũ. ff. de reg. iur. n. 3.
(dicens doli capaces sunt, qui propè pu-
bertatem existunt, per tex. in. l. apud. §. si
quis. ff. de doli exceptio. & cũ hoc nõ sit
declaratũ arbitrio iudicis relinquitur) tã-
8 dem. d. Didac. Couar. ibidẽ limitat istud
arbitriũ iudicis, tã in masculo, quã in fœ-
mina, cũ tali temperamento, vt non arbi
tretur puerũ doli capacẽ esse, qui non im
pleuit decimũ & dimidiũ annũ, vel puel-
lã, quæ nouẽ annos cum dimidio nõ per
egerit, nisi maximis coniecturis ductus:
& neq; passim hoc fiat, & quod post hãc
ætatem complectã, non exigit iudicis ar
bitriũ, tã vrgentes coniecturas, & sic ma
nifestè resoluit manere in dispositione iu
ris cõmmunis, quando puer, vel puella di-
cantur, proximi pubertati, neq; immuta
tũ esse, per d. ll partitarum. cõcludit etiã
arbitriũ iudici essẽ, cum dicto tẽperamen
to æstimandi, an proximus pubertati, vel
infantię sit doli capax: quod arbitrium,
Glossator noster cessare dicit, hodie in d.
l. 9. tit. r. p. 7. licet asserat, quod dictũ arbi
triũ iudicis, poterit procedere ad minuẽ-
dam pœnã, quę per. d. l. 9. imponitur pue
ro proximo pubertati, quia tũc iudex se-
cundũ simplicitã pueri poterit minuere
9 pœnã. Et quoniam. d. l. 9. multum vrget,
ideo non possunt, non assentire glos. 5. in
d. l. 9. maximè cũ perpendo. d. l. 9. in illis
verbis. *Pero si fuesse menor de diez años e me
dio estonce no le pueden acusar de ningun yer-
ro que fiziesse.* Quę verba videntur exclu
dere, in casu quo loquuntur, omne arbi-
trium iudicis, etiã si motus iudex fuerit
maximis coniecturis, contra Didac. Co-
uar vbi supra. & ideo discedo ab eo, & à
Petro Dueñas in locis citatis de isto iure
partitarum, & etiam de iure cõmuni, se-
cundum Iul. Clar. in practic. lib. 5 §. fin.
quæst 60. num 2 vbi cõmuniorem appel
lat, & dicit tria requiruntur ad hæc quod
impubes puniatur, scilicet, quod sit pro-
ximus pubertati, & quod sit doli capax,
& quod deliquerit in cõmittendo: non
obstante quod glos. in. c. 1. de delict. pue-
rorum dicat, in puero septennio reperiri
posse dolum: quam Dec. in. l. ferè. ff. de
reg. iur. improbat, & Hippol. in. l. si quis
ãte: C. de sicar. Confirmatur itidem Glos
satoris sententia. ex. d. l. 17. titu. 14. par. 7.
in illis verbis. *Moço menor de diez años y
medio, furtando alguna cosa como quier que si
lo fallaren con el furto, que lo puedan tomar cõ
todo esto no pueden demandalle la cosa con la
pena del furto.* & ex dict. l. 10. titul. 7. par. 7:
in ilis verbis. *E aun dezimos, que maguer se
acertasse el mesmo en fazer la moneda, no deue
recebir pena en el cuerpo, seyendo el menor de
diez años y medio.* Idem probat. l. 4. tit. 19.
part. 6. & l. ista in illis verbis *Seran escu-
sades o rosi de las penas que las leyes mandan.*
& istam partem tenet Gomez tomo. 3.
c. 1. num. 57. variarum resolutio. & ideo
harum legum libuit verba referre, quãuis
in initio huius lectionis allegaui: quia
segnius irritant animũ, dimissa per aures
quã quæ oculis sunt subiecta fidelibus.
Sed cum satis supra probatum manet;
puerũ infantię proximũ, nullatenus tam
de isto iure partitarum, quã de iure com-
muni esse plectendũ, quãuis doli capax
sit: & sic isto casu nullũ locum habere iu
dicis arbitrium, vt testantur Iul. Clar. &
10 Ant. Gomez locis citatis: restat pronũc
videre, qua pœna puniẽdi sunt pueri, qui
proximi sunt pubertati, & qualiter pu-
bes, ad cuius euidentiã dico, quod de iu-
re cõmuni impubès, etiam doli capaces
non puniuntur pœna ordinaria, per tex.
in. l auxilium. §. in delictis. ff. de minori.
l. diuus. ff. termino. mot. glos. in. l. 3 ff de
infanti exposi & in. l quid ergo §. pœna
grauior. ff. de iis, qui not. infa. & ibi. dd.
& in. c. 1. de delict. puer. & Couar. in. Cle.
si furiosus in initio. 3. p. nu. 5. in vers. quis
aũt dicatur doli capax. Dueñas, reg. 259.
n. fi. Glossator noster in d. l. 8. tit. 31. p. 7.
in gl. 6 Menoch. in arbitr. casu. 329. n. 19.
& melius per Iul. Clar. in pract. lib. 5. §. fi:
q. 60. nu. 2. cum sequentibus, & est cõmu-
nis secundum Bonau. Cassa. tomn. 2 cõ-
mun. opinio. fol. 500. nu. 74.

11 Ista tamen cōmunis conclusio declaratur de iure partitarum. Primo, per. d.l.9. tit.1.p.7. vbi vult, quod proximus pubertati, mitiore pœna plectatur, quā pubes, & per.l.8.tit.31.eandem. 7. p. quæ vult, vt pubes, & qui decimum octauum annū non tetigit mitius puniatur, quā qui decimum octauum agit, & insuper alia differentia constituitur: nam de.d. iure partitarum, iudex tenetur intra dictum decimum septimū annū ætatis minoris, præcise & de necessitate minorare pœnam: si vero fuerit minor, maior decem & septem annorum, tunc erit in arbitrio iudicis, attenta qualitate delicti personæ, & aliorum minuere vel non: & si non fecerit, non dicitur partem grauare, nec propter hoc tenebitur in syndicatu, vt habetur per Anton. Gomez in tomo.3. varia. c.1.nu.63.versic.sed hodie, & pro ratione assignat, quia plena pubertas non dicitur nisi post decimum & septimum annum: quam conclusionem, per aliqua media confirmat, cum ius desit commune quod dictam taxam constituat, vt innuit Glossator in d.l. 8. in glos.6. vbi inquit: non memini me legisse alibi, taxā istius legis: & bene dicit in faciendo, in omittendo tamen tex. est qui eam ponit in authent. si captiui cum sua glo. C. de Episcop. & cleric. vbi releuat à pœna minorem decem & octo annorum: & ad hoc allegat eum Salic. in.l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Anton. de Butrio. in c.1. de dolo & contum. & Philip. Corne. consil.247.col.5.lib.1. & Rebuf. de pœnis temper. caus.44.num.47.

Titulus secundus
in.1. part.

In.l.1.in.d.titul.2.eadem part. & in glos.2.

1 *Consuetudo probatur tā per actus iudiciales, quam extraiudiciales.*

2 *Iudex æstimaturus est an binus actus in populi notitiam venisset.*

Glo. 2 in verb. *De aquellas cosas* Probat ꝙ vnus actus non est sufficiens ad inducendum cōsuetudinem, & quod binus sufficit, si ex eis resultet tacitus consensus populi, quod relinquitur arbitrio iudicis.

1 Quæro tamen, an isti actus ad inducēdam consuetudinem debeant esse iudiciales, vel sufficiet quod sint extraiudiciales, in quo variant Doctores. Fulgo. in.l. de quibus. ff. de leg. num.10 dicit, consuetudo inducitur ex duobus actibus iudicialibus, quæ consuetudo decēnio præcurso inualescit. Quę fuit opinio glo. in. §. ex nō scripto inst. de iure natur. gentiū, & in Rub. C. quę sit longa consulta. quas sequitur Alexand. consil 1.2. volumin. 1. & consil.136. volumin.2. & Ancharran. consil.178 & Angel. consil.367. contrariam tenet Bart. in.l. de quibus in repetitio. & Iaso. ibi numer.27. & Bald. consil. 210. lib.1. consiliorum, & Rebuff. in constit tomo.3. in titul. de consuetud. articul.2. gloss.3. numer.33. dicit, consuetudo probatur tam per actus iudiciales, quam extraiudiciales: nec est necesse probare ad inducendam consuetudinem, quod ita fuerit iudicatum per text. in.d. l. de quibus, itaque consulit Guidon Papa consil.131 quæstio.4 & quia nihil refert, ad consuetudinem inducendam quod actus sint iudiciales vel extraiudiciales, vt tenet glos. in cap. frustra. distinct.8. & secundum Ioann. Andr Ant. & Imol. in capit. fin. de consuetud. & Abb. numer.16. & Socin. consil.99. vol.1. colum.1. & Corne. consil. 393. volum 1. colum.5. in fin. & in consil. 155. lib. 4. & Bald. consil. 110. volum.1. & Ias. cons. 49. colum.2. volumin.1. & Aymon Crauet. consil 55. num.6. & Abb. consil.73. lib.2. quam dicit communem Michael. Grassus tomo.1. communi. opinio. fol.247. num. 371. & Viuius ibidem fol. 249. numer.401 limitat dictam communem, vt tantum procedat in probando actus extraiudiciales, secus in iudicialibus, in quibus requiritur, quod sit obtenta consuetudo, in contradictorio iudicio, secundum Bald. præcitato consil. 110. lib 1. & Aretin. in. §. ex non scripto numer.11. & in hac sententia resedit, quę mihi quadrat, vt infr. l.5. isto tit. dicam.

2 Et gloſ.noſtra in quantũ dicit iudicem ęſtimaturũ eſſe, an bini actus in notitiã populi veniſſent, ita quod ex eo conſenſus inductus fuerit, cõmuniter approbatur ſecundũ Ang.in.d.§. ex non ſcripto inſt.de iure natur.nu.11.& Bal. in.d.l.de quibus.nu.15.& ibi Iaſ.nu.51. & Micha. Graſſus refert inter communes tomo.1. fol.247.nu.370.

1 In conſtituenda conſuetudine licet maioris partis populi conſenſus: requiritur tamen conſenſus infantiũ & dementium, & ſimilium, non præſtant.

2 Mulieres conſuetudinem, nec ll. inducere poſſunt cum limitationibus tribus.

3 Hiſpaniæ poteſt Regina viuo Rege.ll.condere quando regum propter eã adeptum eſt.

GLoſ.3.in verbo. *Conſcedores de derecho.* Dicit conſenſus infantiũ, & dementiũ, & ſimiliũ non præſtant, ad inducendã conſuetudinẽ: item quod neq; mores ſeu vſus mulierũ, quia mulieres non poſſunt condere.ll.

1 Prima concluſio iſtius gloſſæ eſt fallentia alterius concluſionis dicentis, in conſtituenda conſuetudine, requiritur cõſenſus maioris partis populi, vt cõmuniter concluditur per DD.in Rub.de conſuet. extra & per Fel.in.c.1.de tregua.& pace. & dicit cõmunem Syl. Aldobrand.in.§. ex non ſcripto.inſt. de iure nat. & ciuil. nu.11.& ibi Nicaſius.nu.5.non ita, vt maior pars populi vtatur eã vt populus, ſed vt homines de populo: ſatis enim eſt ꝙ aliqui vtantur, & eorũ actus tranſeat in notitiã populi, vel maioris partis, ſicut aſſerit Petrus Anchar.in.c.fin.de conſuet. vbi Curt.q.8. dicam infr.iſto tit.in.l.5 in gloſ.3.

Et gloſſę noſtræ ratio eſt, quia in maiori parte populi, ratio tantũ habetur, eorũ qui cõſenſum habilem habent ad legem condendã, excluſis illis, qui talem cõſenſum non habent: vt ſunt minores quindecim annis infantes, & furioſi mulieres, & ſimiles ſecundum Bar in.l.1.C. quæ ſit long.conſu.& Ant.de Butr. & Cardi. & Abb.in.c.fin.de conſuet. quã refert inter cõmunes Michael.Graſſ.tom.1.fol. 243. num.303.

2 Et quod mulieres, neque ll.neq; cõſuetudines inducere poſſunt, extendit gloſ. in.l.ſi Auguſtæ.ff. de leg.2. ad Auguſtã viro eius viuẽte notauit Bart.in.l.lex eſt cõmune.ff.de leg.& Iaſ.in.l.legem.C.de pact. & Roch.de Curt. in repet.c. fin.de conſuet nu.386.& Abb.c.fin.nu.8. & ibi Ant.de Butr.nu.43.& And.Barb nu.174. & Card.Alex in.d.c.fuſtra.diſt.8. quamuis Innoc.contrariam ſententiam teneat in.c.1.de noui oper.nuntia.& refert Barb. ſibi contrarius in Rub.de conſuet.nu.10. & per alia, quę in confirmationem adducit Petrus Dueñas, reg.310.vbi limitat ſu pradictam concluſionem dupliciter.

Primo, vt non procedat in mulieribus, quę ſunt moniales, vel quæ collegiũ faciunt, quia poſſunt ſtatuere. & cõſuetudines inducere, tex.in.c.dilecta.de maiorẽ. & obedien.& Butr d.c.fin nu 43.de conſuet.Specul.in tit.de Syndico.verſ.quid de mulieribus.

Secundo limita quãdo conſuetudo mulierũ à populo eſt approbata, ita Bart. in l.2..repetit.nu.13.C. quę ſit longa conſuet.& Tiraq.in tract.de primog.q.15.& Bernar.Diaz, reg 48. limitat tripliciter. Primo in cõmitiſſa ſecũdum Iaſ.in.d.l.1. ff.de leg.nu.14.intelligitur tamen de cõmitiſſa, quæ habet poteſtatem condendi ll.quarũ nulla reperitur in Hiſpania, & ad dictã limitationem allegat.d. Bernar. l.4.tit.4.p.3.quæ ſolum probat, cõmitiſſam poſſe fungi officio iudicis, nõ quod poſsit.ll.condere cum longe vnum diſtet ab alio.

Secundo niſi ex ſpeciali priuilegio mulieri eſſet conceſſa iuriſdictio cum poteſtate condendi.ll.

3 Tertio limitatur in his quę ad mulierũ artẽ expectant: & quoad primã extẽtionem dicentem, quod etiã Regina non poteſt eius viro viuo.ll condere.per.d.gloſ. in.l.ſi Auguſtæ.ff de leg.2.& per gl. in.l. princeps ff.de leg.approbatas per Ang. in d.l.1.ff.de leg. & Dec. in.l. fœminæ. nu.38.ff. de reg iur. hodie de iure Regni non procedunt, vt teſtatur per bona media. Burgos de Paz in proœmio legu. Taur.numer.302.&.303.folio.45.& licet pro ſe adducit Decium in dict.l.fœminę. dict.numer.38.& Iaſ.in.l.1.num.14.ff.de

leg. illi potius loquūtur quando Regina est fine viro faciunt pro dicta limitatione. Burgos de Paz, quæ ipse dicit, in dicto proœmio. numer. 16. cum sequentibus.

In.l.3.tit.2.p.1.glos.1.

1 *An mala consuetudo spatio.30. annorum roboretur.*

2 *Consuetudo, quæ non solum est cōtra ius verū ita irrationabilis quod nihil bonæ rationis pro se habet non roborabitur tempore cum extensione, secundum glos. nostram contra quam te-statur cōmunis.*

3 *Cōsuetudo, quæ irrationabilis est & contra ius, an extendatur ad casus similes, & quæ dicatur rationabilis, vel irrationabilis.*

GLo.1.in verb. Bien Quāuis ptobet multas conclusiones ista glos. vnā tantum intēdo examinare, in qua multū insistit, videlicet, an mala consuetudo, de curso triginta annorū roboretur: in qua quæ-
1 stione, partem affirmatiuā tenendo dicit glo. in.l. domini prædiotū. C. de Agrico. & censit.lib.11. quod roboratur tempore immemoriali, vel spatio triginta annorū, & cū ista sententia nō procedat absq; controuersia, ideo glossator cōtrarias opiniones referendo, concordat eas modo sequente.

Quod si cōsuetudo non inducat peccatū, & si alias tamen mala, quia contra ius: habet aliquā causam rationabilitatis, q tunc talis cōsuetudo roboretur spatio.30. annorū: idemq; procedat si casus consue-
2 tudinis possit pacto partiū expresso pro uideri: si vero consuetudo non solum est cōtra ius, verū ita irrationabilis quod nihil bonæ rationis pro se habeat, tunc nō robotabitur tēpore, etiā si alias esset materia, in qua ex pacto singulares de vniuersitate sibi possent præiudicare, quia nihil habet rationabilitatis, & est cōtra ius.

Et licet glossator satis doctè more suo distinguit, tamen multū restringit, dictæ glos. in.l. domini prædiorū sententiā, præcipuè cū eius opinionem approbet indistinctè Bal. in.c.1. qualiter fœudum olim poterat alie. & in.c. clerici. nu.31. de iud. vbi dicit, quod cōsuetudo irrationabilis & contra ius, roboratur spatio.30. annorū: quam sententiā sequitur Petr. s Dueñas in reg.138. limitatione. 4. & dicitur cōmunis per Dona. à fin in tomo.1.com muni. fol.373. & per Micha. Grassum. d. tom.1. fol 246. nu.361.

Ad hoc antem, quod cōsuetudo dicta contra ius, & irrationabilis, præscribatur de iure Canonico, requiritur spatiū. 40. annorū, tenēt Ioan. And. & Abb. in.c. fin. de consuet. nu.11. ea ratione, quia clerici, inducendo cōsuetudinē contra ius quasi præscribunt contra legē superioris, ideo requiritur tempus quod cōtra ecclesiā in præscriptione exigitur, quæ fuit sentētia Bar. in.l. de quibus. ff. de leg. n.5. in lect.2. & Alex. in cons.68. vol.2. num,6. quāuis Barb. in. d.c. fi. nu.97. asserit sufficere tempus decē annorū, sed ei obstat tex. ipse in d.c. fin. in illis verbis, non sufficit consuetudo longeua quoad præiudicandū iuri positiuo in quibus probat quod non sufficit tempus decem annorū, de qua quęstione videndus est Aymon Crauet. de antiquitat. tempor. 4. part. in princip. num.7 &.8. fol. 105 & etiam ipse Barb. ibidem.

3 Et an ista cousuetudo inducta & præscripta, quæ irrationabilis est, & contra ius, extendatur ad casus similes, tenet quod sic Rochus de Curt. in repetio. cap. fin. de consuetud quæsita est in tract. doct. in volum.9. fol.106. nu.148. si præscripta fuerit per spatium tanti temporis quod non exist at memoria in contrarium, Dueñas reg.136. & quoniam oportet scire, quæ consuetudo dicatur rationabilis, & quæ irrationabilis, ideo nō hoc silentio transeam: & sic dico, quod rationabilis consuetudo dicitur illa, quæ expresse à iure approbatur glos. in.d. cap. fin. in verb. Rationabilis: consuetudo vero irrationabilis dicitur, quæ expressè improbatur à iure, & quę neque approbata, neq; reprobata est expressè à iure, relinquitur arbitrio iudicis: sic concludit Bened. Capr. reg.12. n. 6. per Hostiē. in.d. c. fi. & Ioā. And. in.c.1. de consue. & in.c. de causis. de offic. deleg. refert Vezi. in tomo.3. cōmun. opinio. fol.2 43. nu. 310. cum alijs sequentibus.

Con-

1 *Consuetudo si à legẽ reprobatur nõ tenet cum quatuor ampliationibus & limitationibus tribus.*

2 *Consuetudo quæ est contra publicã vtilitatem non potest introduci.*

3 *Cõsuetudo quæ est cõtra ecclesiasticã libertatẽ non valet cum limitationibus duabus.*

GLo.6.in verb. *Contra los derechos establecidos.* Concludit valere consuetudinẽ contra ius positiuũ, & quadrupliciter limitat.

1 Primũ si à lege sit reprobata consuetudo. Secundũ si sit cõtra publicã vtilitatẽ. Tertiũ si sit contra libertatem ecclesiæ. Quartũ & vltimũ, si fuit introducta sine beneplacito Regis: quas limitationes sigillatim examinabo, & in primis confirmando principalẽ istius glossę conclusionem dicentem consuetudinem valere cõtra ius positiuum dico, quod manet probatum supra in glos.1.proxima, & latius probauit Dueñas, reg.138.

Et quantũ ad primã limitationem, quę dicit cõsuetudo nõ valet cõtra legẽ derogantẽ consuetudini. eã approbat Panor. in.d.c.fi.nu.22. & Ant.de Butr.in Repet. illius.c.nu.53.& Bar.cũ quo alij DD.trãseunt in.l.de quibus.ff.de leg.nu.4.& Rebuf.in tom.1.cõst.in proœm.gl.5.n.144. & Dueñas, reg.144.& Barb.qui bene distinguit in.c fin.de consuet.nu.73.

Ampliatur dicta limitatio nostræ glos. in.l.prohibitiua, etiã expresse non derogante consuetudini, si.d.l.habet insertam clausulã decreti irritãtis, ita per Philippũ Fran.in.c.cũ de beneficio.de præb. in.6.

Secundo ampliatur, & si lex non faciat mentionẽ de consuetudine, sed solũ improbet aliquid, tanqoã irrationabile secũdum Gem.in.c.1.nu.30.de const.in 6.

Tertio ampliatur etiã si esset consuetudo tanti tẽporis, cuius initij memoria in contrariũ non existit, quia nõ valet quãdo lex improbat cõtrariã consuetudinẽ, asserit Feli.in.c.cũ causa.nu.12.de re iud. & idẽ in.c.accedentes.de pręscrip. vbi recenset alios contrariã patrem tenentes.

Quarto ampliatur in lege edita in cõsilio generali, quia censetur habere clausulã derogatoriã ad dispositiones cõtrarias, tenet Bal.in tit.de pace Constan.in.§.imperiales.nu.14. & facit ꝙ notat Ias.in.l. de quibus.nu.55.ff.de leg.Felin.in.c non nulli.de rest.

Limitantur omnia prædicta, si cõsuetudo inducatur ex noua causa, vel ratione, quę non erat tẽpore legis dãnantis cõsuetudinem. Abb.in.d.c.fi.nu.24. & Cardi. Alex.in. d.c.fustra. 8. dist. & Ioann. de Turrecremata, ibi Petrus Rauenate. in tract.de consuet.vol.9.tract.f.105.n.104.

Secundo limitat, vt non procedãt, quando lex tolleret simpliciter cõsuetudinem præteritã, vel introductã, quia consuetudo introducta, post legem ipsam, eidẽ legi derogaret: sic habetur per Gemini.in d.c.1.nu.30.de const.in.6.& quia contrariũ sentire videtur Ias. in.d.l. de quibus. nu.80.distinguendum est cum Abb.d.c. fin.nu 24.& cum Barb.d.c.fin.nu.73.cũ sequentibus.

Tertio limita quando expressus cõsensus principis interuenit in inducenda cõsuetudine, vt tenet Domin.in summa.11. dist.& Ioan.Andr.in additio. ad Specul. in tit.de instrum. editio. nu.14.& latius, hęc habentur per Dueñas.d.reg.144.

2 Ad secundã glossę limitationem veniẽdo quæ dicit consuetudinem quę est contra publicã vtilitatẽ introduci non posse, approbatur per Abb.in.d.c.fi.de consue. & per Petrũ Rauenate.in tract.de cõsue. vol 9.tract.nu.103.fol.105.sicut neq; lex valet contradictã publicã.vtilitatem.l.fi. C.si cõtra ius vel vtili.publ.& in l.5.inf. isto tit.& part.

3 Ad tertiã istius glossę, & principalẽ fallentiã accedendo, quę dicit, consuetudo, quę est contra ecclesiasticã libertatẽ, vel ei onerosa non valet, tex.in.c.1.de cõsue. & ibi Abb.& tex.in.c.nouit.& in.c. grauem.de senten.excõmu & in.c. causam. de re iud.& infr.est.l.2.titul.9.p.1.& l.2. tit.3 lib.1.ord.quę hodie sita est in.l.1 tit. 3.lib.1.Recop.& Dec. in auth. Cassa. C. de Sacrosan.eccles.nu.9.

Quę autem sint illa, quę ecclesiasticam libertatem grauent, & contra eam dicantur esse, ponet tex.in.c.fi.de immunit.ecclesia in.6 & l.9.tit.9 p.1 & l.8 & 10. tit. 3.lib.1.ordin.quæ hodie est l.3.tit 3.lib 1. Recop.& Bar.& DD.in l.1.C.de summa Trin.& fide Cathol. tangit istam materiam Paul. Paris. consil. 27. volum.1. & Carol.Ruy.consil. 41.nu.45.vol.1.& melius per Tiraq. de retract.lib.1. §.30.gl.1

num.6 & Anton. Gomez.tomo.3.varia. c.1.num.52. Hippol.in Rub.C.de probatio nu.212.Ioan.Orosius in. d.l.de quibus.nu.141.ff.de leg. & ampliando istam fallentiam procedit Ioan.Grac.reg.155.

Quę limitatio fallit si consuetudo est parum præiudicialis ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, vt tenet Feder.de Cenis cons.155.& censuit Card. Flotent in c.1.de consuet.& latè per Roch.de Curt. de consuet.vol.9.tract.nu.461.&.462.& 489.vbi multa in confirmationem adducit, & quando dicatur multũ præiudicialis relinquitur arbitrio iudicis: sed cũ supra vidimus, quę grauent ecclesiasticam libeetatem remisiuè, nunc ponã regulas quibus cognoscatur quando consuetudo inducitur, cõtra ecclesiasticam libertatẽ. Primus cognoscendi modus, secundum quẽ dicitur, consuetudinẽ esse contra libertatem ecclesię est, quando ex ea tollũtur, vel diminuũtur priuilegia cõcessa ecclesijs, vel ecclesiasticis personis: ita per Innoc.in.c.nouerint de senten.excõmu. & per Cyn in auth. Cassa.C.de Sacrosan. eccles & ibi Bar & Fel in.c.ecclesiæ sanctæ Marię.de consti.nu.69. Barb. in Repet.Rub.de rebus ecclesię.non alie. n.30. & Dec.d.c.ecclesiæ.n.2.3.4.5. Secundus cognoscendi modus est, quãdo clerici efficiuntur timidiores propter talem cõsuetudinem, & laici efficiuntur audaciores, vt si consuetudo fiat, quod occidens clericum puniatur decẽ ducatis aureis. Tertius modus est quando consuetndo inducitur, per quã cletici impediantur facere ea quæ sunt sibi concessa à iute cõmuni, secundum Anto.& Imol.in.d.c. ecclesia sanctæ Mariæ, quos sequitur ibi Feli.d. n.69.dicens, prohibens cleticis, ea quæ à iure diuino, vel canonico nõ sunt prohibita dicitut contra libertatẽ ecclesiasticã facere: quam sententiam ipse extendit etiam si consuetudo sit contra libeetatem vnius ecclesiæ.

Sublimitatut prædicta fallẽtia, nisi cõsuetudo sit tãti tempotis cuius memoria non extet in contrariũ, quæ licet sit multũ pręiudicialis ecclesijs & personis ecclesiasticis, valet tamen Bal.in.c.1.qui fœud. dar.possunt. & in.c.1.de consuet Rota.in antiquis decis.810.in tit.de cõsuet. Barb. c.fin.de consuet.contrariam vero sententiã asserit gl.(quod consuetudo pręscripta, contra libertatẽ ecclesiæ, quantocũque curso temporis nõ valet) in.c. clerici. de iud.cũ qua DD. transeunt, & reditur dubitabilis dicta sublimitatio. Rochus tãdem de Curt.tract.de consuet.vol.9. fol. 134.nu.509.consiliando has glossas dicit, quod dicta sublimitatio procedet, quãdo subesset aliqua causa talis consuetudinis, tunc virtute tãti tẽporis, cuius memoria nõ extitit in contrariũ, facèt illã causam præsumere iustã, & sic non repugnantem religioni, nec fini æterno. Alias multas limitationes, & illationes videre poteris per eundem Rochum, vbi supra, à n.489. vsque ad nu.515.

Ad quartam limitationẽ, quod consuetndo non potest induci sine scientia principis.infr.in glo.7.videbimus, & melius dixi supr.tit.1.in.l.12.in gl.1.nu.10. & eo tit.sup.in.l.16.in.gl.4.nu.2.

1 *Consuetudo inducitur contra ius spatio.10.annorum contra glos. nostrã de iure cõmuni, nisi sit ius publicũ vtilitate & autoritate.*

2 *Consuetudo rationabilis inducitur contra legẽ sine expressa Regis licẽtia sufficit præsumpta eius & suorum ministrorum.*

GLos.7.in verbo.*Consintiendolo el señor, y plaziendole.* Ponit vnam regulã, & duas fallentias, videlicet, quod consuetudo induci nõ potest sine sciẽtia principis: quã conclusionem limitat ad duos casus tantum quando consuetudo est contra legẽ, & quando inducitur per nõ babentes potestatẽ statuendi, quæ omnia melius expenduntur per Dueñas, reg.141.vbi dicit consuetudo potest induci, & valet etiam si non inducatur sciẽte principe, vel illo qui potest ius condere. sic per Abb.in.c. fin.de cõsuet.n.13.quẽ ibi sequitur Barb. nu.71.vbi dicit cõmunem licet contrariũ tenet glos.in.d.c.fin.cum qua concordat l.5.infr.isto tit.

1 Circa quam dubitationem distinguo, aut glos. nostra loquitur de iure cõmuni, & in contrarium est veritas, quia consuetudo inducitur eo iure contra ius, & præter ius spatio decem annorum Baet. in.l. de quibus.ff.de leg.nu.14.& ibi Ias.nu.41. refert Dueñas, reg.138. sine scientia principis tamẽ cũ scientia populi habẽtis potesta-

testatē statuendi secundū Ioā. And. Ant. de Butr. & Cardi. in cap. fin. de consuet. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa. consuet: & Dueñas reg. 141. limitat dictam conclusionem, quando consuetudo est cōtra ius publicum vtilitate & autoritate, secundum Ioan. Andr. in cap. fi. de consuet. in 6. & ibi Domi. de Sancto Gemini. & sic procedet, & erit intelligenda prima limitatio glossatoris, quia tunc non potest induci sine scientia principis, ponit d. Dueñas. d. regu. 141. & 138. alias limitationes.

2 Aut loquitur glossator de iure regni, * & tunc procedet, vt dixi supra in l. 12. titul. 1. ista pa. in glo. 1. num. 30. vbi concludimus non esse necessariam expressam & specialem scientiam Regis: quia eo quod consuetudo est rationabilis, præsumitur licentia & scientia principis. Et quod sic sufficet prætorum vel cotrectorum scientia, nec requiritur quod præstetur in specie in quolibet actu, secundum Auend. & Burgos de Paz locis citatis, facit doctrina Barba. in d. cap. fi. de consuet. num. 70. dicens licere ex tacito cōsensu principis. & bene per Alfon. Azebedū. in l. 3. tit. 1. lib. 1. recop. nu. 22. & 23.

In l. 5. tit. 2. pa. 1. in glo. 2. & 3.

1 *Consuetudo populi an liget clericos: & ligat quia mixta, licet duo dicantur populi laicorum & clericorum. num. 2.*

Glos. 2. in verbo. *Ni clerigo.* Probat quod 1 clerici dicuntur de populo, in materia fauorabili, secus in odiosa, & quod consuetudo populi, liget clericos tanquā cōsuetudo patriæ, sed non tanquam consuetudo laicorum.

Ista finalis conclusio difficultatē continet, ista videtur quod imponit legem verbis & non rebus. Quid enim interest, quod liget consuetudo clericos tanquam consuetudo patriæ, & non tanquā consuetudo laicorum, si illa onerosa & contra ius esset: præcipuè quia ista duo æquiparantur, & à pari procedunt, quod consuetudo inducatur à laicis, vel à populo. Cum populus sit congregatio multarum gentium, siue sint laici siue clerici. & ita Cyn. in l. 2. num. 26 C. quæ sit longa cōsuetu. quærit, an consuetudo laicorum, vel populi liget clericos vel ecclesias. Idemque dicit Rocb. de Curt. in tract. de consuet. vol. 9. tract. fol. 139. nume. 653. & eodem modo non constituēdo in hoc differentiam. Dixit Dueñas in reg. 135. consuetudo laicorum non ligat clericos: & quia illa dicitur patriæ consuetudo, quæ per populum introducta est. Quibus non obstantibus glos. nostra bene loquitur. Voluit enim dicere, quod consuetudo mixta ligat clericos, nam tunc non dicuntur ligati consuetudine laicorū, sed omnium tam laicorum, quam clericorū, vt asserit Anton. de Butr. & Barba. in. c. ecclesia sanctę Mariæ de const. & ibi per Felin. nu. 81 in versi. responde quod ista, & Abb. in cap. cum causam, in notabili. 3. & in cap. cum venissent de eo qui mittitur in posse. cau. rei. & etiam notauit Rochu. de Curt. vbi supra. num. 667.

2 Et ad elucidationem istius materiæ talis constituitur regula, consuetudo vel statutum laicorum non ligat clericos, per text. in cap. Ecclesia. sanctæ Marię, de const. & signauit rationem, Cyn. in l. 2. num. 26. C. quæ sit long. consuetud. quia sunt duo populi, vnus laicorum, & alter clericorum: & quia clerici sunt maiores laicis. l. 3. C. de summa trinit. & habetur per. DD. in dict. cap Ecclesia sanctę Mariæ, & Bapt. de sanct. Sener. in rep. l. cunctos populos. C. de summ. trinit. nu. 85. Montal. in. l. 1. tit. 5. lib. 1. fori. Couarr. in in pract. qq. c. 31 Dueñas. d. reg. 135. & Rochus vbi supra, à num. 653. vsque ad nume. 697. qui posuit decem ampliationes & duodecim limitationes. & Stepha. Aufre in decis. Tolosa. 153. fol. 509. colum. 2. in fin. inter decisiones canonicas, per quos materia tota exhauritur.

1 *Consuetudo inducitur à maiori parte populi, nec requiritur omnium consensus, nec requiritur omnium congregatio in vno.*

2 *Factum vniuersitatis, communitatis & collegij an sit à maiori parte approbandum remissiuè.*

Glos. 3. in vet. *O la mayor partida del.* Probat ad constituendam consuetudinem quod

quod debet concurrere maior pars popu
1 li, quæ minorem vincit, etiam si ipsa minor contraria consuetudine vtatur. & quamuis in omnibus actibus, in quibus requiritur consensus maioris partis, est necesse quod præstetur, omnibus in vno congregatis, nec sufficit si separatim cõsentiãt, hoc non obseruatur in inducenda consuetudine, quia sufficit quod separatim consentiant in inducenda consuetudine, non tamen vt singuli, sed vt vniuersi. Ratio autem ea est, quia consuetudo tangit omnes, vt vniuersos, nõ vt singulos: & sic sufficit consensus maioris partis. l. quod maior. ff. ad munici. l. nonnulli, ff. quo cuiusque vniuer. nomi. & in cap. quia propter, de electio. c. cũ omnes. de const. ibi, Abb. &. DD. non obstante, quod glos. in. l. 2. C. quæ sit longa consuet. in verbo, aut legem post mediũ teneat contrarium, dicens, quod ab omnibus consuetudo debeat approbari, & respondeat ad d. iura. quia veritas est quod sufficit maior pars in inducenda dicta consuetudine, vt probaui in. l. 2. supra isto tit. & pa. in glo. 3. num. 1. & inter cõmunes refert Micha. Grassus, tom 1. commun. opin. fol. 243. num. 302 Et quando factum vniuersitatis, communitatis, vel collegij sit à maiore parte approbandũ, vel ab omnibus, vltra. DD. Abb. Felin.
2 Decium, & alios in. d. cap. cum omnes, de consti. constat ex Petro Dueñas in regu. 296. &. 297. & ex Bernar. Diaz à Luco. reg. & eius additio in reg. 449. & alia habentur per Ioan. Graci. reg. 95. nu. 4.

1 *Immemorialis præscriptio requiritur in vtroque iure circa reseruata principi.*

2 *Principi quæ dicantur reseruata.*

1 GLos. 4. in verbo: *Diez o veynte años.* Quot annis consuetudo præscribatur contra ius & preter ius, tam de iure Canonico quam Ciuili, supra dixi in. l. 3. isto tit. & pa. in glo. 1. nu. 2. & in glos. 7. Ideo accedam ad pertractanda quæ glo. ista dicit in versi. (Etsi consuetudo sit circa reseruata principi requiritur vtroq; iure consuetudo immemorialis) ratio est, quia consuetudo immemorialis habet vim priuilegij, per. d. text. in. c. super quibusdam. §. præterea, de verb. signifi. & ex l. ex hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & æsti. Alex. consil. 6. vol. 1. Iacob. in. l. de quibus. ff. de leg. num. 31. & Abb. consil. 71. vol. 1. & Hippoly. sing. 80. & Rebuf. de decimis. q. 13. num. 86. Feli. in c. accedentes. & in capit. causa, quæ de presc. quæ conclusio limitatur in capace iuris quęsiti per Dueñas, reg. 90. Fal. 1. licet Bal. & alij quos refero infra in ista. l. 5. in glos 12. dicant sufficere centenariam præscriptionem.

2 Sed quæro quæ dicantur principi reseruata recenset, Bal. in. l. rescripta. C. de precibus imperat. offerend. glos. &. DD. in cap. quod translationem, de offic. lega. & text. in ca. 1. quę sint regalia in vsibus fœudorum, Paul. & Iaso. in. l. 3. ff. de officio eius, cui manda. est iurisd. & remissiuê per Dueñas, reg. 138. fallentia secunda, vbi confirmatur prædicta conclusio glossæ, scilicet quod in præscribendo ea quæ principi sunt reseruata requiritur immemorialis.

1 *Consuetudo probatur per actos extraiudiciales, sicut per iudiciales, etiam per. l. istam, à cuius intellectu discedo, numero. 3.*

2 *Conditio est ad implenda in forma specifica, & ad exemplar & exemplatum sunt eodem iure censendi.*

3 *Intellectus germanus assignatur huic. l. 5. contra Glossatorem, Molinã & Auendañum.*

4 *Consuetudo non dicitur quæ non est munita iuris requisitis, sed dicetur potius mos seu vsus, vel consuetudo facti.*

GLos. 7. in ver. *Fueren dados.* In quantũ glos. vult, quod consuetudo probetur
1 tam ex actibus iudicialibus, quam extra iudicialibus, communiter limitatur de iure communi, vt probaui in. l. 2. supra isto tit. num. 1. in glos. 2. sed in quantum vult glossa nostra, quod ista verba legis. *Si en este tiempo mismo fueren dados concejeramẽte dos juyzios, &c.* restringantur ad eum casum

sum, scilicet quando qui probat consuetudinem se voluit astriogere ad illũ modum probandi, & non quod ex illis verbis, inrelligatur exclusam esse facultatem probandi consuetudinem ex actibus extraiudicialibus: iste intellectus approbatur per Ludoui. â Molina lib. 1. de primoge fol. 254. num. 17. & est consonus communi sententię Doctorum, vt dixi supra. d.l.2. in glo. 2. forte fundati in sententia Bart. in.l. de quibus. ff. de legibus, dicentis, quod actus iudicialis requiritur in probanda consuetudine, vt facilius probari possit tacitus consensus populi.

Et quamuis dicta sententia regulariter de iure sit vera, tamen litera istius le-
2 gis in dictis verbis magnam vim patitur, si modo supra dicto intelligamus: quia
* illa verba: *Si en este tiempo mismo fuerẽ dados conce;eramente dos juy ʒios*. Sunt conditionalia, & sic in forma specifica implenda l. qui duobus. ff. de conditio. & demonst. Et quia exemplar à quo lex ista exemplata fuit, voluit, quod per dicta acta iudicialia, consuerudo approbetur, vt videmus in glo. in.l. de quibus. ff. de legib. in verbo, inueterata, in versic. responde. Cuius verba sunt, responde si bis fuerit iudicatum in illo tempore, vel libellum, vel querimoniam propositam, cootra talem consuerudinem, expreuerit iudex. Et est similis glo. in.l. diutina. ff. de legi. dicens, inducirur consuetudo, per duas sententias latas, intra decem aonos, & conditores huius legis multum animos suos impulerunt ad sequendum has glossas, vt vidimus similiter hanc legem dicentẽ. *E tal pueblo como este, o la mayor parte del, si vsarẽ diez o veinte annos a fazer alguna cosa, &c.* Quæ verba sunt transumptiua, â glo. in.l. cùm de interpretatione. ff. de legib. ex quibus insertur legem istam intelligendam, secundum prædictas glossas, cũ exemplar & exemplatum eodẽ iuri censeri debear, vt in auth. de Tabelli. §. fin. l. vnum. ff. de leg. 1. l. Sempronius Attalus. ff. de leg. 2. & ibi Bart. Specul. in titul. de instru. edirio. §. 3. in princip.

Neque obstabit dicere improbaras esse glossas in. d. l. de quibus, & in. d. l. diutina per Bart. ibi num 13. & Iaso. num. 51. & Paul. num. 11. & etiam reprobatam esse glossam in. l. cum de interpretatione (nisi eam cum Fulgos. ibi saluabimus dicentę glossę opinionem procedere non posse, nisi dicamns quod ad cõstitnendam consuetudinem, quamnis sufficit decẽnium: mulrò magis constituatur per vicenniũ) Quod ego nõ diffiteor quippe qui haud
3 * ignoro communirer prædictas glossas esse reprobatas. Sed tamen neque libenter fatear prædictum intellectum glossatoris nostri, & Molinæ, ad istam legem posse adaprari: & ideò ausim dicere verum, & germanum istius legis intellectũ esse, vt loquatur de consuetudine introducta, circa facta iudicialia: nam in istis requiritur quod sit consuetudo introducta in cootradictorio iudicio: In cæteris verò cõsuetudinibus, vt pro lege habeantur non requirantur sententię, aur alia iudicialia decreta: vr notabiliter tenet Viuius, tom. 1. commu. opi. fol. 249. n. 401. vt notaui supra isto titu. in. l. 2. in glos. 2. num. 1. & tenet etiam Angel. de Aretin. in. §. ex non scribo, num. 11. insti. de iure natura. vbi dicit ista est veritas, & ita cõmunirer practicatur, quam cõclusionem prius notauerunt Bart. cum glos. in. l. in stipularionibus. ff. de reg. iuris, & Cyn & Bal. in. l. 2 quæ sit longa consuetu. & idẽ Bal. cons. 110. lib. 1. consilio. Quicquid dixerit â prædicta glossatoris opinione, & interpretatione discedens Auend. in suo dictionario, in verbo *Costumbre*. fol. 180. pag. 2. vbi dicit, quòd ad hoc, vr talis cõsuetudo sit necessario sequẽda, & obtemperanda, sicut lex, debet esse corroborata bino iudicio, & quod si bina sententia non approbauerit, nihilominus est coosuetudo, sed non omnino necessaria sicut lex. Nam secũdum communem opinionem Doctorum, vt ipse inquit in. d. l de quibus, & Rocbum de Curt. in. d. tract. de consuet. non requiritur binum iudicium, vt valeat consuetudo, & habeat, ens, simplicis consuetudinis, sed vt habeat vim legis. Er ira dicir inrelligẽdam esse istam legem, ne ius commune corrigat. Sed quamuis dictum est subtile & acutum, fundamenra sunr falsa, & talis inrellectus destruit communem sententiam, quæ babet, ad consuetudinem inducendam, non esse necessario actus iudiciales, vt tenent Bart. & Iaso in dict. l. de quibus. Et idem Bart. in reper. l 2. C. quę sir longa consuetudo. & eos referr ad bãc conclusionem Roch. in. d. tract. de consuet. volum. 9. numero. 361 &. 362. &. 363. & supra

& suprà dixi in initio istius glossæ. Et etiam ad eandem consuetudinem inducendam, tot actus requiruntur, quot ex eis verisimiliter colligatur tacitus consensus populi, quam dicit communem Abb.in dict. cap.fin.num. 17.& Bart. & Iaso.in dict.l. de quibus.& secundū alios quos recitat d.Rochus, vbi suprà,n. 367. & quia lex requirit actuum frequentiam ad inducendum dictum consensum populi, ideò dicitur sufficere actum binum, quia quod bis fit, dicitur sequenter fieri. glos.in Rubr.C. quæ sit longa consuet. & Bart.d.l.de quibus.& Rochus.nu.371. Et sic causatur dicta consuetudo, tam ex actibus iudicialibus quàm extraiudicialibus referendo singula singulis. Et sententia contra eam consuetudinem lata, est nulla, si esset notoria, tam in populo, quàm in iudicio, secundum Abb.in. c.1. de senten .& re iud.num.17.

4 Et de ista consuetudine perfecta, & legitimè introducta loquitur lex nostra, & etiam cōmunis opinio. Nam illa quæ non est requisitis iuris munita, non dicitur consuetudo, sed potius dicetur mos, seu vsus, vel consuetudo facti : de qua nullatenus loquitur lex nostra , neque communis in illa conclusione quæ dicit: (ita per acta iudicialia sicut per extraiudicialia consuetudinem induci) vt à Bartho.colligitur in dict.l.de quibus , in repet num.6. dicente, consuetudine sumitur tribus modis. Primo pro assuefactione hominis. Secundo pro facto plurium personarum, & istud appellatur vsus, seu mos. Tertio cōsuetudo accipitur pro iure quod resultat ex vsu & moribus plurium personarum: de quo vt dixi loquitur lex nostra, & etiam communis opinio. Ex quibus infero, mihi minus bene loquutum esse d. Doctissimum Auendañum, & ex alijs quæ dicit Roch. vbi supra num.19.

1 *Consuetudo probatur per famam.*

GLos.8. in ver. *Dos genios*. Dicit quod
1 probata publica fama satis sit probata scientia populi: & quod consuetudo probetur per famam, probat Cyn.in l.2. num.20.C. quæ sit longa consuet. quem sequitur & refert Alex.consil.14.num 1. vol.5.& Hippoly.in l. de minore.§. plurimum.num.75.ff.de quæstio.& est vigesimaprima fallentia, ad regulam quæ habet, famam non facere plenam fidem, quam posuit Petrus Dueñas in reg.299.

1 *Non valet consuetudo contra maioriam Regni vel Regis.*

2 *Recognoscens alium in superiorem contra eum non potest præscribere supremam iurisdictionem si antè prætendit omnimodam libertatem verè præscribere, poterit & qualiter hodie contra Regem iurisdictio præscribatur.*

GLo.12. in ver. *Contra señorio*. Et inquit non valet consuetudo contra maio-
1 riam Regis & Regni, seu contra supremā iurisdictionem, pro qua conclusione allegat.l.fin.tit.13.lib. 3 ordin. quæ est hodie.l 1 tit.15.lib.4.recop & est.l.18.tit.4. pa.3.& tenuit Roch.de iure patro.in ver. ipse vel ijs.num.75.

Limitatur secundum Bal.in.l.1.C. ne dominicæ rei vel templo.num.4.ad præscriptionem.30.vel.40.annorum, quia in præscriptione centum annorum secus erit, vbi dicit, licet contra Imperium & Romanam Ecclesiam , non præscribitur super quibus reseruata sunt, in signū specialis, prælationis, & præeminentiæ, vt norat Ioan.Andre.in.c.1. de cleri.ægro. in.6. Tamen forsan tanto spatio centum annorum præscribitur, vnde præscripsit populus Romanus libertatem. & Franc. Balb.de presc.2.pa.5. part. princip.nu.3. vol.8.in tract.fol.53.dicit in quibus casibus nulla currit præscriptio, cōtra habentes fiscum & Regalia, & nō recognoscentem superiorem intelligo excepta præscriptione centenaria. Sed melius ista expendit Didac.Couarr. in reg. possessor. 2.pa.§.2 n.8.fol.25.in antiqua impressione, dicens: aut subditus exemptione, & omnimodam libertatem prætendit, ita
2 quod nulli subditus sit, & isto casu bene præscribitur suprema iurisdictio, & procedit dictum Bal. aut quis professus est & non inficiatur alteri principi esse subiectum, & iste non potest præscribere iurisdictionem supremam, contra talem principem

cipem, vt ab eo ad supremum principem non appelletur, nec potest illam, quam vere cognoscit iurisdictionem effugere, esset enim hoc absurdum, vt testatur Ol dra. consil. 172. col. 1. & idem consil. 244. col. 2. & consil. 154. neque hodie iurisdictio ordinaria, tam ciuilis quã criminalis praescribitur contra Regem, nisi praescriptione immemoriali per l. 1. tit. 15. lib. 4. recop.

1 Contra ius naturale, cuius transgressio inducit peccatum mortale non valet consuetudo.

GLo. 13. in ver. *Derecho natural*. in quantum probat glos. cum tex quod consuetudo contra ius naturale non valet, intelligenda est de iure naturali, cuius transgressio inducit peccatum mortale, secundum Ioan. Andr. & Abb. per tex. in cap. fi. de consuetud. & facit. §. 1. inst. de iure natur. & Roch. de Curt. in dict. tract. de consuet. volum. 9. tract. num. 78. & 98. Et ideo dicunt DD. de iure naturali, cuius transgressio inducit peccatum mortale: quia non omnis transgressio legis diuinae & naturalis est peccatum mortale, vt bene notauit doctissimus ille Nauarr. in summa. cap. 23. num. 49 dicens non omnes ll. naturales & diuinae, etiam praeceptiuę, obligant ad peccatum mortale. Qualis est praeceptum de non mentiendo, etiam iocosè, & de non furando etiam rem minimam. Et quod de peccato mortali debemus intelligere supradictam regulam glossae suadet ipse text. in cap. fin. de consuetud. in illis verbis (infelicem animam detinet alligatam) quia non dicitur anima infoelix, nisi illa quae separatur à Deo per peccatum, & solum pro mortali peccato separatur à Deo, c. cum renuntiatur. 32. q. 1. notauit Abbas d. c. fi. in notab. 1. & Ant. de Butr. ibi n. 3. dicit nota animam peccato infoelicitari, quia separatur à gratia Spiritus sancti, & à Deo, qui non quiescit in anima peccatoris. c. Spiritus sanctus, & in. c. fi. Paulus. & in cap. benedictio. & in cap. gratia. 1. q. 1. & Ioan. de Imol. in dicto capit. final. num. 2.

Titulus quartus p. 1. in Prologo.

1 Sacramenta quaedam dicuntur salutaria, quaedam veneratoria, quaedam ministratoria, quaedam praeparatoria largo modo.

2 Sacramenti diffinitio & de materia substantia & forma.

3 Sacramenta conferunt gratiam, nõ solũ dispositiuè, sed etiã effectiuè obice non opposito ex parte suscipientis, non commensuratam dispositioni suscipientis, sed maiorem ratione sacramenti, sicut in iubileo contingit.

4 Qualiter suscipiatur hoc verbum signum rei sacrae, vbi dicitur quod signum est, quod praeter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in agnitionem venire.

5 Dicit glos. quod tribus de causis sacramenta instituta fuerunt, duae causae potiores assignantur & qualiter homo perficiatur in vita spirituali.


Los. 1. in ver. *De los Sacramentos*. Intẽdit diffinitionẽ sacramenti ponere, & insuper dicit, quod quãuis Deus potuit humano generi, sine sacramentis vitam gratiae donare, tamen quod tribus de causis instituta fuerunt Sacramenta.

1 Et antequam materiam intrem, aliqua necessaria praemittam, ad euidentiam totius materiae, & dico quod Sacramentorum, quędam sunt salutaria, quaedam veneratoria, quędam ministratoria, quaedã praeparatoria. Salutaria sunt illa quę ad salutem sunt necessaria, vt Baptismus, Eucharistia, Confirmatio, Poenitentia, Extrema vnctio. Veneratoria sunt festiuitates, quae per certa anni tempora, in alicuius sacrę rei memoriam venerabiliter celebrantur. Ministratoria sunt offitia omnia Ecclesiastica, & dicuntur ministratoria, quia per ea exhibetur latria Deo, & quia per ea, reliqua Sacramenta Ecclesiastica conficiuntur, ministrantur, & celebrantur. Praeparatoria sunt, quae omnibus Sacramentis praefatis celebrandis, prae-

præparantur & fiunt, vt ecclesię & alta-
ria, varia ornamenta Ecclesiastica & ge-
neraliter omnia Ecclesiastica vtensilia,
& eorum consecratio : quæ habetur per
Arched.c.r.dist.1.num.3.cui addo sacra-
mentum matrimonij & sacri ordinis. sed
de septem quæ gratiam conferunt loqui-
tur tantum totus iste titulus.

Et quoad primam istius glossæ partē,
2 vbi de Sacramentorum diffinitione agi-
tur, addo concil. Trident.in sessione. 13.
c.3. fol. 56. dicentem, Sacramentum est
symbolum rei sacrę, inuisibilis gratiæ, vi
sibilis forma, quæ fuit sanct. Thom.in.4.
senten.pa.3.q.60.art.2 vbi ponit multi-
plicem diffinitionem Sacramenti, & se-
cundum August. & Petrum Duran.con
sistunt in duobus, scilicet in verbis, & re,
ita quod tria sunt de eius substantia, vi-
delicet materia debita, puta vt aqua in
Baptismo, forma debita verborum, & in-
tentio ministri copulantis formam ma-
teriæ. Et omnia ista septem Sacramenta,
conferunt gratiam, vt omissis sacris Do
ctoribus, habetur in concil. Tridentin. in
session.7.cano.7.&.8 quæ verba sunt, si
quis dixerit, non dari gratiam, per huius-
modi Sacramenta, semper & omnibus,
quantum est ex parte Dei, etiam si rite
ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus
anathema sit. Apparet igitur, quod præ
dicta Sacramenta, non solum conferant
3 gratiam dispositiuè, sed etiam effectiuè,
obice non opposito ex parte suscipien-
tis. Et hoc est quod Syl.dicit in verbo: Sa
cramentum, quod Sacramenta conferũt
gratiam dispositiuè, non ex eo excludit,
quod conferant effectiuê, hoc est quod
ex parte Christi, & ex opere operato cō
ferunt gratiam. Tamen ex parte recipiē-
tis necesse est, quod sit dispositio, licet
non adeo intensa quod mereatur gratiā,
sed sufficit quod suscipiens non ponat
obicem: vt asserit Magister senten.in.4.
distin. & Gabriel in canone, lectio.87.li-
tera N qui dicit suscipiens Sacramentū,
non solum consequitur gratiam tantam,
quantam meretur bonos motus interior,
quo suscipiens conuertitur in Deum, siue
de condigno, siue de congruo. Sed vltra
hoc consequitur gratiam, vel gratiæ au-
gmentum, ex Sacramenti efficacia, quā
operatur in non ponente obicem, non ra
tione actualis deuotionis, vel dispositio-
nis, quod est proprium Sacramentis no-
uę legis. Alioquin frustra susciperetur Sa
cramentum, vbi de suscipiendo non obli
garet pręceptum. Eodemque modo fit in
consequendis gratijs & remissionibus
culparum, concessis per iubileum, & bul-
las Pontificum, vt mediante dicta con-
cessione, ampliam remissionem conse-
quantur, quam contritio & dolor culpa-
rum mereretur, vt bellissimê adnotauit
Martin.ab Azpilqueta Nauarr.in relect.
§.in Leuitico notab.15.num.7.&.8. fo-
lio. 105.

4 Reuertendo ad diffinitionem Sacra-
menti, dico quod in quantum diffinitur
signum, vel symbolum rei sacrę, quod
non debemus intelligere de qualibet re
sacra, quia sic crux & alia quęlibet res sa
cra esset Sacramētum, vt supra diximus
ex distinctione Archidiaconi. Sed quia
in dicta diffinitione, & isto titulo, agi-
tur de re hominem sanctificante, ideo si-
gnum vel symbolum, accipiendum est,
prout diffinit August.in lib.2.de doctri:
Christi, dicens signum est, quod præter
spem, quam ingerit sensibus, facit ali-
quid aliud in agnitionem venire. Qui-
bus difficultatibus motus, frater Francis.
â Viator.in summa in tit.de sacra.in cō-
muni.sol 1. pa.2.dicit Sacramentum est
signum sensibile, rei sacrę nos sanctificā-
tis. Augustin. tamen in libr.de corpore
Christi aliter diffinit, dicens. Sacramen-
tum est, per quod sub tegumentis rerum
visibilium, diuina virtus secretius salutē
operatur & Hug. de sancto Victorio, lib.
de sacra.c.r pag.1.dicit Sacramentum est
materiale elementum, foris sensibiliter
propositum, ex similitudine repræsentās
aliquam inuisibilem spiritualem gratiā.
Et latissimè examinantur quatuor diffi-
nitiones, per Ioan.de Turrecrem.in cap.
sacrificium, de consecrat. distin. 2. habēt
prędicta Sacramenta vnum peculiare,
quod actionem proprię personæ exigūt,
(pręter matrimonium) cum suscipiũtur:
quod per procuratorem contrahi potest,
de quo bene per d. Marti.ab Azpil. Na-
uar.in cap.fratres, de pœnit. numer. 95.
fol.135.

5 Ad secundam cōclusionem glossę des-
cendendo, quæ dicit Sacramenta tribus
de causis instituta esse, quę fuit glos.in.c.
institutio de consecra.dist.2. scilicet pro
pter humilitatem, propter eruditionem,
& exercitationē. Quę causæ haud meum
animum

animum & mentem impleni & ideò accedam ad S.Thom.3.p.q.65. art.1.dicentem: Sacramenta Ecclesiastica ordinantur ad duo, vel propter duo, videlicet ad perficiendum hominem in vita spirituali, seu in culto Christianæ religionis, & in remedium contra peccatum. Et quantum ad vtrunque conuenienter sunt septem. Vita enim hominis spiritualis, similitudinem habet ad vitam corporalem, propter quod eodem nomine vocatur vtraque vita: & sicut vita corporalis, prima perfectione perficitur, per generationem, quando ipsam vitam acquirit: sic vita spiritualis primitus perficitur per regenerationem Baptismi, cum homo esset mortuus propter originale peccatum, recipit vitam per lauacrum regenerationis, vt habetur per Paul 3 Episto. ad Titum. Secunda perfectio vitæ corporalis est augmentum, cui succedit secundum Sacramentum confirmationis, quod principaliter in Pentecoste est institutum, quando Dominus dixit: Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

Tertia perfectio vitæ corporalis est nutritio in loco cuius succedit Eucharistia, & sicut Pharmacum expellit humores morbosos: & ita vita corporalis melius conseruatur, sic pœnitentia expellit infirmitates peccati, & seruat vitam spiritualem, ne pereat, Psal.11. Sana animã meã, quia peccaui tibi. & insuper ad repellendas reliquias peccati est extrema voctio.

De duobus reliquis Sacramentis dico, quod quoad communitatem, homo dupliciter perficitur, vno modo suscipiendo potestatem regendi, & loco ipsius succedit ordo. Alio modo secundum naturalem propaginem, quod fit per matrimonium. Et quod propter hæc sint septem Sacramenta instituta, potius cuilibet placebit, quam propter ea quę glos. nostra refert, de quo per F.Fran. à Victo. in sum. de sacra. in ver. communio. fol.5. nu.7.

In l.1. tit.4. par.1. in tex.

1 *Quod sunt septem Sacramenta & non possunt esse plura vel pauciora.*

IStius legis conclusio dicens. *Siete Sacramentos auemos dicho, que son en santa Iglesia e no pueden ser mas ni menos.* Approbatur in concil. Triden. in ses.7. cano 1. de Sacramentis in genere, cuius verba sunt, qui dixerit aut esse plura vel pauciora quam septem anathema sit.

1 *Perceptio corporis Domini minuit fomitem peccati aluntur & confirmantur virtutes.*

GLo.9. in ver. *El cuerpo de nuestro señor Iesu Christo.* Inquit perceptio corporis 1 Domini, minuit fomitem, ratione feruoris charitatis, & recenset alia commoda quæ nobis dicta perceptio confert. Cui addo Ioan. cap.6. dicentẽ nomine Christi, qui manducat me, ipse viuet propter me. & Concil. Tri. sessio.13. cap.2. fo.55. Cum Dominus Iesus Christus, nobis prę cipere suæ sacratissimæ passionis memoriam colere, donec ad iudicandũ mundum veniret, sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur virtutes. de quo latius dicam infra in l. 47. isto tit.

In l.2. tit.4. par.1. in glo.2.

1 *Aqua naturalis est materia Baptismi, & fieri non potest cum niue, vel glacie, quia est alterius speciei.*

2 *Forma Baptismi est: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. à quibus verbis non licet recedere etiam per æquipollentia.*

3 *Triplex est variatio verborum & quæ baptismum euacuat, & quæ non.*

4 *Apostoli baptizabant in nomine Christi, & quare.*

GLos.2. in verb. *De agua.* Exponendo illa verba Ioannis in cap.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire regnum Dei, inferẽdo dicit, non igitur sufficeret aqua rosacea, & ista est communis & vera.

Quæ conclusio extenditur, vt neque cum niue, aut glacie, poterit quis baptizari: etsi essentialiter aqua sit naturalis, & limpidissima, sed ex eo ita decisum est, quia est alterius speciei. Et ratio quare esse debet, aqua naturalis materia, istius Sacramenti Baptismi, & non alia est, propter proportionem ad effectũ spiritualem quam habet, quia mundat, & est communior materia, sic habetur in Concilio Florentino sub Eugen.4. & in Concil.Trid, session 7.can.2.dicente, si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi, anathema sit. Et per Frat. Fran. à Victo. in summa, in tit. de Baptismo nu.12.fol.10.

2 Sed cum de materia istius Sacramenti diximus aliqua, venio ad aliam indagationem de eius forma: & satis vulgare est hanc esse formam: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in.c.1.de Bap & eius effectu. c. dettahe. 1.q.1.& Sanct.Thom.in.4.pa.3.q.66.artic.6.dicit secundum Grecos forma est, baptizetur seruus Dei, In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti: à qua forma non licet recedere, etiam per verba æquipollentia. Syl.in verb. Baptismus, el. 1. num.3. & omnes summistę.

3 Quę conclusio intelligenda est cum sua distinctione. Nam duplex est variatio, quędam quæ mutat sententiam, & sensum formę, & talis euacuat Sacramentum: altera quę non mutat sensum, neq; sententiam formæ, & talis non tollit Sacramentum, vt in.c.retulerunt, de consecra.dist.4. vbi Zacharias Papa determinauit, quod ille qui dixit: Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua sancta, vere baptizat.

Quæ decisio limitatur si ex industria, & data opera ita corruptè pronunciauit: quia talis non baptizat, ex eo quod videtur, non intendere facere, quod Ecclesia, secundum S. Thom. in.4. loco supra citato. Et quia corruptio non mutat sensum, quando est in vltimis syllabis, ideò si intendit facere quod Ecclesia, baptizat. Syl.in.d.ver.Baptismus, el.1.nu.5. & an ebtius, qui corruptè verba protulit baptizet, disputat Ioan.de Turrecrem.in d.c.retulerunt num.2.

4 Neque prædictis obstabit dicere, quod Apostoli baptizauere, in nomine Christi, vt in. c. 2. &. 8. in Actibus Apost; quia illud factum fuit, ex instinctu Spiritus sancti, propter odium quod habebant Iudęi, ad nomen Christi: vt incitarentur ad amorem eius, vt respõdet Thomas loco citato: & quid si baptizetur in nomine Sanctissimæ Trinitatis, & indiuiduę vnitatis, dicit S. Thom. in. d.4.p. 3.q.66.art.6. quod non est Baptismum; quem sequitur Adrian: ibi, & alij. Caieta.tamen contrarium asserit, quem Victo.in summa.in tit.de baptis. approbat, num.16.& vt ad alia transeamus, quæro, an sicut per Baptismum originale peccatum deletur, ita deleatur fomes peccati; id est, concupiscentia: at de Sacramento Eucharistiæ dixit glos.9.in.l.1.supra isto tit. quod minuit. Sed de isto Sacramento Baptismi dixit Tho.in. 2.distin.32.in literati expositione, quod quantumcunque de gratia baptismali, baptizato infundatur, nunquàm potest tamen hoc efficere, vt ex toto tollat fomitem: quia gratia illa non est ordinata, nisi ad curãdum infectionem personę, ex infectione naturę procedentem, vt concludit Ioan. de Turrecrem. in cap. per Baptismum, de consecra.distin.4.à num.15.cum seq.

1 *Gutta aquæ tangens baptizatum verè remanet baptizata.*

2 *Puer etiam nondũ natus baptizari potest, dum tamen aliqua pars corporis appareat extra corpus matris.*

GLos. 3. in ver. *Destas palabras*: Refert opiniones varias super dubio, videlicet quæ pars corporis debeat aqua perfundi, ad hoc quod baptizandus dicatur baptizatus, & an sit necessaria immersio, vel sufficiat quod scintilla aquæ proiectę â baptizante, tangat corpus baptizãdi Et dicit tutius est, quod super capite vel maiore parte corporis aqua fundatur, de quo non dubito, sed in casibus dubijs ad nullam partem se inclinat. Ideò ca-
1 sum dubium assumendo aquæ gutta tangit corpus baptizandi, an sit baptizatus, & tenet quod sic Inno.in.d.c. debitum. de baptis & notauit ibi Abb. numer.fin. vbi dicit, sed hoc vltimum valet pro istis infantibus, qui sunt multum debiles, vt non immergantur in aqua, neque lauetur totum corpus, ne incurrant periculum

4ũ mortis, ex quibus verbis videtur velle restringere opinionem Innoc. ad illum casum.

2 Sententia tamen Innoc. & Abb. in.d. c.debitum.de bapt.& eius effect. confirmatur per dictum frat. Francis. à Vict. in summa sua, in tit de baptis. nu: 32. fol.25. vbi inquit: puer etiam nondum natus baptizari potest, si per manum obstetricis aqua immitti potest: quæ sententia si vera est, constat ex ea pancissima aqua tangente corpus, baptizatum manere puerum, cum manus obstetricis, mittentis intus aquam vix plus guta vna immittere poterit.

3 Quæ sententia d. frat. Franc. à Victor. non ex eo tantum dubia mihi videtur, q̃ vna scintila aquæ vel guta, supponat posse fieri baptismũ, propter dicta per Inno. & Abb. quorũ patrum autoritas magna est: sed ex quo supponit alias duas conclusiones, scilicet, quod capite, vel alio mẽbro pueri non aparente, posit baptizari: quæ videntur contra text. in.c. qui in maternis. de consecr. dist. 4. qui dicit, in vtero matris puerum baptizari nõ potest, sed expectandus eius ortus, vt baptizetur: & sic eum tex. cõmunis sententia doctorũ intelligit, secundũ Sylu. in summa in verbo. baptismus. cl.4.n.2. text. & communis loquuntur, quando puer nondum natus est, neque apparet aliqua corporis pars.

Si tamẽ appareat, tunc dubiũ versatur inter Doctores, an quacũq; corporis parte apparẽte poterit puer baptizari, & reperio duas cõtrarias esse opiniones. Vna fuit gloss. in.c. propriê. de consecr. dist. 4. & glos. in.c. vulgaris. de pœnit. dist. 4. dicentium, sufficere quãlibet partem corporis apparẽtem baptizare, quia baptismus fit, respectu animæ, quę tota est in toto & tota in qualibet parte, vt testatur Bar. in.l. quod certarũ. C. de posth. hære. inst. & Ancha. in.c. nouissimê. de consec. dist.5. & Ias. in.l.3. num.27 ff. de acquir. possess. vbi dicit cõmunem Canonistarũ esse, quod si baptizetur manus, vel pes, non erit iterum baptizandus. Alia vero opinio fuit, dicentium, capite apparẽte posse baptizari, ita quod non erit rebaptizandus: si vero manus, vel pes fuerit baptizatus, aut alia huiusmodi pars corporis, tunc puero nato erit rebaptizãdus: cum tali conditione, si nõ est baptizatus ego te baptizo: ista fuit opinio Cardin. in Clem. fin. de summa Trin. nu.18. sanct. Thom. in 4 p. q.68. arti. 11. ad quartum. & idem in. 4. dist. 6. q.1. art.1.

Sed certè doctissimus frat. Franc. non discedit à cõmuni sententia, sed loquitur in alio casu, scilicet, de puero, qui etiam nondũ aliqua parte corporis egressa, aparet tamen in orefitio vuluæ, de quo postea naro dicerem, quod. d. S. Tho. dicit, de illo qui nondum natus fuit in manu, vel pede baptizatus.

1 Character est signum quodam in anima spirituale indelibile.

Glos.5. in verbo. *Señal.* diffinit quid sit
1 character: breuius eũ diffinit Concil. Triden. sess.7. cano.9. de sacram. fol.39. cuius verba sunt, si quis dixerit in baptismo, confirmatione, & ordine, non imprimi charactere in anima, hoc est signum quodam spirituale, & indelibile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.

1 Fluminis Iordanis describitur ortus, & cursus ac situs.

Glos 6. in verbo. *El rio Iordan.* In quo Christus baptizatus fuit, à Ioanne.
1 Luc.3. Fluuius iste est eximię dulcedinis, vt tenet Plin. lib.5.c 5. perfluit per mediã Iudæam, seu Palestinam, à monte Lybano, vsq; ad Idumeã inferiorem, in cuius cõmeatu, tres constituuntur laci. Primus & minimus est lacus Samachonilis, seu Maron. Secundus dicitur mare Galilæe, vel Tyberiadis. Tertius est Asphaltites, vel mare mortum, vbi quondã steterunt ciuitates Sodoma, Gomorra, & Adama, vt habetur. c.19. Genesis in cuius Ripa, in Campestris Moab, filij Israel constituerunt quadraginta & duas stationes peregrinationis suę eam finiendo.

In.l.5. tit. 4.p.1. in gl.2.

1 An baptismus omnibus æqualem effectum conferat.

2 Effectũ baptismi triplicẽ esse, primus est characteris impressio, secũdus gratiæ infusio, tertius innocentiæ restitutio.

GLo.2.in verb.penitentia. Dicit ex diuo Tho effectus baptismi est remissio culpæ originalis,& actualis, & etiam to
1 tius culpæ & pœnæ. Ad veram indaginem istius quæstionis, & intellectum aliam questionem moueo? an baptismus omnibus æqualem effectum conferat. Et dicitur duplicem esse baptismi effectum, vnus ordinatus, qui est gratia, virtutes, & remissio peccatorum atque pęnarum, alter dicitur aliquo modo anexus, vt donum propheciæ, & gratiæ gratis datæ, & de hoc secundo effectu, manifestũ est, quod non omnibus semper confertur æqualis. De primo autem effectu controuersia est inter Doctores Theologos, Scotus, Gabriel, & Caieta. tenent quod licet ratione sacramẽti, detur determinata gratia: tamen ratione deuotionis ministrorum. quia vnus est prædestinatus ad maiorem gratiam quam alius, est maior effectus baptismi in vno quam in alio. Quæ conclusio est contra sanctum Thoma. in 4.par.3.q.68.art.4 & 8. & contra Maiorem in.4.dist.4.q.3. & contra Bonauentur. in.d.4.dist,4.q.3.prim.par.art.1.vbi
2 dicit. Triplex est effectus baptismi, primus characteris impressio, secundus gratiæ infusio, tertius innocentiæ restitutio. Quantum ad primum & tertium, æqualiter omnes suscipiunt, si non fictè accedunt. Quantum ad secundum non, quia gratia habet duplicem actum, scilicet delere peccatum, & sic magis delet in eo qui magis cõmissit. Secundus actus est, habilitare ad bonum, & in hoc maiorem efficaciam habet, in eo qui se magis disponit. Et sanct. Thom. vbi supra subdit, quod effectus baptismi sit æqualis omnibus, quo ad characteris impressionem & remissionem culparum, atque pęnarum: non autem quo ad fomitis depressionẽ, & infusionem gratiæ in adultis, quia potest esse inęqualis dispositio voluntatis. In patuulis autem est æqualis quantũ ad omnes effectus per se, quia ipsi sunt ęqualiter dispositi, & passio Christi ęqualiter perficit, æqualiter dispositos: & ista approbatur per Syl. in verb. baptismus el.6. num.4. & Angel. eodem verb. el.7. nu.6. & fra. Franc. à Vict. in summ. tit. de baptis. nu.22.

1 *Vnus patrinus, & vna matrina baptizatũ de baptismo suscipiant.*

GLo.15. per text. in.c. in catechismo de consecr. dist.4. probat, vnũ patrinum debere interesse in baptismo, licet tex in
1 sua principali cõclusione ad aliud venit, confirmatur hodie prædicta conclusio in conc. Trident. in sess.24.c.2. de reformatio. matri. Statuit vt vnus tantũ siue vir. siue mulier iuxta sacrorum Canonũ instituta, vel ad summũ vnus & vna baptizatõ de baptismo suscipiat, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem: nec non, inter baptizatũ & baptizãtem, baptizatiq; patrem ac matrẽ, tantum spiritualis cognatio cõtrahatur. De qua cognatione spirituali est motus proprius Pij. V. declarans concilium Tridentinum. fol 43. vbi dicit cognationem spiritualem, non extendi ad alias personas, quam in præsente sunt expressæ.

In.l.9.tit.4.par.1.in glos.3.

1 *Qua pœna rebaptizati puniantur & rebaptizantes cum differentia inter rebaptizatos ignoranter, vel scienter, vel causa seminandi hæresim, vel pro immunditia aliqua tollenda, & num.2.*

2 *Iudices Ecclesiastici de causis criminalibus, spiritualibus cognitionem, & iurisdictionem habẽt priuatiue ad laicam, & quæ sit Donatistarum hæresis.*

3 *Hæretici dogmathistæ & relapsi præcisè vltimo supplicio damnantur.*

GLo.3. in verb. *No lo ordenassen.* Lex ista stabiliuit pœnas contra eum, qui scienter se fecit rebaptizare, videlicet, quod si est laicus, ad ordines nõ promoueatur: si clericus quod deponatur gloss. nostra, allegat similem text. in.c. qui bis. de consecratio. distin.4. & dicitur, quod iure ciuili punitur vltimo supplicio, per. l.1. C. ne Sanct. bapt reitere.

Ex quibus infero, quod. l. nostra loquitur

tur in foro pęnitentiali, de quo etiã tantum loquuti sunt Abb. & Ioan. de Ana. in.c.2.de aposta.&Bernard. Diaz à Lug. in pract.crimi.c.15.pag. 51. Et vt melius materia ista habeatur, distinguam cum Ioan.de Turrecrem. in. d. c. qui bis, qui melius omnibus, quos ego vidi materiam haurit. Dicens quidam rebaptizantur ignoranter, quidam scienter, quidam causa seminandi, vel inducendi aliquam hæresim, quidam pro immundicia corporali aliqua tollenda.

In casu primo, quando aliquis ignoranter rebaptizatur, licet nulla pœna afficiatur, tamen ordinari nõ potest. Quæ esset extentio ad legem nostram, nisi alij dicerem, hodie locum non habere, quia ordinari possunt, secundũ Scotu in.4.& Landul.ibi conclus.7. In casu secundo, quando aliqui scienter baptizatur, tam dans, quam recipiens, efficitur irregularis. Sed si dederint, vel receperint occultè, potest Episcopus in dicta irregularitate dispensare, si palam per Papam solum. Si autẽ fuerit in casu dubio rationabili baptizãs, & dicendo: si non est baptizatus ego te baptizo, nec iste, neque ille, qui est in ignorantia inuencibili, baptizando erunt irregulares, contra Iuristas contrarium asserentes, quæ intelligi de ignorantia facti, secus de ignorantia iuris. Quia iuris ignorantia non excusat, quamuis sit probabilis à pęna irregularitatis, inflicta per legem, & ratio est quæ se mihi nunc obtulit, quia quãdo lex procedit imponendo pœnam ex causa, sine culpa, talis lex etiam ignorantes ligat, vt tenet Angel. in l.1.in principio. ff. si quis omissa. caus. testa. quem Decius sequitur in.c.2.in lectu.2.nu.33.de consti. & quod irregularitatis pœna, à iure imponatur multoties, ex causa sine culpa, probant Abb. & dd. in.c. sicut dignum. de homici. & omnes Summistæ.

2 Ad tertium casum deueniendo, quando scienter rebaptizatur, causa seminandi, vel inducendi aliquem hæresim, vel pro immunditia aliqua tollenda: de pœna quoad forum pœnitentiale, dictũ manet supra. Nunc verò dicamus, de pęnis quoad forum iudiciale. Et dico quod de iure ciuili, dantes vel recipientes scienter rebaptismum, pęna mortis plectuntur l. si C. ne sanctum baptis. reit. De iure tamen Canonico, secundum quod hodie sunt plectendi per Inquisitores hæreticę prauitatis (quibus iurisdictio cõpetit priuatiuè ad laicum: quia causa ista est criminalis spiritualis, vt notauit Cardin. in Cle.1.q.5.de off.delega. quem refert Maran. in suo Specul.par.4.dist 13 nu.2.&.5 Et quod barum cognitio expectet ad iudicem Ecclesiasticum: priuatiuè probat tex.in.c.ad abolendam de hęreti. & satis vulgatum est per DD.in.c.tuam. de ordine cog.& per Abb.in.c.lator, qui filij sint legit. & notat Bart.in l.Titia ff.solut. matrim.) quia suspecti sunt de hæresi damnata Donatianorum, vel Donatistarum, rebaptizantium eos, qui ab ecclesia Romana ad eos veniunt: Quem errorem & hæresim sequuti sunt Armeni, asserentes apud Ecclesiam Romanam non esse verũ baptisma, eo quod (vt ipsi aiunt) apud latinos non est vera & catholica Ecclesia, sed solum apud ipsos: vt refert frat. Alf. à Castr. in tract. aduersus hæreses.2.lib.5 hæresi.fol.53. & sic isti supradicti rebaptizantes, vel rebaptizati ex causis supradictis hęretici censentur, vt dicit Repertor.inquisito.in verb.baptismus coi. 67. post mediũ, in noua impressione, & Angel.de Claua.in summa, in verb. baptismus el.7.& fra.Fran.à Vict in summa, in tit.de baptismo.nu.16.qui si errorem suũ defleant, & damnatam hęresim abiurauerint, dum non tamen causa dogmatizandi fecerint, vt infra dicemus misericorditer per Inquisitores (more suo) punietur. Sin verò defendere suum factum curauerint, tanquã recte factum vti hęretici punientur. Quia error malitiæ in fide, cum cõtumacia, facit consumatum hęreticũ, vt concludit Episcopus Setimasen.de institut. cathol.in.c.25.& Castr.de hæresi. lib.1.c. 9. & nouissimè sunt damnati in concil.Triden. sessio.7.cano.11 & 13. in titul.de baptismo.

3 Et licet omnes supradicti, tam rebaptizantes, quam rebaptizati, ob aliquam heresim seminandam, vel pro munditia aliqua corporali, vel immunditia tollenda, vt essent corpore mũdiores, quia aliquid immundum tetigerunt, & per lauacrum ipsum remouere illam coinquinationem voluerunt, sint hæretici censendi, vt dixi tamen in modo punitionis differunt: isti enim si resipiscunt, & ad Ecclesiam reuertant pęnitentes, non dãnantur pęna mortis, illi vero qui ob hæresim

seminandam prædictam rebaptizationē faciunt, vel paciantur, tanquā hæretici dogmathistæ punientur, qui irremissibiliter pœna mortis dānantur. glo. in c.pen. de heret & ibi DD. & Bart. in. l. cunctos populos. C. de summa Trinitate. & fid. & per Repert. inquisito. in verb. docere, quamuis vere pœniteant: eodemq; modo puniuntur relapsi; quibus licet sacramenta non abnegantur, tamen morti mādantur. text. in c. super eo. & c. accusatus §.1. de hæret. in. 6. d. c. ad abolendam. de hæret.

In.l.11.tit.4.p.1. in glo.3.

1 *Sacramentum confirmationis per alios conferri nō potest, quam per Episcopos, & quam pœnam incurrat qui bis scienter se finit confirmari.*

2 *Materia sacramenti confirmationis, est chrisma ex oleo & balsamo, & dicitur balsamum, in isto sacramento necessarium esse necessitate præcepti non necessitate sacramenti, & est necessariū quod chrisma sit consecratū.*

1 GLo. 3. in verb. O*bispo, o Arçobispo.* tex. cum glossa probant, Sacramentum cōfirmationis per alios conferri non posse, quam per Episcopū, aut Archiepisc. Sed quæstio est inter DD. an ratione præscriptionis immemorialis, posit istud sacramentum ab alio ministrari. Et Didac. Couar. lib 1. varia. c. 10. num. 14. tenet quod non, vbi circa istud sacramentum multa adducit, tamen non tangit, an quibis scienter se confirmauit, pœnam incurrat aliquam, tetigit verò in Clemen. si furiosus, in. 1 pa. in initio, numer. 8. vbi adducit multos dicentes irregularitatem incurrere, & alios contrarium asserentes quibus ipse accedit, & si contrarium probatum fuit supra in. l. 9. numero. 1. 2. supra isto titulo in rebaptizato, rationem differentiæ ipse Couarr. in dict. clem. vbi supra assignat. Istud sacramentum fuit institutum principaliter in Pentecoste, quando Dominus dixit: Sedete in ciuitate donec induamini virtute altissimi, refert Victo. in summa in titul. de sacramen. in commu. num. 7. vt dixi in prologo istius tituli. num. 5. in glo. 1. & in consil. Triden. sessio. 7. tit. de confirma. sunt tres canones, anathematizantes omnes qui dixerint, baptizatorum confirmationem ociosam cerimoniam esse, & nō potius verum & proprium sacramentum esse, vel dixerint, iniurias esse Spiritui santo, qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuit, vel qui dixerint, sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotē.

2 Istius sacramēti materia est chrisma, vt patet ex diffinitione concilij Florentini, sub Eugenio. 4. vbi sic dicitur, sacramenti confirmationis materia est chrisma cōfectum ex oleo & balsamo, per Episcopum Benedictum Balsamum autem necessarium est in materia confirmationis necessitate præcepti, per cap. 1. & c. nouissime, de conse. dist. 5. & in cap. 1. de sacrament. non iteran. & ex ritu Ecclesię. Non est autem necessarium necessitate sacramenti, sicut & aqua in consecratione sanguinis. Quam conclusionem asserit Caieta. in. 3. pa. q. 27. artic. 1. & refert frat. Francis. à Vict. in summa, in titu. de confir. num. 41. fol. 33. vbi dicit: Credo ergo probatissime, quod Chrisma non est de essentia sacramenti confirmationis, alias raro esset sacramentum: nam etiam puto negotiatores decipere nos vendētes nō balsamū, pro balsamo quod absq; dubitatione vlla procedebat, quantum reor, legi etenim ego peregrinationem cuiusdā fratris ordinis diui Hieronymi in. c. 42. qui Hierusalem Cayrum & Palestinam perlustrauit testantem se vidisse hortum balsami, qui vocatur Maceria per tria millia distans â Cayro, vnde mercatores dicebant se portare balsamum, & quod in eo non erant amplius quàm septē vel octo stipites, vbi etiam describit formam colligendi dictum balsamum, ex cuius narratione confirmatur suspicio frat. Francis. â Victo. hodie tamen magna copia balsami defertur ab Indis.

Estq; necessarium quod chrisma sit consecratū, vt tenent Scot. Durand. Marsil. Syluest. & idē sentire videtur S. Tho. 3. pa. q 72. artic. 3. quia est differētia inter materias sacramentorum, scilicet, quod vnas sanctificauit Christus immediate, quibus ipse fuit vsus, vt est baptismus, eucharistia: aliæ autem sunt materiæ quibus

bus nō fuit vsus, & eas non sanctificabit, sic necesse est, vt sanctificentur per Ecclesiæ ministros, videlicet Episcopos & alios. Ista ratio differentiæ quamuis est bona, & signata per Victn in summa sua vbi supr. & Syl. in verb. Chrisma. nu. 2. Nihilominus video Bonamuentur. in. 4. sentent. dicentem, quod baptismus quando necessitas non vrget, debet fieri in aqua sanctificata, per orationem Sacerdotis. & chrisma nouum: & si secus sacerdos faceret peccaret mortaliter: & tamē Christus fuit vsus aqua in sacramento baptismi.

In.l.21. tit. 4. p. 1. in gl. 1.

1 *Nō possunt hodie indistincte parochi associare sibi coadiutores ad audiēdas confessiones, etiam ad tempus, nisi fuerint ab ordinarijs approbati contra glossę nostræ conclusionem.*

2 *Cōfessarius ad audiendas confessiones non sufficit, quod ab vno ordinario licentiam obtinuerit si in alia diœcesi confessiones audire velit. nu. 4.*

3 *Licentia semel in vno Episcopato confessiones audiendi data sufficit ad semper ibidem.*

4 *Intellectus ad. c. 15 sessio. 23. conc. Tri. & ad Bullā cruciatę in illa clausula. De los approbados por el ordinario.*

5 *An qui sacerdoti de licentia parochi, sine licentia Prælati, confessiones audienti confitetur teneatur confessionem reserare arguitur ad partes.*

GLo. 1. in verb. *Missa Cantanos.* arguit ad partes, an parochus quæ propter parochianorum multitudinem, omnium con-
1 fessiones audire non potest, vocare alios Sacerdotes poterit, qui eum adiuuent, & concordat diuersa censientes, sic. Quod talis presbyter parochialis. poterit ad tēpus sibi associare alios, vt parochiorum confessiones audiant, in perpetuum autem non poterit. Hodie tamen neque ad tempus, neque in perpetuum parochus poterit eligere socium, ad confessiones parochianorū audiendas, nisi ex approbatis per ordinarios, per. c. 15. sess. 23. in concil. Triden. quia licet verum sit, quod parochus potest, maximè in tempore necessitatis, iurisdictionem suam in audiendis confessionibus alijs sacerdotibus impartiri: eosq; licentiare, vt tenet Abb. in c. omnes. vtriusq; de pœni. nu. 14. & ibi Ioan. And. & Syl. in sum. in verb. *Confessor.* el. 1. n. 4. Hodie tamen per. d. c. 15. sess. 23. recipit restrictionē, illa dispositio Abba. de habilitate personę, quia sacerdotes simplices, in quos parochus suam iurisdictionem subdelegat, per Episcopos vel ordinarios, debent esse approbati, & sic duo extrema requiruntur habilia, vt simplices sacerdotes possint cōfessiones audire, videlicet subdelegatio iurisdictionis â parocho, & approbatio ordinarij circa personam subdelegati.

At circa decisionem. d. c. 15. conc. Trid. cuius verba sunt. Nullum etiam regularem, posse cōfessiones secularium, etiam sacerdotum audire, neq; ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessariū, aut alias idoneus iudicetur, & approbationē quę gratis detur obtineat. Sępe sępius dubitare vidi, an ista approbatio sufficiat, quod semel de vna persona fiat ab vno ordinario, ad id, quod in sua diœcesi (etiam eo mortuo) & per alias, sine alia de nouo approbatione, de licentia presbyteri parochialis, vel virtute bullæ cruciatæ, possit quilibet Sacerdos confessiones audire.

Et videtur quod vna approbatio sufficiat, sicut in simili vidimus in gradibus Bachallaureatus, & Licēciatus, & in alijs in quibus sufficit vnica approbatio ad
2 vniuersum. Sed diuersa est ratio, & ideo contrarium dicendū. imò quod ab omnibus illis ordinarijs sit approbandus, in quorum diœcesibus confessiones audire vellit. Et iste sensus magis germanus est literę, quę quantū poterimus cōformāda est iuri cōmuni, de quo ita decissū est, vt testatur Archi. in. c. perlectis. 25. distinct. numer. 17. vbi cōcludit, quod Sacerdotes inuitati â presbyteris parochialibus, vt eos adiuuent in confessionibus audiendis parochianorum, debent prius obtinere, approbationem illius Episcopi, in cuius diœcesi confessiones audire volunt, nec sufficere quod â suis Episcopis

eam obtineant. per text. in. c. peruenit. § ecce, & in.§ hoc idem 16.q.1. & quia multum expedit, quod Episcopus noscat suos coadiutores, & cooperarios, cum ei principaliter incumbat animarum cura.c.vt animarum periculum, de consti. in.6 & sr per Bullam cruciatę, hodie cuilibet Sacerdoti datur facultas & iurisdictio audiendi confessiones commulatiuè cum vnoquoque ordinario, cum ea limitatione procedit: si approbatus ab ordinario fuerit. Sed circa hoc erit notandum, quod semel obtenta in vno Episcopatu approbatione ab Episcopo, quod quamuis iste postea discedat, vel morte finiatur: dictus confessarius non necesse habebit aliam de nouo obtitere, per tex. in.c.si super gratia, de res.in.6.& in.c.si cui nulla.de preben.eod.lib. & secũdum Card.in Cle fi.de electio.q.5. & Nauar. in.c.placuit.de pęni.dist.6.fol.257.n 35.

3 Sed quãuis supradicta conclusio, circa approbationem quę de confessarijs fieri debet, sit verior & verissima, fatõr vsu contrarium receptum esse à multis fratribus, qui vnica approbatione contenti, quamuis ad alias diœceses transmigrent, confessiones audiunt, sine approbatione diœcesani illius loci. Et hoc dicunt, iam consuetudine introductum, quę iurisdictionem dare potest, per text. in. c.cum contingat, de foro competen. quæ si vera est, multum astringit. Item pro eis facit, quod si semel approbatus est, reprobari non debet. l.si vxor. §.fi.C.de test.& ibi.l.si quis testibus.& l.quod si nolit. §. infectum.ff de edili edicto. quia opinari non potest, eundem, ad eundem actũ, dignum & indignũ. c.sicut Christus.1.q.1.

At cessante dicta cõsuetudine (quæ forte iusta de causa introducta fuit, saltim putatiua, & sic vim legis habere debebit, vt bene per Abbam, & Felin. notatur in c.1.de tregua & pace.& in.c.fin.de cõsuetud.& dixi latius supra.l.5.tit.2 pat.1.in glo.7.n 1 & in.l.2.tit.22.par.1.glo.2 n.4. si tamen munita fuerit requisitis iuris) pro fratribus adducta nõ procedunt fundamenta: imo contrarium videtur esse dicendum: quia cum speciale sit in medico corporali, vt semel approbatus possit adhuc reprobari, propter periculum quod vertitur in exercitio artis suæ, per. l. vt gradatim. § reprobari. ff. de munerib.& honori.l.2.C de professo.& medi. lib.10 l.sed reprobari. ff.de excusatio.tutor. & maius periculum vertatur in imperitia medici animarũ, quàm in imperitia medici corporum, per tex.in. c.cum sit ars artiũ.de ętate & qualit. Satis constat, quod dictus confessarius erit iterum examinãdus, per quemlibet Episcopum loci, vbi audire vult confessiones, quamuis alibi sit examinatus. Nam potuit esse quod male fuerit examinatus, aut persũctoriè, vel quod postea fuerit factus deterioris conditionis, & per alia quæ adducit Oldral. consil.18.n.1.

4 Et vltra dicta fundamenta in nu.1 & 2. supra in gl.ista, contra confessiones audire volentes, de licentia vnius ordinarij in oĩbus diœcesibus, adduco clausulã Bullæ cruciatæ dicentis. *Delos approbados por el Ordinario* quæ verba indicant eligendos esse cõfessarios de approbatis a suis ordinarijs. Si aliter enim disponere velet, dixerat *Delos approbados por qualquier ordinario* Sed cum dicit, *De los approbados por el ordinario*, quod nomen est collectiuum, & cõplectitur Hispalensem, Granatensem. Malacitanum & resoluitur in plurale, vt in.l.cui lana.ff.de lega.3. & notat Angel. in.§.1.n.2.inst. de iure persona, & ibi Fabet. sequitur quod vult d. Bulla, in prędicta clausula, quod sit ab ordinarijs approbandus dictus cõfessarius. Et ita testatur quidã doctiss. Doctor decissum fuisse in cõgregatione Cardinaliũ, quibus incumbit interpretatio Concilij Tridentini.

Facit etiã pro hac parte, quod d.Bullæ clausula, est strictè interpretãda, eo quod alio modo intellecta, resultat præiudiciũ contra diœcesanos ordinarios: ob quod iurisdictio delegata, qualis est ista, quæ confessarijs datur, est odiosa. c.adhęc. c. nonnulli §.sunt & alij.de rescrip.& in.c. mandatũ.eo.tit.arg.l.2.§.si quis.ff. neqd in loco publ.c.super eo.de officio deleg. & Abb.ibi.n.7, & Dec.n.5.quãuismodicũ sequatur pręiudicium, secundũ Feli.in.c. causam.§.interpretatio.n.10.de res.quia vt diximus supr n 2. Episcopis interest, scire qualitates & mores confessariorũ, vt notat Hosti.in.c.omnis.de pęni.n.10. & Phili. Fran.c.2.eod.tit.in.6.n 12.& habetur.c.27. prouerbio. diligẽter agnosce vultũ pecoris tui, tuosq; greges cõsidera. Facit etiã pro hac parte, cõmunis phrasis legũ, & canonũ, qui loquendo de iudice ordinario regulariter intelligũt, de iudice ordi-

ordinario, illius loci, vbi actus fieri debet, vt habetur ex cap.1. de officio ordinam. & per totum titulum. ff. de iurisdictio. omn. iud. & per alios titulos de iudicibus loquentes.

Sed vt materiam istam exinaniamus quæro, si sacerdos sine vlla ordinarij approbatione cum sola licentia parochi, audierit confessiones, & absoluerit pœnitentes, an isti tenebuntur, confessionem iterare, & pro parte affirmatiua, quod teneantur reiterare confessionem, cum primum sciuerint, de defectu licentiæ, pondero tex. in. d. c.15. sessio 23. Concil. Trident. in verbo, nullum, quæ dictio, secundum glos. in. c. cum dilectus. de consuet. oppositum omnium quæ sequuntur inducit. Idem dixit glo. in cap.1. de reg. iur. in.6 dicens: quod verbum negatiue prolatum, importat necessitatem. & Iaso in l. non dubiũ. C. de leg. nu.26. dicit, quod vniuersalis negatiua, vt est nemo & nullus, pręposita verbo potest, importat omnem impossibilitatem, & Nauarr. in cap. placuit de pœniten. distin.6. numero.32. ponderauit ad dictam conclusionẽ. glos. in. d. c. cũ dilectus, quę nullatenus probat.

Ex quibus cõcludo, quod sacerdos quãuis à presbytero parocho inuitatus sit, vel priuilegio bullę cruciatæ munitus, sine approbatione ordinarij, confessiones audiens, facit actum cõtra legem prohibentem, qui actus ipso iure est nullus. l. non dubium. C de legibus. vbi Bart. nu. 22. dicit, non solum factum contra legem est nullum: sed quidquid sequitur ex eo, & pręcipuè quando lex aliquid pręcipit respectiuẽ: quia illud quod ob id sequutum est, non valet. Siquidem respicit illud, cuius respectu actus est prohibitus, vt in casu de quo agimus procedit: vbi sacerdotibus simplicibus prohibetur, audire confessiones, absque ordinarij approbatione, respectiuè ad ipsam confessionem & absolutionem, vt tales sint, qui sciant discernere inter lepram & lepram, ex quibus infertur, nullam esse confessionem pœnitentis, & absolutionem sacerdotis audiẽtis. Et sic cũ vnusquisq; teneatur confiteri, saltẽ semel in anno. c. omnis de pœn. & remis. peccata sua. Et quando lex ad aliquem actũ obligat, intelligitur de actu valido, vt habetur per Bald. in d. l. nõ dubium in notabili secundo, & ibi per Iaso. n.9. vbi dicunt, quod nõ videtur factum, quod est cõtra legem factum, sequitur quod dicti pœnitentes, postquam sciuerint, inhabilitatem sacerdotis absolutionem impartientis, tenentur confessionem iterare, & sic tenentur facere confessionem validam.

His tamen nõ obstãtibus, reperio in proprijs terminis, cõtrarium tenuisse Ioan. à Medi. virum magna eruditione prædirum in codice de cõfessione, in. c. de sacerdote alieno, vbi dicit, quod confessio facta de licentia proprij sacerdotis, licet fiat sacerdoti nõ examinato nec approbato vbi de hoc erat synodalis cõstitutio prohibens ne clerici confessiones audirent nisi examinati, si sacerdos inobediẽs erit, tamen facta cõfessio tenet: quia multa prohibentur, quę tamen facta tenent. Cuius ratio non obstat, respõderi ei potest, quod sua ratio procedit, quãdo lex prohibet, tamen vltra procedit cõfirmando, vt in. l.1. § biduũ. ff. quã appel. fit, nõ vero quãdo simpliciter prohibet, quia tunc non valet, quod in cõtrarium fit, vt soluit Bal. in. d. l. non dubiũ, in.5. oppositione, col.5. sed nihilominus tenendam esse crederẽ opinionẽ Ioan. à Medina, eo quod Syl. in sum. in ver. confessor. el.1. n.5. dicit, quod licet sit verũ, quod fratres etiã licentiati ab ordinario, non possunt cõfessiones audire, sine licentia suorum prælatorũ, quia neq; velle neq; nolle habent, tamen si fecerint, non tenentur pœnitẽtes, cõfessiones iterare, nisi diuersam rationem posse assignari, videre in Syl. conclusione, ac in nostra, nã monachus agit actũ à prelato prohibitum, sed à lege permissum: ideò nihil mirũ si teneat, nos vero loquimur in actu à lege prohibito: ideo non assedeo Ioanni Metinensi.

1 *Confitentes intruso & notorio suspenso sacerdoti tolerato, tamẽ absoluti sunt, licet cũ primũ impedimentũ sciuerint tenẽtur reiterare confessionem, sin autẽ legitimè erat prapositus & occultè suspensus, non tenentur confitentes reiterare confessionem.*

1 GLo 6. in. ver. *No lo puede hazer.* Mouet quęstionẽ, dicẽs ꝙ cum regulariter, nemo potest absolui, vel ligari, nisi à suo sacerdote, quid aũt erit de mulieribus, & rusticis, qui sępè errãtes adeũt presbyteros,

non habentes potestatem. Refert opinionem Ioan. Andr & aliam Abb. in. c. dudum, el. 2. de elect. limitantem dictum Ioan. Andr. & sic glos. ista concludit cũ Abb. quod confessio facta sacerdoti suspenso, & inhabili, si â principio canonice fuit præpositus, quamuis posteà pœnitens sciuerit suspensionem, non tenetur confessionẽ reiterare: & quod Ioan. And. opinio dicens, quod tutum esset si pœnitens ante mortem sciuerit, sacerdotis inhabilitatem, vt confessionẽ iteret, procedet quando non præcedit canonica institutio.

Quam distinctionẽ approbauit Mart. Azpil. Nauar. in. c. placuit de pœn. dist. 6. â nu. 175. vsq; ad nu. 182. dicens confitentes intruso, & ei qui se pro parocho gerit ecclesiæ, tamen possessionem non habenti, vel notoriè suspenso ipso iure, vel per sententiam, cum primũ istorum suspensionẽ & impedimẽtum sciuerint, iterare tenentur confessionem: quia isti nunquam habuere actualem iurisdictionem: secus aut, si legitimus & proprius sacerdos, occultè fuerit suspẽsus. isto enim casu, confitentes ei, inscij suspensionis, nõ tenentur ad confessionẽ iterandam, etiã si postea nouerint, suspensionẽ eorũ & Fran. de Rip. in tract. de remedijs ad curand pest. n. 45. fol. 80. prius approbauit prædictã sententiã, & sic intelligẽda sunt quæ Iaso dixit, in. l. Barbarius ff. de offic. prę to. n. 63. & finaliter. d. Nauar. vbi sup. nõ allegãs dictos DD. sic limitandã opinionem Ioan. And. per distinctionẽ Abb. cui etiã ego accedo, quia Ioa. And. in. d. c. dudum, el. 2 col. 6. in fi. dicit, qui bona fide intrusis, vel alijs sacerdotibus alienis confitetur, putãs sibi licere saluatur, nõ propter Sacramentum, quod nullum in illis datur, sed propter Sacramenti fidem. & item subdit, quod si hoc ante mortem sciuerit, tutum erit quod iterum confiteatur, sed non dixit necesse est, neque alia verba importantia necessitatẽ, ob quod magis placet Abb. dist. quã Nauar. secutus est, vbi sup. Et quãuis commemorata sint vera, & cõmuniter recepta, non tamen isti qui per errorem vel rusticitatem, non suo parocho confessi sunt reiterare tenentur alias sequẽtes cõfessiones, vt d. Nau. testatur, vbi su. n. 182.

In.l.22.tit.4.par.1.in glo.6.

1 *Non potest pœnitẽs peccata in aliena parochia commissa cõfiteri parocho illius parochiæ vbi peccata commisit, contra glos. nostram & alios, quia ratione delicti in foro poli nullus sortitur forum alienum.*

GLo. 6. in ver. *Pecado en otra.* Lex ista refert quinq; casus, in quibus parochiani possunt cõfiteri peccata sua alieno pa-
1 rocho, & circa casum quintum & finalẽ, inquit: *El quinto, quando el que es parochiano de vna Iglesia faze pecado en otra, ca este a tal bien se puede confessar si quisiere al clerigo de la otra parochia donde fizo el pecado.* In cuius confirmationẽ glo. nostra allegat tex. in c. placuit. 6. q. 3. & c. 1. de rapto. & nihil aliud dicit lex inquam ista transumpta fuit, ex Host. in summa, in titu. de pœni. & remissio. in. §. cui confitendum. num. 14 col. 3. fol. mihi 460. post medium, allegat dicta iura per nostram glo. allegata. Eandem sententiam tenet Supple. ad summam Pisane. in verb. confessio. el. 3. col. 6. in fi. prædictis vero non obstantibus, lex nostra non procedit de iure canonico, quo ad dictum quintum casum, & opin Host. & supple. ad pisanelam in locis supra citatis, est communiter reprobata: quia glo. pen. in. c. placuit, el. 1. 16. q. 1. dicit quod ratione delicti, in foro poli nullus sortitur forum alienum. Quam approbat & dicit cõmuniter receptam, Abb. in. c. cum contingat. n. 29. de foro cõpe. & idẽ in. c. 1. de rapto. n. 4 & Syl. in summa, in ver. cõfessor, el 1 n. 6. & n. 11. in vers. decimotertio, quã conclusionem extendũt, etiam si peccatum esset notorium. Et hanc etiã tanquam communem amplectitur doctissimus ille Nauarr. in cap placuit, de pœniten. dist. 6. num. 83. fol. 271 Ratio autem differentiæ, quare quis ratione delicti in foro animæ non sortitur forum, & in foro fori sic, ea est, quia pœnitẽtia imponitur propter offensam Dei, & animæ propriæ, secundũ Io. de Lig. itaq, illi soli subijcitur, quẽ habet loco Dei, & qui est iudex animę suæ. Vnde quando ius dicit ratione delicti, aliquem forum sortiri, intelligendum est, quo ad forum contentiosum. Et pro ista conclusione, facit generalis consuetudo, quæ est optima legum interpres.

l. si

l.si de interpretatione. ff. de leg. & quia videmus pœnitentem peccata, quæ toto orbe terrarum cōmisit vni sacerdoti cōfiteri,& eos nunquam remitti ad sacerdotes locorum pro absolutione, in quibus deliquerant: & ad.d.c. placuit. 6.q.3. & ad.c.1. de rapto. respondet Abb.in.d.c. cum contingat num.29.quod procedunt quoad forum iudiciale, in causa excōmunicationis, quia tunc excommunicatus pro delicto, est remittendus pro absolutione ad iudicem qui eū excōmunicauit text in.c.nuper.de senten.excomm.quæ absolutio differt à sacramentali in multis,& in eo præcipuè, quod dari potest à quocunque clerico,qui eam imposuit iurisdictionem habente: sacramentalis vero absolutio tantum, à presbytero habente iurisdictionē, quæ late expendit Didac à Couar.in.c alma.de senten.excom mun.in.6.in.1.p.§.11.nu.10.

In.l.23.tit.4. p.1.in glos.1.

1 *Contritionis diffinitio, & etiam attritionis.*

2 *Verè contritus potius debet velle quælibet mala pati, quam in malo consentire contra glos.*

GLos.1 in verb. *Se duelan en sus coraçones.* In versic. contritio est dolor. Omissis omnibus Doctorum diffinitionibus tantum inseram quam Concil. Trident. ponit in Sessio.14. cap.4.cuius tenor talis

1 est. Contritio est animi dolor,ac detestatio de peccato omisso,cum proposito nō peccandi de cætero: & ibidem, post medium, subdit diffiniēdo attritionem ista verba.illam vero contritionem imperfectam,quæ attritio dicitur: quoniā vel ex turpitudinis peccati consideratione,vel ex gehennę, vel pœnarum metu, cōmuniter concipitur,si voluntatem peccandi excludant,cum spe veniæ, declarat non solum nō facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum,non adhuc quidem inhabitātis, sed tantū mouentis, quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat.

2 In eadem glos.1.in vers.neq; exigitur. dicit, neque exigitur tantū dolere peccatores, quod potius vellent omnem pœnam substinere,quā peccasse. Quæ cōclusio est reprobata in peccatore verè pœnitente contrito, quia non est verè contrictus, qui actualiter, vel virtualiter non præsupponit quælibet mala velli pati generaliter,quam in peccato morta li consentire, vel consensisse. Vt probat sanct. Thom. quolibet. 1. articul. 9. & in.4.dist.17.q.2.& ibidem in.q.1.satis desensar Archiep.Deca.& Thomas à Vio. 2.tomo.q.1.de contritione.& Mart.Azpil.Nauar.in summa sua.c.1.nu.9.&c.21.

1 *Confessio vocalis sacramentalis est de iure diuino instituta à Christo.*

2 *Sacramentum pœnitentiæ dicitur & si habeat tres partes, quia omnes sunt pœnales.*

3 *Materia remota sacramenti pœnitentiæ sunt peccata, ideo improbatur sententia apochryphis dicentiū beatā Mariam confiteri beato Ioanni Euangelistæ, & materia propinqua sunt tres actus pœnitentis Contritio, Confessio, Satisfactio.*

GLos.2.in verb *Que los confiessen.* Refert

1 in initio,opinionem falsam glossæ in summa,de pœnit.dist.5.scilicet,quod ad confessionem vocalem,potius teneantur Christiani ex generali ecclesiæ traditione,quam ex noui ,vel veteris testamenti autoritate. Quæ conclusio licet olim disputabilis erat , hodie tamen est de fide credere , quod confessio sacramentalis, est de iure diuino instituta à Christo ; vt habetur in Sessio.14.de confessione.c.5. in Conc.Triden.& ibi in Canone 3.& 6. dicente, si quis negauerit confessionem sacramentalem institutam , vel necessariam esse,à iure diuino: aut dixerit modū secrete confitendi, soli sacerdoti, quē Ecclesia Catholica semper ab initio obseruauit, & obseruat, alienum esse ab in-

2 stitutione & mandato Christi,& inuentum esse humanum,anathema sit.

Nunc de isto sacramento pœnitentiæ restat videre,quare sic dicatur , cum tres partes integrales, & necessarias habeat, & quę sit eius materia,& quæ forma : &

vocatur sacramentum pœnitentię, quamuis contineat Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quia sumpsit nomen ab vltimo, quod est satisfactio, quæ pœnalis est secundū Sanct. Thom. in.4. dist.16.q.1.articul.1. vel quia omnia sunt pœnalia in isto sacramento, ideo vocatū est sacramentum pœnitentiæ, totum aggregatum ex illis partibus, tam actus pœnitentis, quam absoluentis: tradit frat. Francis. à Victor. in summa. de sacram. tit. de pœnitent. nu.204.fol.84.

3 Quoad materiam dico, quod materia remota huius sacramenti sunt peccata pœnitentis vnde cum beatissima Virgo nullum peccatum habuerit falsissimū est quod quidam fingunt, scilicet, quod confitebatur beato Ioanni Euangelistę. Materia vero propinqua sunt tres actus pœnitentis, videlicet, Contritio, Cōfessio, Satisfactio, & ita fuit diffinitum in Concil. Floren. sub Eugen 4. & habemus in Cōc. Trident. Sess 14. de pœnitentiæ sacramēto. Canone 4.

Quoad formam dicit S. Thom. 3. part. q.84. artic.3. quod forma vera sacramenti pœnitentię est Ego te absoluo, & idem disposuit Concil. Tridentin. in. dict. Canon.3. Sessio.14

In.l.25.tit.4.p.1. in gl.9. &.13.

1 Circunstantia illa, quæ vltra malitiam actus habet specialem repugnantiam cum ratione necessario est confitenda non vero aliæ.

2 Dignitatis circunstantia quando confitenda, & intelligitur, glo.7. istius legis.

GLos 9. in verbo *En que lugar*. In quantum dicit cōmunem opinionem esse, quod non tenentur pœnitentes confiteri circunstantias aggrauātes peccata in eadem specie, sed tantum circumstantias,
1 quæ speciem peccati mutant. Ista communis sententia approbatur, per multa exempla. & alias rationes & iura; quę adducit Nauar. in. c. consideret de pœnit. distinct 5 num.14 &.15. fol.40. & stat hodie decissum in Concil. Trident. Sess.14. c.5. & denique illæ circunstantię confitendę sunt, quę vltra malitiam actus, habent specialem cum ratione repugnantiam: vt si religiosus, vel clericus fornicauerit, vel yxoratus: tunc necesse est exprimere qualitatem, quia vltra præceptum decalogi, alio speciali pręcepto, il-
2 lis prohibitū est. Sed quod sit prælatus, Prior, Abbas, vel Custos, ista circunstantia non erit confitenda, nisi in quantum ratione scandali, quando tale fuit, vt de per se, ruinam prębeat proximo, cū tunc scandalizare cum sit peccatum mortale, de quo S. Thom. in.4. dist.22.q. fin. artic. fin Idem tenet Sylu. in verb. circunstantia. num,3. in fin. & Ang. in summ. in eo-
* dem. verbo. circunstantia. in fin. Nec obstat, quod supra in ista. l. gl.7. dicit, quod gradus, dignitatis & ordinis peccatū aggrauat per text. in. c. homo Christianus. 40. distinct. & in. c. hoc Deus. 89. distin. quia cum sunt Canones pœnitentiales, loquuntur circa pœnitentias imponēdas neque intendunt decidere si grauent, ita vt mutent speciem peccati: ex qua resolutione intelligitur glo.7. supr. ista lege.

1 Pœnitentiæ quamuis hodie sint arbitrariæ, tamen moderandæ sunt ad arbitrium sacerdotis discretis alias si cōdigas non imposuerit pœnitentias, quāuis paratus sit pœnitens eas recipere nō minuet omnem pœnam, secundum taxam diuinam.

GLos.13. in verb. *Segun su aluedrio*. Cum dispositum sit per multa iura: vt in. c. Deus, qui de pęnit. & remis. quod hodie
1 sunt pęnitentiæ arbitrarię, & sic sacerdos potest eas imponere pro suo libitu. Sed non ex hoc relinquitur suæ liberę voluntati, sed ad arbitrium sacerdotis discreti, secundum Abb. in. c. Deus, qui nu.3. & 4. de pęnitent. & remis. Istam conclusionem amplíando, dixit glos. in. c. mensuram. de pęnit. distinct.1. quod si per errorem sacerdos, qui à confitente reputabatur peritus, minorem quam deberet pęnitētiam imponeret, sufficiet illa minor pęnitentia, ad peccatū delendum. & omnem pęnam alterius vitæ, dummodo pęnitens qui eam recipit, paratus sit maiorem recipere, si sibi imponeretur: dictū

istius

istius glo. limitauit Abulen. super Matt. loco à glossa citato, dicēs, quod procedit, quoad pœnas impositas per Canones pœnitentiales, sed non in pœnis à Deo pro quolibet peccato taxatis: quia si minor imponatur, non tolleretur tota pœna debita in purgatorio: quam limitationem prius tenuit Ioann. Maior. in. 4. dist. 20. quæst. 1. col. 4. & hos patres sequitur Nauar. in tract. de indulgen. in. §. in Leuitico notabl. 11. num. 23. fol. 76. vbi subdit, vtilissimum & tutissimum est, acceptare grandes penitencias, & idem in. c. qui egerit. de pœnit. dist. 7. num. 1. & 2. & 3. fol. 306. vbi limitando. d. glos. in. d. c. mēsuram. dicit, quod ob imminentem mortem, vel aliquam aliam ob causam, minus sufficiens penitentia fuerit iniuncta, licet illam perficiat pœnitens, non tamen ob hoc à purgatorio liberabitur: quia ad hoc quod liberetur debet taxatio fieri, secundum iustitiam Dei, non declinādo ad minus, quia valerent plus, neque excedendo in plus, quia valerent minus, secundum Sylu. in verb. indulgentia, nu. 8.

1 *Tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam sibi iniunctam, quia est actus iudicialis qui redditur in inuitum contra glos. nostrā.*

GLos. 14. in verbo *Enmienda* in vers. sed an teneatur: mouet quæstionem, an teneatur pœnitens, acceptare pœnitentiam moderatam à cōfessore iniunctam, & tandem residet in opinione Ioan. Medinę. dicentis: non teneri pœnitentiā acceptare. In qua quæstione dixit Scotus in. 4. distinct. 18. & 19. quod confessor nō potest obligare pœnitentem, si ipse noluerit acceptare, sin vero semel acceptauit tenetur implere pœnitentiam sub pœna peccati mortalis, eandem sententiam tenet Gabriel. in. 4. distinct. 16. quest. 2. dubio 1. & 5. & Sylu. in verbo. *Confessor.* el. 1. §. 25. &. 26. & Caietan in summa. in verbo. Satisfactio. quest. 2. contrariam tamen sententiam, quod penitens tenetur acceptare penitentiam sibi iniunctā, sub peccati mortalis pęna, tenet Magist. sent. in. 4. distinct. 18. & S. Thom. ibi. q. 1. art. 3. & distin. 19. & Palud. in. 4. dist. 20. q. 2. & Maior. ibi. distinct. 17. q. 2. & istam partem dicit magis probabilē frat. Frāc. à Victor. in summa. in titul. de satisfact. nu. 209. & hodie conclusio, probatur per Cano. 15. de pœnit. Sess. 14. fol. 79. quem Canonem sic. d. Victor. in summa intelligit, & ego allego alium clarius probantem in. d. Sess. 14. in Cano. 9. cuius verba sunt, si quis dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis, non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium, &c. ex quo bene infertur quod cum sit, vt est actus iudicialis iudex imponere poterit pœnas, & pœnitēs qui iudici subest tenetur eas acceptare, cum in tali iudicio locus nō sit appellationi, & quia iudicium reditur in inuitum. l. inter stipulantē. §. si stichum. ff. de verbo. obligat. l. fœmina. & l. si reus ff. de procurator. & etiam in isto foro penitentiali, vt Archiepiscop. Deca. in. 4. distinc. 19. q 1. verific. secundo notandum. col. 3. fol. 107 post longam disputationem concludit: dicens, per hoc sequitur quod forus pœnitentiæ, simpliciter, & per se loquendo non est voluntarius, neque ex parte rei, neque ex parte iudicis, imo necessarius, vt quoad reū probatur in. c. omnis. de pęnit. & remissio. & sic inducendo. d. canonem 9. corroboratur frat. Francis à Victor. opinio, & intelligitur Can. 15. & concluditur contra gl. nostram, ex eo quod remansit, cum opinione Ioan. à Medina.

In.l.27.tit.4.p.1.ad text,

1 *Licet post institutionem Dominicæ orationis nobis liceat dicere. Pater noster, eo quod Deus dicitur pater generaliter, specialiter, singulariter, tamen solo Christo licuit dicere Pater mi.*

NOto tex. in versic. *Otro si el Pater noster son las siete peticiones, que nuestro señor Iesu Christo dixo a los Christianos*: de excellē-
1 tia istius orationis dominicæ, & virtute, ad obtinendum à Deo patre petita, & quod sit medium efficacissimū. nihil amplius dici potest, quam quod ab ipso filio Dei, patri consubstantiali, fuit institu ta: sed non ob omittam, quæ dixerunt doctores sacri. Cyril. de oratione dominica dixit, qui fecit viuere docuit orare,

vt dñ orationẽ, quam filius docuit, apud patrem loquamur, facilius audiamur: & sanct. Thom in cathena in expositio: ad Matt. c.5. fol.30. col.4. glossando dictam orationem dominicam, dicit amica & familiaris oratio est, Dominum de suo rogate: agnoscat pater filij sui verba, cum precem fecimus, & cũ ipsum habeamus aduocatum apud patrẽ, pro peccatis nostris: quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamus. Et Chrysost. super Matth. dicit. Pater non libenter exaudiet orationem, quam filius non docuit: refert S. Thom. 2.2.q.83 artic.16 & quamuis ab hac institutione, nobis liceat dicere, Pater noster. eo quod Deus dicitur pater, & generaliter, & specialiter, & singulariter: generaliter omnium per creationem: specialiter iustorum per adoptionem: singulariter Christi per generationem. Tamen soli Christo licuit dicere, Pater mi, vt testatur Guillerm. Duran. Specul. in rationali diuinorum officiorum in Rub. de expositio oratio. domi. fol. mihi. 78. & Nauar. in. c. quando. de conse. distin. 1. notabil. 19. num. 101. fol. 368. discurrit per septem partes istius orationis.

In.l,29.tit.4. p.1. in glos.1.

1 *Quamuis laico liceat confiteri peccata sacerdote deficiente, ista conclusio limitatur tribus modis.*

GLo.1. in verb. *Al lego.* Probat cum tex. & per alia iura, quod in casu necessitatis, laico confiteri potest, quæ conclusio probatur in. d. c. quem pœnitet. de pœnit distinct. 1.

Eademq; cõclusio limitatur multis modis. Et primo dico, quod prædicta conclusio procedit de consilio, & nõ de præcepto, secundum Scotum in 4. distin. 17. & ibi sanct. Thom. dicit, confessionẽ laico posse fieri, non quod sit de præcepto, sacerdote deficiente, vt false ei imputauit Angel. in summa. in verbo confessor. el.3. num.1. & Magist. in. 4. d. dist. 17. dicit. debere fieri de debito honestatis, hanc sententiam sequitur Sylu. in summa. in verbo. confessor. el.1. num.1.

Secundo limitatur si laico cõfiteatur, tanquam ab eo absolutionem sacramentalem accepturus. quia tunc non licet.

Tertio limitatur, si laicus audiens confessionem, non sit prudens & tacitus, sed verbosus & qui tacere nesciet peccata sibi confessa mortalia: quia tali detegendo, & confitendo sua crimina peccaret mortaliter, secundum Scotũ in. 4. dist. 17. q.1. & Ioann. de Turrecrem. in. d. c. quem pœnitet. num. 35. dicit in casu necessitatis, non est expediens laico confiteri in speciali, sed in generali, dicendo ego peccaui, & confiteor tibi peccata mea: & aliæ sublimitationes ad dictum Scoti videri possunt per Nauar. in summa. c. 21. num. 41. & sic intelligenda est glos. in. c. Pastoralis. de offic. ordin. & gl. in. c. 2. de pœnit & remis. in. 6. glos. in. §. criminis. distinctio. 25.

In,l.34.tit.4.p.1.in gl.3.

1 *Confiteri licebat olim in qualibet parte anni ad satisfaciendũ præcepto de confeßione, hodie vero necesse est, quod fiat in quadragesima contra glossam.*

GLos.3. in verb. *Cada año.* Concludit sequendo Ioann. de Medina, quod ad satisfaciendum præcepto de confitendo,
1 sufficit quod confiteatur in qualibet parte anni: eandem sententiã affirmat frat. Franc. à Victor. in summa de sactam. in titul. de confessio. num. 137. fol. 113. cuius verba sunt, dico quod si quis extra quadragesimam semel fuerit confessus, si postea habuerit impedimentũ, tunc tenetur cõfiteri in quadragesima: ex quibus verbis infero, quod si ante quadragesimam confessus fuit, & postea nullum peccatũ mortale cõmisit, quod potest ad sumendam Eucharistiam accedere, confessione in quadragesima non facta: quia si in quadragesima tenentur confiteri fideles præcisse, ex eo est, quod in pascha tenentur recipere, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & ante receptionẽ tenentur confiteri, si aliquo reatu mortalis culpæ irretiti fuerint, quidquid Caiet. 3. par. in summa dixerit, cuius opinio maximè hodie damnata est, in Concil. Tridentin. in sess 13. canone. 11 & in. c. 7. eadem. sess. fol. 58. & 60. Vbi cauetur, propter tanti

sacra-

sacramenti reuerentiam, vt nullus conscientia pecacti mortalis grauatus, quan tumuis cōtritus, accedat ad istud sanctissimum sacramentum, nisi prius confitea- tur, habita confessoris copia.

Redeundo tamen ad primam conclusionem glossæ, & frat. Franc. à Victor. cū bona eorum pace dicendum, hodie non posse procedere, quia fideles tenentur cō fiteri in quadragesima præcisse, vt satisfaciant præcepto de cōfitendo semel in anno, per consuetudinē receptam, & approbatam in Concil. Trident. sess. 14. c 5. in fin. cuius verba sunt: cum ingenti animarum fidelium cultu, obseruatur mos ille salutaris, confitendi sacro illo & maxime acceptabilis tempore quadragesimæ, quem morem hæc sancta Synodus maxime probat, & amplectitur tāquam piū & merito retinendū: ex cuius moris approbatione videtur approbari con suetudo per dictos mores inducta, quæ Canonis vim obtinet maiorem per istā confirmationem, vt notat Cassa. in consuet. Burg. In præfacio. nu 14.

1 *Ad satisfaciendum præcepto com munionis Eucharistiæ sufficit communicare per totā hebdomadam sanctā, & sequentem immediatè contra glossam.*

GLo. 4. in verb. *Die de pascua ma or.* Con cludit quod tenentur fideles suscipere sacramentum Eucharistiæ, à die iouis Sancti, vsque ad Dominicā in albis, quæ proxima est post pascham inclusiuè: sed decepta fuit cum Ang. de Claua. in summa. in verbo. Eucharistia el. 3. numer. 36. quem sequutus est Sylu. eodem verb. in summa. el. 3. nu. 17. Abb. c. omnis. nu. 13. de pœnit. at quod dicta facultas cōmunicandi fidelibus Christianis sit concessa, à Dominica Palmarum exclusiuè, vsque ad dictam Dominicam in albis inclusiuè, tenet Caietan. Card. sanct. Xisti. in summa sua, in verbo cōmunio. in vers. tempus, & Minor. in speculo consc. in tit. casus, de excommunion. fol. 235. & Mart. Azpil. Nauar. in summa in. c. 21. nu. 45. per extrauang. Eugen. quarti, cuius Sylu. vbi supra meminit, sed quantum existimo errore literæ deceptus fuit, & ideo lituit eā hic inserere, quia Doctores non referunt ad literam, cuius verba sunt.

Eugenius Papa. 4. seruus seruorū Dei, dilecto filio fratri Iacobo de Punadicis de Bononia, ordinis minoris, fratribus præfati ordinis, qui de obseruantia nuncupantur, in Italia Vicario generali, salutem & Apostolicam benedictionem: fideli relatione percepimus, in ciuitate Locij, non paruam per hæc tempora fuisse exhortam seditionem, de die debitæ perceptionis, sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, atque per aliquos religiosos fuisse affirmatum, non cōmunicantem actualiter, in die Resurrectionis Domini mortaliter peccare, licet in die iouis Sancti, & alijs quibuscunq; diebus infra annum, pluribus & frequentibus vicibus cōmunicassent: quod pijs auribus audire est molestum. Recolimus alias, per quendam nos breuiter scripsisse, venerabili fratri nostro Episcopo Licenti. per quod intelligebamus, satisfactum esse, mirati itaque sumus, quod postmodum noua controuersia redigit: sed inimicus homo, semper seminat cisanniā: cupientes ergo purgatum triticū in hor reū domini congregare, & inutilibus con tentionibus finē dare, attendentes iuxta doctrinam beati Augustin quod solent circunstantiæ scripturarum, illuminare substantiam veritatis: & non solum ad iacentia, sed ad præcedentia, & ad sequētia verba, sunt attendenda prudenter, cū dicat Canon, omnis vtriusque sexus, ibi ad minus in pascha Eucharistiæ sacramētum, & sequitur, nisi de proprij sacerdotis consilio, ad tempus duxerit abstinendum: dicimus expresse non esse intentio nis Legislatoris, animas illaqueare fidelium, sub mortali culpa obligando, ad cō municādum præcisse, in die Resurrectionis, sed terminum statuisse, de pascha ad pascham, cum dicat semel in anno id ad minus in pascha: causa enim & mens, po tius quam verborum sonus est attendē da: intelligimus itaque, optimè satisfactū esse canoni, si in hebdomada sancta vel infra octauas paschæ Resurrectionis dominicæ, secundum meliorem dispositionem conscientiæ, & ampliorem mentis deuotionem, fideles præparatione debita, Eucharistiæ pignus accipiant: & cū domino, pascha celebrent ad salutem, & huic sententiæ, omnes volumus acquiescere;

ćere, quare deuotioni tuæ cõmittimus, vt prædicta opostere intelligens, populo nota facias. Datis Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo nostri secreti, die primo Aprilis, Pontificat. nostri anno quarto. Et sic concludimus contra glossam nostram.

In.l.35.tit.4.par.1.in glo.4.

1 Confeßio per sacerdotem omni casu. est celanda sine exceptione contra Abb. & alios.

GLos.4.in verbo. *Que descubriesse confession* Concludit quod sacerdos, ea quæ sibi dicta sunt in confessione, tenetur occultare, etiam si magna dãna, & homicidia sint ventura. Contra quam conclu-
1 sionem tenet Abb.in.c. omnis. num.24. de pœnit & remiss & Dec.in.c.cum non ab homine de iud.col.1.limitãdo dictam glossę nostræ conclusionem, in casu hæresis, & magni damni reipublicæ eminentis, quia propter bonum publicum, & ne hæresis pestifera occulte serpat, aiunt licite posse confessionem reuelare, dicũtq; esse communem quam false Innocentio ascribunt.

Contra quos Nauar. in.c. sacerdos. de pœnit. dist. 6. num.116. cum pluribus sequentibus insurgit, & tenet contrariam opinionem: imo quod in prædictis casibus, confessor non potest reualere confessionem, etiam si confitens non deponat voluntatem, damni inferendi, vel hęresis seminãdæ: quę est ampliatio ad glossam nostram, quam conclusionem dicit esse cõmunem Theologorũ in.4.dist. 21. cui conclusioni, multi Cardinales subscripserunt. S.Bonauentura.d dist.21. Hostien. in titul de pœnit. & remiss. in summa. in §.in quo.num.53. Card. Florent.in. d.c. omnis. & Card. S.Xisti. qui Turrecrem. nuncupatur in.d.cap. sacerdos. & Card. S.Xisti, qui Caiet. dicitur in opusculo viginti & septem quęstio. in 15. quęst. vbi respondet, quod confessarius cui manifesta est, in confessione deliberatio, occidẽdi Regem, vel Summum Pontificem, cũ proposito id ad effectum ducendi, nõ potest illud reuelare: eandem conclusionem asserit frat. Fran. à Victor. in summa in titul. de cõfessione. num.183 fol. 146. qui dicit, omni in casu confessio celanda est à confessario: quia si in hoc daretur aliqua exceptio, nemo auderet cõfiter peccata grauia, neque propter vllum bonum quodcunque sit, illud licet sigillum confessionis infringere, quia nullum potest esse ęquale bonum, neque tam necessarium, vt est confessio.

In.l.40.tit.4.p.1. ad text.

1 Bona opera facta per existentem in gratia sunt meritoria gratiæ & gloriæ, & contrariũ per existentẽ in statu damnationis, licet ad sex proßint.

2 Dicta opera extra charitatem facta, non solum non sunt meritoria gratiæ & gloriæ, sed nec satisfactoriæ, nisi gratia liberalitatis, secundum quosdam.

3 Homo in statu damnationis non solum non potest facere opera meritoria gratiæ & gloriæ, sed neque actum moraliter bonum qualis est actus virtutis acquisitæ absque Dei gratia, vel auxilio speciali, & gratuito.

4 Oratio etiam facta in statu gratiæ & in cæteris bene ordinata: si tamen ex aliqua ratione sit peccatum veniale non est meritoria gratiæ, neque gloriæ.

1 NOto.text.in illis verbis. *Assi como aquellos, que los fazen, no estãdo en peccado mortal* Que verba probant, bona opera facta per nõ existentem in statu damnationis, esse meritoria gratiæ & glorię, & èconuerso infertur quod opera facta per existentem, extra charitatem non sunt meritoria gratiæ nec glorię: vt resoluit Ioã. Medin. in codice de satisfactio. in tract. 3.col.1.&.3.fol.20. vbi extendet istam cõclusionem, vt dicta opera facta in illo dãnatu statu, nullo tempore reuiuiscant, licet ad quinque prodesse dicantur. Primũ ad tollerabilius perferendum futurum iudicium. c. si quis autem. de pœnit. dist. 3.

Secun-

Secundum ad temporalem prosperitatē c. cauendū.de pœnit.dist.1. Tertium ad citius illustrari per pœnitētiam.c. falsas de pœnit.dist.5. Quartum ad assuetudinem operum bonorum. Quintum vt diabolus in tali non habeat tantam potestatem, vt habetur in dialogo S.Gregor. de iodęo cruce signato, qui ex hoc euasit manus dæmonum, quibus addo sextum casum, quod si talis postea saluatur, gaudebit se talia fecisse, de quo multa per Sylu.in verbo.charitas.num.6.& quoad primam vtilitatem, vbi diximus prodesse, ad tollerabilius perferendum futurum iudicium, sic intelligendum, quod prædicta opera, non faciunt futurum iudicium tollerabilius, vt pœnam debitā minuat, sed quod impediūt, ne alia debeatur, propter omissionem dictorum operum, quādo talia erant de pręcepto, secundū Ioā. Meti.in codic.de satisfact.fol.120. col.4. in fin. & est cōmunis Theolog.in.4.dist. 23. quòd opera facta extra charitatē, sunt mortua.& nunquam reuiuiscunt. Secus tamē est de factis in charitate, quia licet per peccatum actuale mortale extinguātur, tamen cum ad gratiam redeunt operantes omnia reuiuiscunt.

2 Et dicta opera extra charitatem facta non solum non sunt meritoria gratiæ & gloriæ, sed neque satisfactoria, quia satisfactio est amotio offensę, & amicitiæ restitutio, quod sine gratia & charitate fieri nō potest, vt habetur per S. Tho.in.4. dist.23.& sic resoluet Medin.in codic.de satisfactio.fol.223 col.3. referēs aliquos, negatiuā tenentes, & dicentes quod opera extra charitatem facta, sunt apud Deū de lege ordinaria satisfactoria, & alios sub distinctione respondentes, videlicet, quod si loquamur propriè, de satisfactione opera extra charitatem facta, quamuis bona sint, satisfactoria apud Deū non sunt: quia satisfactio propriè est actus iustitię, tamen affirmant, quod dicta opera valeant apud Deum, per viam liberalitatis & gratiæ ipsius Dei: his omnibus prętermissis, cōcludendum cum ipso Medi. vbi supr.fol.224.col.4. quod opera in peccato mortali facta, nunquā æterno præmio remunerabuntur, neque ad gloriam vnquam prodesse valent.c.odi.24.q.1.

Et glos.in Clem.si dominū de reliquiis & venerab.Sanct.& in.c.vt cognouerūt &.c.charitas.el.2.de pœnit.dist.2. & Nauar.in.c.quando.de consecr dist.1.cap.8. nu.2.fol.140. ex doctrina S. Thom.2.2. q.13.art 13.& Abb.in.c.quod quidā.nu.1. &.2.de pœnitent. examinando glos. ibi. que conclusio extenditur, etiam si postmodum ex charitate superueniente, cōplaceāt dicta opera bona, secundū Medin. vbi supra.

3 Secundo ampliatur, quod homo in statû peccati, non solum non potest velle, & agere actum vitæ æternæ meritorium, sed neque etiam potest velle, aut agere actum moraliter bonum, qualis est actus virtutis acquisitę, absque Dei gratia, vel auxilio Dei speciali & gratuito, secundum S.Thom.in.1.2.q.109.artic.2. &.q.24.art.14.quam defendit Archiep. Deca.in.2.sentētia.dist.28.&.29.q.1. in initio.& per totam quęstio.

4 Quæ conclusio tertio extenditur ad orationem, quæ etiam si fiat in statu gratię, & in cęteris bene ordinata, si tamē sit ex aliqua ratione peccatum veniale, non est meritoria gratię, neque glorię, quia nulla opera possunt esse bona & mala, meritoria & demeritoria, & quia oratio non exauditur, quando ipsa oratio non placet exauditori: & ideo quando ex aliqua causa est peccatum, etiam veniale, à Deo exaudire non potest. S. Thom.in.4. sentent.dist.40.q.1.art 5. & Major in. 1. dist.17.q.1. defendit Deça.in.2. sentent. dist.40.q.1. & doctissimus Nauarr. Nec minus deuotus in.c.quando. de consecr. dist.1.d.c.1.8.num.2.& 3.

In.l.42.tit.4.par.1.in gl.2.

1 *Opera vnius essentialiter, vel substantialiter non prossunt alteri, licet bene prossint ad aliquid accidentale.*

2 *Suffragia facta pro pluribus, an tantum valeant singulis, ac si pro singulis eorum sigillatim dicerentur & nu.3.distinguitur.*

4 *Quando sacerdos monetur ex se ipso ad sacrificium offerendum pro multis, etiam primo & immediatè, tunc non prodest singulis, sicut si pro sin-*

singulis offerretur, primo & immediatè.

5 Quando sacerdos est motus & stipendiatus à multis simul offerens primo, & immediatè pro illis, tunc ita prodest singulis, ac si pro singulis sigillatim sacrificium offerret, ex nu.6.

GLos.2. in verb. *Quatro maneras.* Mouet quęstionem non parui pendendã, an suffragia facta pro defunctis; æqualiter prosint omnibus, vel magis prosint illis pro quibus specialiter fiunt: & quamuis
1 glos. ista refert opinionem Hostiens. referentis opinionem Hugonis, tandem se remittit ad ea quę dixit in summa infra. in titul.13. ista par. Vbi concludit, quod essentialiter, vel substantialiter opera vnius nõ prossunt alteri, bene siquidem prossunt ad aliquod accidentale, vt ad remissionem poenę temporalis. & sic suffragia viuorum, possunt prodesse defunctis: quam cõmunicationem operum, duplciter dicit posse contingere, vno modo ex vnione charitatis, per quã omnes sumus vnum corpus cum Christo, altero modo actus vnius fit cõmunis alteri, per intentionem facientis, quia fit pro illo, vel vicê illius, & tales actus el præcipuè valēt in debitis soluendis: hactenus glo. ista.

2 Sed quia sub appellatione suffragiorũ, illud potissimum altaris sacrificium cõplectitur, & circa hoc maximum dubiũ versetur, an missa dicta pro pluribus, tãtum valeat singulis, ac si pro singulis eorum sigillatim diceretur: de qua quæstione dixit Sylu. in summa. in verbo. *Missa.* el.1 num.9. quod est quæstio necessaria, in practica operis, & difficilis in speculatione veritatis: ideo distinguam, vt melius dicta quæstio elucidetur modo sequenti.

3 Aut agimus de suffragijs per orationes, deprecationes, ieiunia, vel eleemosynas factis, & procedit dictum glos. quod tũc magis prossunt illis pro quibus fiũt: aut agimus de suffragijs, per indulgẽtias quęsitis, & est idem, vt in expresso asserit Nauar. in. §. in Leuitico in notabil.28. num.45. fol 219. idem Nauar in. c. quando. de consec. dist.1. c.19. nu.97. fol. 366. & per S. Thomam in 4. dist. 45. Aut loquimur de suffragijs factis per sacrificium missæ, in quo dubiũ totum versatur, quia sunt magis priuilegiata, quãm omnia suffragia, vt refert Gabriel. in expositione Canonis in lectio.57. fol.112. col.3. in fin. & circa hoc referam tres opiniones. Prima est Hostiens. dicentis, quod missæ & psalmi dicti pro multis, ita omnibus prosunt, ac si pro singulis dicerentur: secus dicit de orationibus & precibus & ieiunijs, quę suffragia magis prossunt quibus specialiter fiunt. Secunda opinio est dicentium, quod missa pro multis dicta magis prodest vni si pro eo solo dicatur.

Alia tertia opinio est distinguẽs & dicens, quod vnum sacrificium, ita prodest singulis pro quibus offertur, ac si offeretur pro singulis singulariter. Quę conclusio dupliciter potest intelligi: primo quando singuli habent simul aliquem sacerdotem rogatum, pro se offerentẽ primo: secundo quando singuli non habent pro se offerentem primo. sed aliquis offerens offert primo pro omnibus & consequenter pro singulis, tunc minus prodest singulis: & concludendo ex D. Thom. in.4. dist 45. q.2. art.4. & ex Sylu. in summa in verb Missa. num.9. qui satis obscure locuti sunt: dico, quod quatenus mis-
4 sa dicta sit primo & immediatè pro multis: procedit secũda opinio, dicens, quod missa dicta pro multis, magis prodest vni si pro illo solo diceretur, vel vti quando sacerdos mouetur ex se ipso ad sacrificiũ offerendum pro multis primo, & immediatè, tunc etenim non prodest singulis sicut si pro singulis offerretur primo & immediatè.

5 Quatenus vero sacerdos offert sacrificium, motus & stipendiatus simul à multis, primo & immediatè pro illis, tũc ita prodest singulis, ac si pro singulis sigillatim sacrificium offerret, quia tunc nullũ vnum numero suffragium diuiditur.

Et sic procedit tertia opinio supra relata, & cum ista distinctione erit intelligendum, quod dicit Gabriel. in Canon. missę. in lect.27. fol 44. colum.3. in liter. L videlicet, quod missa celebrata specialiter pro vno, vel pro paucis, plus valet illi & cuilibet de paucis, quã si celebraretur simul pro pluribus: & hoc tã ad pœnę solutionem, quam quoad boni gratuiti collationem, hoc intelligendo in eodem

gradu

gradu applicationis, quia si vni applicetur in certo gradu priori, nihilominus ipse consequitur, si mille applicentur in gradu posteriori: & etiam qnod dixit Ioann.de Turrecremat. in cap. non mediocriter. de consecratio. distinct.5 numer.4.&.7. & sic etiam limitandus est Ioann.de Sel. in tractat. de benefic. volumin.15. tractat.num 126. numer. 16 & Feli.in sermone.de indulgent. & Abb.in cap.ad liberandam.de iudic. & cum dictis distinctionibus procedit doctrina supradictorum Doctorum, & Honcala.in tract.de valo.missę.

6 Et vt clarius ista habeatur addā aliam distinctionem frat.Domin.à Soto. in.4. distinctio. 13. quæstio.2.articul.1. part.1. fol.563. dicentem in sacrificio altaris cōsiderantur illi qui offerunt, & illi pro quibus offertur, illi aut pro quibus offertur sunt in duplici differentia, nam alij sunt, pro quibus ex ecclesiæ instituto generaliter offertur sacrificium, scilicet, pro Papā, pro Rege, pro Episcopo, pro circunstantibus, pro parochianis qui decimas soluunt: & isti nullo maiori numero, suo fructu defraudantur, scilicet, satisfactionis & meriti, quia generali instituto ecclesiæ, singulis sacrificium applicatur, vnicuique in suo ordine & gradu: alij vero sunt, pro quibus specialissimè offertur, & dicetur, quod si plures sunt eleemosynam pro eodem sacrificio conferentes, vel sacerdotem rogantes & mouentes ad sacrificandum pro omnibus, (vt dictum manet) tunc quia specialem habent actum, circa idem sacrificium, censentur offerentes: & hac rarinne nemo propter aliorum societatem suo fructu, aut meriti, aut satisfactionis defraudatur: si tamen considerentur, quatenus ex intentione sacerdotis, pro illis offertur, certe minus crediderim obuenire singulis, quam si pro vno offerreretur, ratio differentię eā est, quia generali intentione ecclesiæ non applicatur, pro illis sacrificium, sed solum ex libera intentione sacerdotis, & cū istis remaner quæstio bene soluta, & intellectus. Sylu.in. d.verb. Missa.el.r.num. 9. qui per colūnas. 5. in eius expeditione laborat.

In.l.45.tit.4.p.1.in gl.6.

1 Dies cōcessi indulgentiarū nō sunt dies cœli, seu purgatorij, sed mundi.

2 Sacerdoti data est facultas imponendi pœnitentiam ad arbitrium boni viri.

3 Indulgentia simpliciter concessa non solum extenditur ad pœnitentias iniunctas, sed etiam iniungendas.

Glos.6.in verbo. *Quarenta dias.* loquendo de valore indulgentiarum dicit, isti
1 dies nō sunt dies cœli, seu purgotarij, sed
mundi, vnde remissio quadraginta dierum, tantum valer quantum si quis.40. diebus faceret pœnitentiam, secundum iuris cōmunis, vel sacerdotum, vel iustitię diuinæ impositionem. factam vel faciendam intelligendo, & quod ista tassa fiat secundum diuinam iustitiam principaliter, secundum canones vero ad arbitrium secerdotum secundario, inquantum taxant secundum iustitiam Dei, nō declinando ad minus, quia valent plus, neque excedendo in plus, qua valent minus glos.hactenus. In quantum gl. dicit, quod remissio centum dierum per indulgentiam, tantum valet quantum si quis pœnitentiam faceret, iniunctam sibi, vel iniungendam à iure canonico, vel à sacerdote, vel à diuina iustitia totidem dierū, & quod ista tassa debet fieri principaliter secūdum diuinam iustitiam. Duo dat intelligere, scilicet, quod cum istius taxę, secundum diuinam iustitiam impossibile sit scire quantitatem, quia sacerdos nō potest intelligere, neque scire quantitatem contritionis, neque quantitatem affectionis, quā peccator habuit in peccādo, neq; qui sit sufficiens, & adæquatata pœnitentia, ad cōdonandā pœnā tēporalē debitā pro peccato mortali condonato, vt notarunt Ioann. de Turrecrem.in capit.mensuram. de consecratio. distinctio.1.numer.6.& Nauarr.in.§ in Leuitico notab.15.numer. 8. Ideo dictus sacerdos faciat prædictam tassam, in im-
2 ponendo pœnitentiam, non ad libitum
& liberam suā voluntatem, sed perpensis circunstātijs, & rationibus, ad minuendā vel grauandā, quia licet cōmuniter habeatur, quod potest sacerdos in pœnitentijs iniungendis, arbitrari, per text. in.c. mensuram.de pœnit.distinct.1.& in cap.

tempora pœnitudinis. 26. quæstio. 7. tamen hoc non relinquitur suæ liberi voluntati, sed tanquam boni viri arbitrio, ne nimis vilescat nec nimis rigurosa cõturbet, & inquantum possit adæquet suam pœnitentiam taxationi diuinæ iustitiæ, cum duplicem pœnam, vel pœnitentiam habeatur à pœnitente esse debitam, alteram quam arbitrio Dei, & iure naturali taxatam subire debet, alterã quam arbitrio sacerdotis humano iure taxatam debet, secundum Abb. in cap. si Deus qui, num. 3. & 4. & per Hostiens. in summa de pœnitent. & remissio. nu. 60. & Ioann. de Turrecremat. dict. cap. mensuram. num. 6. vbi dicit, quod diximus, in. l. 25. supra isto titul. in gloss. 13. videlicet, quod pœnitens; quantumcunque bene persoluat pœnitentiam sibi impositam à sacerdote, si pœnitentia præfata, non sit sufficienter satisfactoria siue cõdigna, pro satisfactione pœnę debitæ culpę. pœnitens soluens talem pœnitentiam, non est omninò absolutus siue liberatus, sed erit obligatus persoluere in purgatorio, secũdum sanct. Thom. in 4. distinctio 20. & sic multum pœnitenti interest, quod imponatur ei pœnitentia, secundum iustitiam diuinam.

2 Secũdo innuit gl. nostra, in illis verbis, factã vel faciendam, quod indulgentia simpliciter concessa, extendatur non solùm ad iniũctas, sed etiam ad iniungendas pœnitentias, & post multa Martin. Azpil. Nauar. in § in Leuitico notab. 11. numer. 12. folio. 69. concludit, tenendo cum communi, quod per indulgentiam simpliciter, & absolutè concessam, condonatur pœnitentia tam iniuncta, quam iniungenda, & pœna purgatorij, quæ per talem pœnitentiam deleri potuisset, & ita in proprijs terminis cõcludit frat. Domi. à Sot. in. 4. distinctio. 21. quæst. 2. articul 1. fol. 911. colum 2 in versicul. hoc tamen non obstante.

In, l. 46. tit. 4. p. 1. in gl. 3.

1 Papa concedit mortuis indulgentias per modum suffragij, nec eis concedere eas potest per viam absolutionis iudiciariæ.

2 Tria requiruntur ad hoc quod indulgentiæ valeant autoritas, ex parte concedentis, ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas.

3 Indulgentiæ cõmensurandæ sunt cum causa.

GLos. 3. in verbo. *En purgatorio* in versic. quid autem de indulgentijs, quę con-
1 ceduntur mortuis existentibus in purgatorio: cui addo ad excludendum dubium Hostiens. quod istæ indulgentię conceduntur mortuis à Papa, per modum suffragij; ad denotandum eas. Papam minime posse concedere, per viam absolutionis iudiciarię, sed per modum suffragij impartiendo eis, de immenso thesauro ecclesię, acquisito ex illa sacratissima & ineffabili passione Christi filij Dei, & ex meritis Martyrum & Sanctorum, qui vltra debita satisfecerunt: & quia ita potest iuuare Papa defunctos indulgentijs, eo modo, quo ecclesia, cognati & amici, eos suis suffragijs satisfactorijs iuuant. Ita per Domin. à Sot. in. 4. distinctio 21. quæst. 2. articul. 1. fol. 910. column. 2. in fin.

Venio nunc ad versiculum (quod Papa) & tenet cum Abulen. quod indulgentiæ concedendę sunt, cum causa rationabili, facit text. in cap. super eo. de pœnit. & remissio qui indiscretas indulgentias
2 damnat. & ita Sylu. in verbo. indulgentia. num. 7. dicit, indulgentię simpliciter tantum valent quantum sonant, modo ex parte dantis sit autoritas, ex parte recipientis charitas, ex parte causę pietas, quę honorem Dei, & vtilitatem proximi comprehendit: istamque sententiam approbat Soto in: 4. distinct. 21. quęst. 2. articul. 3. fol. 913. & Nauarr. in. §. in Leuitico in notabl. 15. fol 100. num. 3. Ampliat prędictam conclusionem, vt non solum sint nullæ indulgentiæ factæ sine causa vlla, sed etiam illę quę concessæ sunt cum aliqua causa, sed non sufficiente, ad concedendam tantum indulgentiam: quia quoad partem illam, quæ causam excedit, non valebit quicquam, vt affirmat Augustin. ab Anchona. de potest. ecclesi. quæstio. 29. & 32. articul. 4.

3 Et Felin. in sermon. de indulgen. columm. 3. & Gabriel. super canon. missæ lectin. 57. in litera P. & latius per Adria. de indulgent. fol. 2. in versicul. secunda conclusio, & Thom. à Vio. in quæst 1. de causa indulgentiæ in tractat. indulgent. capit. 8. & Innocent. in capit. quod autem. de pœnitent. & remiss. & quamuis refert alios non pancos, contrariam partem tenentes, scilicet, quod licet Papa excedat in largiendo, sine causa, dictas indulgentias, tamen nihilominus tenent & valent, & pro ista parte adducit multa fundamenta: sed istis non obstantibus concludit cũ conclusione Abulensis, & glossæ nostrę.

Et sic respondendo ad. 4. argumẽtum, numer. 9. dicit, quod non est mens Papæ concedentis grauissimas & maximas indulgentias, pro leuibus & paruis rebus, vt quicunque illa quoquo modo fecerit, totam illam indulgentiam quærat, sed quod intra metam indulgentiæ illius quærat tantum, ad quantum concedendum, implementum illius paruæ rei sufficiet: vt latius & melius ibi videri potest.

In.l.47.tit.4.p.1.in gl.3. &.4.

1 *Prima, tertia, sexta, & nona qualiter respondeant horis horologij, ac modi varij computandi diem artificialem & naturalem.*

2 *In quibus horis diei dicendæ sunt horæ canonicæ.*

1 GLos. 3. in verb. *De tercia.* & in gloss. 4. in verbo. *A la sexta*, Ad intelligendum, dispositionem, & situm, harum horarum, primæ, tertiæ, sextæ, & nonæ, & qualiter respondeant horis horologij, presupponendum est, quod dies non est accipiendus, nec computandus, secundum Romanos, videlicet, à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, neque secundum Athenienses, à solis occasu vsque ad alium occasum solis, nec secũdum Babylones, ab ortu solis, vsque ad alium ortum, neque secundũ Arabes à meridie vsque alium meridiem: quas differentias enarrat. gloss. in l. more Romano. ff. de ferijs & dilationi. Dies tamen assumendus est artificialis, secundum Astrologos, ab ortu solis, vsque ad occasum: quamuis Elias Venetus in scholio ad saerum Boscum, in sphera, folio. 35. pagin. 2. hanc dicit, diei naturalis, & artificialis appellationem, diffinitionem nonam & barbaram semper credidisse, & inter alios quos ad hoc allegat, ponit Censorini verba dicentis, naturalis dies, est tempus ab ex Oriente sole, ad solis occasum, cuius contrarium tempus, est nox, ab occasu solis ad ortum: sed de hoc non curo, quia quæstio de nomine est, & sic assumendo diem artificialem, ad nostram computationem, de qua agimus, diuidendus est in duodecim partes æquales, siue dies sint parui, siue magni, cuius sex horæ durant vsque ad meridiem, ab ortu solis, alię sex reliquę, vsque ad solis occasum: & sic quando dies est sexdecim horarum, istę horę seu partes duodenę erunt maiores, & in mense Decembris erunt minores, & ita cum hora primę, incipit ab ortu solis, sic sexta finitur in meridie, incipitque post meridiem septima, finiturque duodecima in solis occasu: quæ colliguntur, ex Nauarr. in capit. quando. de consecratio. distinctio. 1. cap. 3. nu. 34. & 35. fol. 8. & Petrus Ciruel. in expositione missalis in lib. 1. cap. 10. num. 6 in
2 fin. fol. 53. inquit, de tempore autem in quo dicendę sunt singulæ horę canonicę, similis est facienda distinctio, sicut de officio missę, quia in ecclesijs maioribus matutini debent cantari in media noctę, & parum post laudes, in aurora, prima in ortu solis, sexta circa meridiem, nona post meridiem autem diebus ieiuniorum, vespere ferè post tres horas post meridiem, complectorium aliter propè occasum solis, sed ista etiam tempora posuit Nauarr. vbi supra, cum varietate, inter tẽpus vernale & hyemale.

In.l.48. tit.4.par.1.ad tex.

1 *Missæ dicendæ sunt ab aurora vsque ad sextam inclusiuè, & diebus ieinniorum in nona, & post no-*

nam diebus ordinationum.

2 *Quod ratione deuotionis licebit paulum post meridiem celebrare.*

3 *Ante auroram non licet celebrare nisi de licentia Episcopi vera, vel præsumpta, & quid si Episcopus itineret.*

NOto text. in illis verbis. *E despues hasta la nona.* Quę verba intelligenda
1 sunt exclusiuè, regulariter enim verò missæ celebrandę sunt, à parte post in tertia, & sexta, & nona diebus ieiuniorum: & etiam post nonam, quando ordinationes fiunt. capit. solent. de consecratio distinctio. 1. & capit. necesse, eadem distinctio. & per Sylu. in verbo. Missa. idest. numer. 6. & missę priuatę possunt dici ab autora, vsque ad nonam inclusiuè diebus ieiuniorum, secundum Angel. de Claua. in summa in verbo. Missa. & summa Pisanela eodem verbo. & Gabriel. in Canone, lectio. 14. folio. 14.

Sed cum magis consonum iuri videatur, quod ista lex loquatur exclusiuè, quæro an post horam sextæ, licebit celebrare, & Guillerm. Durand. Speculat. in rationa. diuin. officio. in lib. 4. fol. 58. column. 4. post medium dicit, qui aut necessitate præueniunt tertiam, aut offerunt post sextam, amore diuino, ne videlicet eis dies absque sacrificio prætereat, excusare possunt cum discipulis, qui vellerunt spicas in sabbatho. Ex quo constat, quod licebit celebrare post sextam, quę finitur, secundum vnam computationem in meridie, & secundū aliam post meridiem: & sic nihil mirū, si post duodecimam horam, quam horologium sonat in meridie, celebrare licebit, vt bene computauit Nauarr. in. dict. cap. quando. in notab. & cap. 1. num. 24. fol. 38. quam conclusionem, vsque ad dimidiam horam post meridiem, auderem extendere, & non amplius, vt testatur Ioann. Andr. in capit. 1. de celebra. miss. qui dicit omni die missam celebrari posse, vsque ad sextam, column. 3. in medio, quem Nauarr. in summa. c. 25. n. 85. impugnat, & dicit, quod etiam hora sextæ, præterita licebit celebrare, dū modo sine scandalo fiat, à quo libenter discedam, quia aliter consuetudo se habet, quæ optima est legum interpres. l. cum de interpretatione. ff. de leg. & in capit. fin. de consuetud. & quia per eandem consuetudinem, antiquatum est canon, in capit. solet. in. §. in ieiunijs disponens quod diebus ieiunij, & quatuor temporum, missa celebretur, circa vespertinam horam, in sabbato vero Sancto paschæ circa noctis initium, in hoc non immorabor: quamuis Nauarr. d. c. quando. in capit. 3. numer. 44. dicit, quod liceret diebus prędictis, missam dicere etiam hodie, hora tertia post meridiem, quia per consuetudinem solum præscriptum est, quod ante meridiem posset dici, non quod post meridiem non posset dici, quam limitat, si fine scandalo, fieri poterit.

3 Item, quæro an ante lucem celebrare liceat: & credo licebit, ex iusta causa, vel vti si non sit Eucharistia in sacrario, & infirmus esset communicandus, & de licentia Episcopi, vt tenuit Sylu. in verbo. Missa. el. 1. numer. 6. vel si Episcopus itinerat. gloss. in capit. fin. de priuil. in. 6. idem crederem dicendum, si sacerdos ex iusta causa esset discessurus, & parochiani remansuri in die festo sine missa, quia de eorum instantia, & eius deuotione celebrare licebit, nam ibi inest præsumpta licentia Episcopi: ex quibus sequitur intellectus, ad decretum de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ, in sessio. 22. Concil. Tridentin. folio. 107. præcipiens, vt horis debitis celebretur. His tamen non obstantibus video Nauarr. in summa. capit 25. numer. 85. dicentem, non licere etiam Episcopo itinerati ante lucem missam dicere, reprobata gloss. in dict. cap. fin. de priuil. in. 6. secundum DD. in cap. in nocte. de consecratio. distinctio. 1.

In.l.58.tit.4.p.1.in glo.1.

1 *Vnde, & quare dicatur missa, & quare dicitur actio, & quas partes contineat.*

Missa

2 Missa prima celebrata fuit per Iesum Christum sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, & per quos Papas fuerunt partes missæ constructa.

3 Ordinem celebrandi missam in scriptis primitus tradiderunt Iacobus frater Domini, secundum carnem, & Basilius Cæsariensis, & dictus Iacobus qui etiam iustus nũcapabatur inter Apostolos, primus missam dixit, missale composuit. sanct. Gregorius.

GLos.1.in verbo *Embiada*. text. & glos. exponunt, quid dicere vult, hoc nõ-
1 men Missa, cui addo Magistrum sententia.in.4.distinctio.13.qui ex sermone Augustin.de corpore Christi, dicit, Missa dicitur eo quod cœlestis medicus, ad consecrandum, & viuificandum corpus aduenit, & sanct. Thom. in. 4. dict. distinctio.13.referendo Hugum de sancto Victor. refert alias tres rationes, quare Missa dicatur, & Ioann. de Turrecrem. in capit.Iacobus. de consecratio. distinctio 1.quærit, quid dicatur Missa, & dicit, quandoque dicitur Missa, totum quod ab introitu vsque ad ite Missa est, quandoque ab introitu vsque ad offertorium, quæ dicitur Missa cathecuminorum, quandoque illud quod sub silentio dicitur, quandoque tantum verba consecrationis. Nicola. Plocius in tractat. de sacrificio Missæ addidit quatuor rationes, quare Missa, dicatur, & eam septem nominibus nuncupat, & finaliter dicit, quod dicitur actio, secundum Leonem Papam: nam locus est ecclesia, iudex Deus, actor diabolus, reus populus, conscientia testes, sacerdos defensor.

Continet dicta Missa duas partes principales, quæ ad Deum patrem transmittuntur, scilicet, orationes sacerdotis, & ipsum sacrificium Eucharistiæ, quorum primum efficaciam babet ab opere operante, saltem in quantum est quid meritorium, reliqua vero ab opere operato, secundum sanct. Thom.in.4.dict distinctio.13.& Angel.de Cla. in summa. in verbo. Missa remissiuè.

2 Et quia oportune cadit scire, quæ fuit prima Missa, & per quos additæ fuerunt lectiones, & introita, Euangelia, & alia quæ hodie in ea insunt, dico, quod prima fuit illa, quam instituit Dominus Iesus Christus sacerdos, secundum ordinem Mechisedech, quando panem & vinum, in corpus & sanguinem suum transmutauit, dicens, hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, & subiungens. hoc facite in meam cõmemorationem, Apostoli autem addiderunt istis verbis, orationem Dominicam, & dicitur, beatus Petrus, Missam sic primitus celebrasse, in partibus Orientalibus, vbi per quatuor annos Cathedram tenuit sacerdotalem: deinde accepit Cathedram Antiochenam, vbi tres orationes ad missam adiecit, & in primordio ecclesiæ nascẽtis primitiuæ, officium Missę, incipiebat a lectionibus: sequenti vero tempore, Epistola tantum & Euangelio recitatis, Missa celebrabatur. Subsequenter Celestinus Papa instituit introitum ad missam, cætera vero diuersis temporibus instituta sunt, ab Alexand 1. Sixto, Thelephoro, Damaso, Celestino, Gelasio, Gregorio.I. Sergio, Gregorio.III.& alijs Pontificibus, prout visum fuit crescente culto diuino decentius constituere.

3 Item Iacobus frater Domini, secundum carnem, Episcopus Hierosolymitanus, & Basilius Cæsariensis Episcopus, tradiderunt nobis in scriptis, ordinem celebrandi missam. Item dicitur dict. Iacobus Alphei, primus Hierosolymis inter Apostolos, missam celebrasse, vt refert Antoni. Archiepiscopus Florentin. in Chron. part.1. titul.6. capit.8. & quod propter excellentiam sanctitatis eius, Apostoli hunc sibi fecerunt honorem: vel forte, ideo dicitur primus eam celebrasse, quia primus in Pontificalibus eam dixisse perhibetur, & sic Petrus postmodum primus missam in Antiochia celebrauit, Marcus in Alexandria, vt enarrat Guillerm. Durand. Specul. in rationali diuinorum officiorum. lib.4.folio.37 colum.3.& 4. & Ioann. à Turrecrem. in cap. Iacobus. de consecr. dist.1.nu.1 & licet Iacobus, &

Basilius, vt manet dictum, nobis missam in scriptis tradiderunt, librum tamẽ missale, ordinauit, & composuit diuus Gregorius, vt tenet Doctor Ciruelus in expositione missalis, in prooemio, numeto.4. & numero. 6. in fin. vbi dicit, talem analogiam habet Euangelium ad totæ missæ officium, qualem habet subiectum, ad totam scientiam, quia omnia in ea tradita, ad subiectum referuntur, vel habet se: sicut centrum ad omnes lineas in arte pictoria.

In.l.64.tit.4.p.1.in glo.4.

1 *Subdiaconi lauare possunt corporalia, & etiam de consuetudine moniales.*

Intelligitur tex.in.c.nemo.el.2. de consecratio.distinct.1.

Glos.4. in verbo. *Los prestes:* In quantum notat, nouã dispositionem istius legis, quod corporalia lauentur per pres
1 byteros, benè tanquam nouum aduertit gloss. more suo; quę dicit, quod diaconi cum alijs minoribus clericis, possunt lauare corporalia, per text. in capit. nemo.el.2. de consecrat. distinctio. 1. & allegat Archid. ibi. qui nihil ad propositum dicit: sed Ioann. de Turrectema. in d. capit. nemo. contrarium asserit, exponendo litetam text. in hunc modum, vbi text. dicit. à diacono cum humilibus ministris: ipse aliter ordinat literam text. scilicet (à diacono, vel humilibus) quæ dictio alternatiua est: (& humilibus) exponit deuotis, & sic videtur tenere, quod corporalia ab istis lauari possunt, dum tamen intra sacrarium lauentur, & in pelui ad hoc deputata: sed quia huic sententiæ obstant text. in capit. in sancta. & in cap. vestimenta. de consecrat. distinctio. 1. prohibentes ne vestimenta, aut vasa, per laicas personas tangantur, ideo existimo text. & Turrecremat. humiles, vel deuotos ministros, vocare clericos in minoribus constitutos, qui ministerijs ecelesię addicti sunt, in ipsa ordinis susceptione.

Et sic congruit: quod per istos, cum diaconis lauentur corporalia, quę etiam per moniales lauari non possunt. capit. vasa. & capit. sactas. 23. distinct. de consuetudine tamen, lauant dicta corporalia, & excusantur à peccato, vt testatur Sylu. in verbo, benedictio. nu. 8.

In.l.66.tit.4.par.1.in gl.1.

1 *Sanctum dicitur, quod ab iniuria hominum est defensum, vel dicit mundities, & sanctum etiam dicitur, quod legibus est munitum, vel firmum.*

2 Sanctitas etiam dicitur illa per quam mens hominis seipsa, & ipsos actus applicat Deo, & quod secundum. l. sanctum, dicitur sanctum à sagminibus. 2

Glos.1 in verbo. *Afirmada.* Lex ista diffinit quod significat sanctum, & di-
1 cit. *Sancto tanto quiere dezir como cosa afirmada en bien. e esta afirmança se entiende señaladamente por la Fe que ouieron, e por las buenas obras que fizieron en ella, porque se allegaron a firme estado de gloria, que no se puede mudar.* In cuius confirmationem gloss. ista citat. l. sacra. in. §. propriè. ff. de rerum diuisio. cui addo. aliam legem quæ melius explicat. in. l. sanctum. eo titul. de rerum diuis. cuius verba sunt sanctum est, qnod ab iniuria hominum defensum est, atque munitum: & sic Domin. de sanct. Gemin. in capit. decet numer. 1. de immuni. ecclesia in. 6. dicit, loca sacra sunt sancta, idest, firmata poenis, vel statutis contra delinquentes, in illis text. in. §. qui vero. in authentic. vt liceat matri & auiæ. & in. § sanctæ insti. de rerum diuisio. & in. l. si quis in hoc genus. C. de Episcopis & clericis, sed omnes prædictæ. ll. loquuntur in casu diuerso à lege nostra, ideo dicemus cum sanct. Thom. in. 2. 2. quæstio. 81. artic. 8. nomen sanctitatis, duo videtur importare: vno quidem modo mundiciam, & huic significationi competit nomen grecum, dicitur enim àgyos, idest, sine terra: alio modo importat firmitatẽ, vnde apud antiquos sancta dicebãtur, quæ legi-

legibus erant munita, vt violari non deberent, & ita dicitur aliquod esse sanctũ, quod legibus est firmatum, in quo casu loquuntur.l.sacra.& l.sanctum.&cętera supra allegata. Item hoc nomẽ sanctũ ad mundiciam pertinet, alia ethimologia, vt dicatur Sanctus, quasi sanguine tinctus, eo quod in lege veteri, illi qui volebant purificari, sanguine hostiæ tingebã
2 tur, vt Isidorus dicit in libro ethimologiarum.

Sed lex nostra loquitur de sanctitate, idest, de firmitate, quæ exigitur ad hoc quod mens Deo applicetur: applicatur enim ei sicut vltimo fini: vnde dicebat Apostolus ad Romanos.c.8. certus sum, quod neque mors, neque vita, separabit me à charitate Dei: sic ergo dicitur sanctitas, per quam mens hominis, se ipsa & ipsos actus applicat Deo: & sic sanctitas de qua dictæ.ll. loquuntur, diuersam trahunt ethimologiam. Inquit enim dict. l. sanctum. Sanctum dictum est à sagminibus, sunt autem sagmina herbę quędam, quibus legati populi Romani vti solebant, ne quis eos violaret. Sicut legati Gręcorum ferebant aliam, quę dicitur *Cericia*: vnde dixit ibi glos. quod legati dicuntur Sancti, & sic hoc nomen sanctio, iure positum, significat inuiolabilem, & ab iniuria hominum legalẽ statutionem, & hoc significat. l. sanctio legum.ff. de pœnis, & sancire nihil in iure aliud est, quam stabilire inuiolabiliter: habentur multa per Troylum Malutium in tract. de canonizatio. sancta, vol.15 in tractat. doctor. in dubio primo. fol. 417. nu.5.&.6.&.7.

1 Sufficit Papæ approbatio, vt quis pro sancto veneretur, & approbatio Cardinalium est de præcepto.

1 GLos.3.in verb. *Apostoligo.* probat quod non potest quis, tanquam sanctus venerari, quousque per Papam fuerit approbatus, & ista approbatio sola sufficit, & quod fiat de consilio Cardinalium, vt lex nostra dicit, est de consilio, & non de præcepto, secundum gloss.6. infr. ista lege in fin. & istam sententiam dicit cõmunem dict. Troylus Maluicius in tract. de canonizatio. sanct. in tractat. doctor. volum.15.fol.419.à numer. 30. vsque ad num.34. vbi refert quamplures contrariã tenentes.

1 Vt pro sancto quis canonizetur requiritur actuum frequentia, quæ per duos actus constituitur.

GLo.5.in verbo. *Milagros.* probat, quod ad hoc vt quis pro sancto canonizetur, esse necessariam frequentiam miraculorum probari per eosdem testes, vt per Archid. in cap. nec mirum 26. quęst. 5 & Vincent in cap. venerabili. de censi. & Troyl. Malucium. vbi supra. frequentia autem actuum dicitur si per duas vices fiat, gloss in cap. monasteria. de vita & honest cleric. & gloss. in. §. fin. in authentic. de defensori. ciuit. Abb. in dict. cap monasteria. num.6. & in cap. tua. de appellat. in gloss.1.

In.l.69.tit.4.p.1.in gl.2.

1 Sacramentum extremæ vnctionis licet à sancto Iacobo publicatum à Christo institutum fuit cuius peculiare fuit.

2 Tres esse effectus sacramenti extremæ vnctionis, gratiæ, collatio peccatorum remissio, infirmorum alleuiatio.

GLos.2. in verbo. *Sanctiago.* Nil aliud facit: gloss. quam citare Iacobi Epistolam: sed ego pro legis intellectu latius
1 dicam. l. ista agit de sacramento extremę vnctionis, & inquit. *E esta mandò fazer el apostol Sanctiago*: quę verba legis, non vt cortice sonnant, sunt intelligenda: quia licet à Dno Iacobo iussum fuit fieri, non ab eo fuit institutum, vt tenuit Magister sentent. in.4. distinct.23. questio.1. Sed vt ibi tenet sanct. Thom. est intelligendum, quod sint istud sacramentum ab Apostolis promulgatum, & à Christo institutum. Nam institutio sacramentorum, pertinet ad potestatem excellentiæ quã solus Christus habuit: & quãuis nõ habemus locũ expressum vbi ab eo fuerit institutũ, habemus tamen ꝙ sit sacramentum, ex traditione ecclesiæ, quæ errare non potest, in his quę sunt fi-

dei, vt extat decissum in sess.14.canon 1. in tit.de sacramento extreme vnctionis, in Conc. Trid.fol.79 & tradit frat.Fran. à Victor in summa.de sacramen.nu.213. fol.168 & Dom.à Sot.in.4: sentẽ.dist.23. q.1.art.2.p.1.& Archiepisc.Deça. in defensioni,ad S.Thom.in.4.in.d.distin.23. quæst.1.

Et effectus hujus sacramenti sunt tres:
2 gratiæ collatio, peccatorum remissio, infirmorum alleuiatio. Sed circa hoc versatur dubium quæ peccata remittat, & Ricard.Bonauent.Scot.Durand.& Maior. in.d.4.distinct.23. dicunt, quod remittit peccata venialia, nec his contrarium est, quod dixit frat.Franc.a Victor. in summa, quod tantum reliquias deleat, nempè inclinationes ad malũ. In quolibet enim peccato tria considerantur, videlicet, macula culpæ, reatus pœnæ, & reliquiæ, & duo prima delentur per sacramentũ baptismi & pœnitentiæ: tertium quod est reliquię, idest, inclinationes ad malum, & torpor ad bene operandum, delentur per sacramentum extremæ vnctionis: sic Victor. vbi supra. num.214. Nec obstat, quod Dom.à Sot.in.4.dist.23.q 1.art.2. vbi dixit. quoniam decissum extat. Cõc. Trident sess 14.in canon.2 in titul.de sacramenti.extremæ vnctionis.fol.79.cuius verba sunt, si quis dixerit sacram infirmorum vnctionem, non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit: & sic necessario concludendum, quod delit peccata venialia, & etiam reliquias, quæ sunt quidam defectus ex peccatis actualibus prouenientes, & huiusmodi autem defectus prout S. Tho. notat in. d.4. distinct. 23.q.1. articul 2. ad secundum, non sunt pronitates, seu inclinationes ad peccatum, vt supra dixit Victor.loco citato, sed est quædam spiritualis habilitas, ex peccatis in mente relicta, qua ad actus gratiæ minus potens est anima, & ad actus gloriæ robur non habet: eumque Deça.defendit in.d 4.distinct. 23. quæstio.1. in responso, Quantum ad tertium. Et dicta conferunt ad intellectum.l.70.infra proximæ.

Titulus quintus. De los Prelados de sancta Yglesia.

In.l.5.tit.5.p.1.in glo.12.

1 *Episcopus, & quilibet confessarius virtute bullæ Cruciatæ commutare poterit votum eundi ad sanctum Iacobum.*

2 *In omni voto voluntatis redimẽdo vel cõmutando autoritas Episcopi sufficit, exceptis quatuor, & an, & quando poterit dispensare super voto pœnali.*

3 *Casus remissiuè ponuntur in quibus Episcopus potest dispensare.*

4 *Episcopus an poterit dispensare cõtra statuta synodalia.*

5 *Episcopus non dispensat contra cõcilium limitatur in duobus casibus.*



Lo.12.in ver *Otras maneras.* duas à d.gl. colligo conclusiones, prima dicit in voto emisso eundi ad sanctũ Iacobũ, Episcopus potest de iure dispensare, secundum Abb.in c.ex multa.n.10.de voto & voti:
1 sed contrariũ tenet Sylu.in verb.votum, el.4.in versic.in alijs votis & peregrinationibus.

Secunda conclusio refert aliã Abb.opinionem in.c propo suit.nu.12.de concessio.præbend dicentis, Episcopus nõ liberat dispensando in totum à voto, sed cõmutat: Papa vero potest ex toto liberare, dispensando.

Prima conclusio dicens, quod in voto emisso eundi ad sanctũ Iacobũ dispẽsat Episcopus, indubitanter procedet hodie Hispaniæ comutando per bullas concessas vbi Papa tantum reseruat sibi vota castitatis, religionis, & vltra marina, quæ sunt visitatio terræ sanctæ. & apostolorũ Petri & Pauli: neq; Syl.in.d.verb.votũ. el.4. est Panormitano contrarius, imò

in

in eadem sententia ambo cōcordant. Et ita ibidem d. Syl. in nu.3. in. d. versic. in alijs autem votis dicit. Papa solus dispensat in quatuor, sibi secundum morem curiæ reseruatis, scilicet in voto perpetuæ continentiæ, & religionis, & in tribus votis peregrinationis: & ita de facto servatur, licet non sit de iure cautum. At ista non sunt contraria, nam Abba. loquitur de iure, quod non abnegat Syl. qui loquitur de cōsuetudine & stylo curiæ. Et Hispaniæ per. d. bullam Cruciatæ, quilibet confessarius poterit commutare dictum votum.

2 Secunda glossæ conclusio sequendo Abb. opinionem in. c. proposuit, de concessio. præben. nu. 12. dicit, quod Episcopus solum potest vota commutare, sed non in totum dispensare, sicut Papa. A qua cōclusione (licet nō ita apertè) discedit gloss. nostra in. l. 5. in glo. 1 infra tit. 8. ista part. vbi dicit. In omni voto voluntatis, redimendo vel commutando authoritas Papæ sufficit, nullo casu excepto. Episcopi autem authoritas, in omnibus sufficit, exceptis duobus. Idemq; videtur velle glo. ista in quantum se allegat ad. d. l. 5. tit 8. infra, & non remansit in Abb. opinione, quę in hoc communiter est reprobata: quia ista est vera cōclusio, quisquis potest in voto dispensare, potest commutare, & ècontrario, nisi fortè esset aliquod votum indispensabile ex se. Vnde neque est votum, in quo Episcopus non possit dispensare, si illud potest commutare, ita Syl. in summa in verb. votum el. 4. nu. 3. quem sequitur Domin. à Sot. in lib. 7. de iust. & iur. q. 4. art. 3. fol. 654. col. 1 reprobando etiam Abb. in. d. c. proposuit. Fateturq; dictam sententiam contra Abb. esse communem Dida. Couarr. in. c. quamuis pactum de pactis. in. 6. prima part. relectio. §. 3. nu. 12. dicens in quolibet voto, quilibet Episcopus dispensat, præter votum castitatis, & peregrinationis Hierosolymitanæ, & Romanæ, & Compostellanæ. Vbi tangit vnum pulchrum dubium, an Episcopus poterit dispēsare super voto pœnali, priusquam illud opus, quod sub pœna interdictum est cōmitatur, & concludit, quod si votū fiat alicuius operis absolute, poterit super eodē voto dispensare is prælatus, qui ius & potestatē habet super ea re, quæ in votum deducta est dispensandi, vt si quis vouerit nō ludere absolute. At si in hūc modum, votum emisit, vt vouerit nō ludere, sub pœna religionis, vel aliorum votorum, Papę de more reseruatorum, ante commissam pœnam: poterit quilibet Ēpus, cui vouens subiectus fuerit, dispēsare ex causa.

Post commissam autem pœnam, quidam censent, posse votum pęnale religionis, aut peregrinationis reseruatæ, dispensari per Episcopum. Quia qui vouit legę pęnæ religionem, aut peregrinationem nō habet in animo ea quæ vouet, sed tandem concludit d. Couarr. vbi supra tutiorem opinionem esse, quod à summo Pontifice petatur, post commissam pænā absolutio: ita etiam concludit Domin. à Soto. lib 8 de iust. & iur. q. 4. art. 5.

3 Sed cum de facultate Episcopi in dispensando cum votis volūtarijs diximus, nunc generaliter tangam casus, in quibus potest dispensare vel non potest & quia materia ampla est, aliquibus remissionibus erò contentus. Et sic inquam quod Guiller. Dura in tit de dispensat. à nu. 1. vsque ad nu. 22. ponit 163. in. §. nunc de Episcoporum, in quibus Episcopus potest dispensare. Et Aluar. Pelag. lib. 1. de pract. Ecclesiæ, art. 50. ponit alios, & Bertachi. in tract. de Episcopo volu. 2. tract. Doct. lib. 4. sui operis. nu. 107. fol. mihi 166. ponit. 136. casus & alios in quibus dispensare nō potest, signauit idem ibi nu. 144. & Specula. in d. §. nunc de Episcoporum à nu. 25.

4 Et an Episcopus poterit dispēsare contra statuta Synodalia, tenet Bern. Diaz à Luco, quod sic in reg. 242. & ibi Salzedius additionator, & Dueñas reg. 246 & Ioann. Graci. reg. 433. nu. 6 & Henri. Botheu. in tract. de synodo Episco. 2. part. art. 4. à nu. 1. ampliat regulam sex modis, & duobus limitat: primò, quando statuta transeunt in pactum, vt in nu. 10. dixit: secundò, quando statuta sunt iurata per d. Episcopum: quia cum se ipsum à iuramento absoluere non potest, ita non potest dispensare contrà iuramentum, secūdum Panor. in. c. at si clerici. in. §. de adulterijs. de iudi. Circa quod magna inest controuersia, vt ibi per. DD. habetur.

5 Sed restat nunc videre, an d. Episcopus poterit dispensare contra Concilium, & concludit quod nō glo. in. c. dilectus. el. 1 de præber. in verb. cum se facultas, & similis gloss. in. c. cum dilectus. in verb. in

ætate

ætate.de electio. & Ibi per DD. & Inno. in c.1.de filijs presbyt.& secundum alios quos refert Dueñas reg.248.

Limitatur prædicta conclusio si magna sit causa necessitatis vel vtilitatis, vt tenet Abb.in d.c.at si clerici.in.§.de adulterijs.nu.9.& Rota.decisio.262.in nouis, secundum antiquam impressionem, & secundum nouam in.5.decisio. in tit. de iure patro.

Secundo limitatur, si Canon Concilij esset penitentialis, quia cum penitentiæ sint arbitrariæ, vt supra dictũ manet, poterit super eis dispensare, nisi forte Canõ Concilij penam inducat, quæ imponi nõ potest, nisi per Papam, vt in depositione Episcopi, de quibus latè per. d. Dueñas, reg.248.

1 *Distinguitur quando Papa dispẽsat in iuramento, & in quibus potest sine causa dispẽsare, & in quibus nõ, quia aut materia exspectat principaliter ad Papam, aut reuerẽtiam Dei, aut commodum hominis.*

2 *Datur absolutio iuramenti directè à Papa, & à Prælatus ratione publici officij, quia ita expedit fieri vtilitati publicæ.*

3 *Quandoque iuramentum remittitur directè ratione consequentis ab antecedenti.*

4 *Citatio requiritur in dispensatione iuramenti, quando petitur absolutio iuramenti, & ea præstita simul recisio contractus cũ duobus limitationibus.*

5 *Citatio partis non requiritur in absolutione iuramenti præstiti in cõtractu ad solum effectum agendi, vel excipiendi quando à Papa petitur.*

GLo.14.in verb. *Soltar las juras.* Cũ lex 1 ista pertranseat casus exprẽssando, in quibus Papa potest dispensare, subdit, *E a poder otro si de soltar las juras.* Et glossa. ista dicit exponendo verba, id est, sine preiudicio tertij, & melius se explicando distinguit cum Abb.in cap. quanto, de iure iur.num.8. dicens, aut materia, super qua iuramentum imponitur expectat principaliter ad Papam, & potest sine causa dispensare, aut expectat principaliter ad honorem & reuerentiam Dei, & non potest sine causa remittere iuramentum, aut expectat principaliter cõmodum hominis, & tunc sine causa Papa non remittit, vt per Diuum Thom. 2. 2. quæst.89, artic.9.ad tertium.

Assumendo igitur primam conclusionem, quando scilicet materia, super qua iuramentum imponitur, expectat principaliter ad Papam, an Papa poterit dispẽsare. Et præmittendum est, à Papa, vel à prælatis, dupliciter fieri dispensatio iuramenti, directè vel indirectè, & glos. nostra loquitur de dispensatione, quæ à Papa, vel à prælatis directè fit, & de materia eis subdita, vt contingit in patre ratione filij, & in viro respectu vxoris, & in Domino respectu serui. Ideo in materia beneficiorum, & ad eorum ministeria attinentia, & circa rerum Ecclesiasticarũ alienationem, quamuis aliqua sint iuramenti vinculo prohibita, qui ex dispensatione contra ea fecerit, erit tutus in foro conscientiæ: quia iuramentum circa prædicta emissum, dicitur semper in eo, excepta esse superioris autoritatem, & concludit Didacus Couar.in.c.quamuis pactum de pact.1.p §.3. numero.5. & sanctus Thom. vbi supra. & ibi bellissimè per Thomã à Vio. Card. Sancti Sixti & potest fieri dicta dispensatio sine causa per supra dicta secundum Abb.in.d.c. quanto, num.8. prope finem. Et Syl. in verbo, iuramentum. el.5. num 2.

Quoad secundum tamen casum quando iurauit in honorem Dei principaliter quod sine causa Papa non poterit dispẽsare, communiter est recepta, vt si quid pro fabrica promisit, vel pro religionis ingressu, quia non potest remittere obligationem Deo quæsitam, sine causa quã reddidit Ioan. Andr. in.c.2.de spõsa.tex. in c. manet 24.q.1.&.c.is qui.23.q.4.

Quoad tertium & finalem casum, quãdo materia super qua dispensatur, expectat principaliter commodum hominis, communiter etiam approbatur, quod dispensari non potest sine causa. DD. in.d. c.quanto. Et Thom à Vio.in.2.2. q. 89, art.9.& Abb.& Fel.in cap. constitutus, de

de ref. Cardin. in Cle. ii. § fin. q. penul. de iure iur. Ioan. de Selua. in tract. de iure iurand. 4. par. q. 4. vol. in tract. Doct. & Didac. Couar. in. d. cap. quamuis pactum. 1. pa. § 3. num. 4.

2 Datur etiam directè absolutio iuramenti à Summo Pontifice, & à Prælatis Ecclesiæ ratione publici officij, quia ita expedit fieri ad vtilitatem rei publicæ. Et quandoque in pęnam humanæ sęuitiæ, quę contigit in iuramentis extortis ad solutionem vsurarum. c. debitores, de iure iuran. & in iuramento extorto per metum. c. si vero, de iure iur. de quo per Couar. in lib. 1. variar. resolu. cap. 4 nu 5, & in. 4 p. c. 3. § 5.

3 Quandoque etiam iuramentum remittitur ab ecclesia indirecte in totum, per naturam rationis consequentis ab antecedenti: quemadmodum contingere solet, cum aliquis Episcopus vel Rex priuatur Episcopatu vel regno: nam ex hoc statim sequitur, iuramenta his à subditis præstita, remissa censeri. tex. in capit ad Apostolicę, de re iud. in. 6. secundũ Tho. à Vio. in d. 2. 2. q. 89. art. 9. in finalibus verbis.

4 Quęro nunc quando in prædictis absolutionibus impetrandis, requiratur citatio partis aduersæ, & dicendum quod in dispensationibus, quæ ex officio publico conceduntur, in pœnam & odium humanæ sęuitiæ, quales sunt quæ de cõtractibus illicitis impetrantur, quod si quis absolutionem iuramenti, ratione contractus illiciti petit, & etiam simul vult, vt per annullationẽ cõtractus actio extinguatur, tunc necessaria erit citatio, vt asserit Abbas in cap. r. de iure iurand. num. 10. & Felin. ibi, num. 23. & Curtius Senior consil. 65. col. fin. & Deci. in cap. qua fronte, de appella. num. 7. & Seluan. in tract de iura. quæst. fin. quidquid dixeriot Bald. & Soci. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petat. quam defendit Didacus Couarr. io lib 1. varia. resolu. capit 4. numer. 5 & diuidet quæstionem tripliciter, & tandem concludit, quod potest peti absolutio iuramenti, & simul io euentum absolutionis prę̈stitæ, actionem rescissoriam deducere in iudicium, & licet Bart. Socin. in dict. § si tibi. num. 9. allegando Bal. teneat contrariũ, tamen video ipsum Bal. in dict §. si tibi. col. tertia, in medio fatentem ista duo posse comulari, scilicet peto me absolui à iuramento, & me absoluto. peto rescindi contractum, & dicit ideò licere, quia est duplex libellus per text. in. l. conductores. C. locati. de quo idem Bal. in. l. ædita. C. de edend. & in. l. ordinarij. C. de reiuend. in repetitionibus, licet fateor prius ibidem asseruisse sententiam Soci. & sic video esse otialiter, nihil. Bal. sententiam facere, contra conclusionem Didac. Couarru. quamuis pro contraria parte citat. Et ista sua conclusio procedit in duobus casibus, scilicet, quando qui iurauit, ratione contractus iurati, nihil aduersario dedit, sed tantum vult à iuramento in contractu illicito apposito absolui, & contractum nullum dici, & alio casu, quando qui iurauit, aliquid ratione contractus, qui iurauit dedit, sed vult absolui, & contractum nullũ dici ad repetendum datum.

5 Casus tertius continet maiorem dubitationem, videlicet quando iuramenti absolutio petitur, ad eum tantum effectum, vt absque periurij periculo, qui iurauit posit agere vel excipere, contra iuratum contractum, vel petere quæ ratione illius tradidit. & sic ad effectum quod aiunt agendi, & non desunt qui existiment etiam in hoc casu citationem esse necessariam, ea ratione, quia qualis qualis causę cognitio præmittenda sit, saltem summaria, ad hanc absolutionem consequendam, vt notauit Felin. in capit. 1. de iure iur. nu. 24 & Iaso. in. §. item si quis, el. 2. num. 75. inst. de actio. & glos. in cap. ego enim de iure iur. & notauit Feder. de Seni. consil. 300. Anch. consi. 182. & 198. & Alex. consil. 212. lib. 2. num. 8. Hippoly. in. l. de vno quoque. ff. de reiudica. in quorum cœtu intrat Ioan. Gracia. regu. 250. num. 21.

In contrariam tamen sententiã sunt viri non experneo di, Deci. in capit. qua fronte. num. 5. de appella. & Alciat. qui communem vocat in cap. cum contingat, de iure iur. num. 125. & Gomezi. in tract. breuium. num. 46. Guiller. Bened. in cap Raynuntius. in verbo, duas habẽs filias. num. 299. col. fin. Ioan. Rupel in lib. 1 Forentium institu. cap. 33. qui omnes asserunt, io dicto casu, de quo agimus, citationem minime requiri, ex eo quod modicum præiudicium alteri sequatur. Siquidem ea virtus, quę ex iuramento contractui accedit, salua & inuiolata manet

manet, etiam absolutione præstita, de qua modo agimus, & istam partem secutus est ille speculatissimus Dida. Couar. vbi supra. d. c. 4. lib. 1. varia. resolutio. & quod hanc opinionem seruet communis praxis, & stylus curiæ testatur Antonius Gabriellius in suis commun opin. in nouissima impressione in tomo. 3. fol. 90. num. 93. & Caro Ruynus in consil. 170. vol. 1 & Bertran. consil. 226. vol. 3. qui limitat prædictam conclusionem, quando obtinetur prędicta absolutio, à maioribus iudicijs, non autem ab ordinarijs.

1 Quamuis Papa non potest auferre ius tertij, neque ei præiudicare sine iusta causa, nisi apponatur clausula non obstante, vel addat secundam iussionem ista fallunt, quando disponit in beneficialibus, quia quo ad eum omnia beneficia sunt manualia.

2 Dominium rerum ecclesiarum est penes Christum.

GLo. 21. in ver. *Los beneficios e los derechos.* ex gl. duas principales cõclusiones notõ, quod omnia beneficia sunt manualia, quo ad Papam, id est, quod potest prohibit ea auferre à possidentibus, & alij cõcedere sine causa, per glos. in dict. capit. per principalem. 9. q. 3. insuper concludit dominium rerum Ecclesiasticarum, quo ad proprietatem non esse penes Papam, sed quo ad iurisdictionem & protectionẽ, & omnes in hoc conuenire, quod habet plenam dispositionem & administrationem omnium beneficiorum, & rerum singularium: & ita posse ius vnius ecclesiæ ad aliam transferre, etiam sine causa, non tamen bona dilapidare earũ.

1 Prima glossæ nostræ conclusio ampliatur in tantum, quod licet sit verum quod Papa non potest auferre ius tertij, neque ei præiudicare sine iusta causa, nisi apponat clausulam non obstante, vel secundã iussionem, per tex. in. l. quoties. & in. l. rescripta. C. de precibus imperat. offer. & ibi per DD & habetur in cap. quæ in ecclesiarum, de consti. per Felin. nu. 40. & 41 & per. l. fin. C. si contra ius vel vtil. cum illa vulgari distinctione, an agat circa dominium auferendum, vel dilationẽ imponendam, vt bene notauit Ioann. de Imo. in dict. cap quæ in ecclesiarum, nu. 22. tamen ista fallunt, quando Papa disponit in beneficialibus, in quibus liberã & plenam administrationem habet. c. 2. de præben. in. 6. & in Cle. 1. ad fin. vt lite penden. ita per Anton. de Butr. in dict. cap. quæ in ecclesiarum. num. 28. &. 29. & Alexan. in consil. 85. volum. 5. & Hipoly. sing. 25. Guiller. Bened. in quæst. de canonicatu. n. 20. quæ est in fine totius operis. & Didad. de Castel. in procemio. ll. Taur. in glos. in vet. *Con ellos consultado.* col 3. vers. item ipse solus. el. 2. Catellia. Cota. in memorabi. iur. in verbo, Papa auferens mihi. Barba. in tract. de præst. Cardina. in vol. 14. tract. fol. 357.

2 Secunda conclusio, quæ probat dominium rerum Ecclesiasticarum non esse penes Papam, communiter approbatur; sed penes Christum de quo per Gigan. in tract. de pensione. q. 40. num. 5. fol. mihi. 47. & alibi dicemus latius.

1 Papa dispensare potest cum bigamis in suscipiendo ordines sacros, & Episcopus etiam ad minores ordines cum istis dispensare non potest, nu. 3.

2 Quę dicatur bigamia vera, quæ interpretatiua, & quæ similitudinaria quæ contrahitur quatuor modis.

3 Episcopus dispensat cum bigamis in minoribus ordinibus susceptis, non in suscipiendis, quæ conclusio procedit in bigamia vera & interpretatiua, nã in similitudinaria dispensat Episcopus in minoribus ordinibus.

4 Papa dispensat in vera bigamia, de potestate ordinaria.

1 GLo. 33. in verbo. *Dos mugeres.* Concludit dupliciter arguendo ad partes: primo cum Host. in summa, quod Papa potest dispensare cum bigamia in suscipiẽdo ordines sacros: secundo quod Episcopus etiam in minoribus dispensare non potest cum dictis bigamis, secundũ Ioã. Andre. in cap. 2. de bigamis. per text. in capit. 1.

capit. 1.de biga.in.6. Prima conclusio, vt glos.testatur communis est secundum Innoc.in dict.cap.2.& in cap.ad audientiã, de homic.& S. Thom. in collibet.4. & Archi.in dict.cap.1.in.6. & Rota. decis. 44.in nouis.& Ancha d.c.r. num.6.

2 Quæ conclusio ampliatur siue bigamia sit vera, quæ est illa quæ contrahitur per matrimonium secundum, siue sit cum vidua, siue cum virgine, de quibus loquitur glos. in cap. 2.de biga. siue sit interpretatiua, vt quando cum corrupta contrahitur.c.maritum.33.dist. & quãdo vxori suæ adulteræ debitum reddit. c. si cuius.34. distinct. & etiam quando cum aliqua contraxit tanquam cum virgine, & cognoscendo eam, corruptam inuenit. c.ille.22. q. 5. Alia & tertia bigamia est similitudinaria, quæ cõtrahitur quatuor modis. Primus est quando quis contrahit cum Deo, per votum solenne, & postea contrahit matrimonium de facto. c.à nobis, de biga. Secundus, quando quis diuersis temporibus, duas habuit vxores, vnã de iure, & alteram de facto, & cognouit ambas.c. nuper eo titu. Tertius si simul duas habuit vxores, vnam de iure, alterã de facto, vel ambas de facto & cognouit ambas.c.nuper. Quartus si existens in sacris contrahit, & carnaliter cognouit, vt dicam infra in lege ista, in glo.34.num.2. Ista ampliatio colligitur à Syl.in summa in verbo.bigamia.num.7.& à Mart.Nauarr.in summa.cap.27.num.197.& à Domin.à Soto.in.4.dist. 27.arti.3. non obstante quod capella Tholo.decis.235. cũ alijs contrarium dixerũt, fol.541.in text, decis.canoni.Couar.Clem.1.de hom.1.p. §.2 num 2.

3 Vnum tamen dubium expendere, in quo est controuersia restat, an Episcopus poterit dispensare cum istis bigamis in ordinibus minoribus suscipiendis, & tenet quod potest.S.Thom.in.4.distinct. 27.art.3.& eum sequitur Syl.in dict.ver. bigamia.num.7.post medium.& eos sequitur Domin.à Soto in.4.distin.27. artic.3. Sed Philip.Fran. in dict.capit.r. de biga.in.6.num. 6. contrarium asserit & Angel.in summa, in verbo, bigamia, & occulatissimus Nauar.in dict.summa.c. 27.num.197.sequendo Ioan.Andr.in. d. cap.2.de biga. & dicit quod opinio contraria procedet, quantum ad administrationem in susceptis, quia poterunt Episcopi, in suspensione susceptorum ordinum Minorum dispensare.

Non autem in suscipiendis, quæ conclusio limitatur per eundem Nauarr. ibi, ad bigamiam veram & interpretatiuam, nam in similitudinaria Episcopus poterit dispensare. vt asserit glo.in cap.1. qui cleri.vel vouent approbata per Panor. & Præposi. & Card.ibi.

Dida.Couar in cle.si furiosus, de hom. 1.p.§.2.num 4.sequendo communem, & sic quod Episcopus non poterit dispensare in bigamia, etiam quo ad minores ordines suscipiendo limitat, nisi magna subsit dispensandi causa, aut sanè vbi qui bigamiam contraxit eo tempore merus erat laicus, quæ fuit opinio Henri.Boic. in cap.1.de biga. sed tandem ad contrariã partem declinat non discedendo à communi.

4 Tamen in vno ab ea discedit, in quantum ipsa dicit, Papam in vera bigamia non posse dispensare, de potestate ordinaria, sed de absoluta, vt Rota testatur decis. 447. in noui. quam opinionem Rotæ Nauar.in dict.summa.cap.27.nu.197. dicit communiter receptam, & certe magis mihi placet, opinio Couar. supposito pro vero, quod bigamia sit de iure positiuo, vt omnes fatentur. Quia per legem naturalem atque diuinam & humanam, principi latori summo, licet per dispensationem, humanis legibus derogare. Idcirco ista potestas ordinaria est, non autem absoluta, quæ in Principe tyrannidẽ potius sonat, quam legitimam & iuridicam potestatem, & per alia fundamenta quę ibi adducit, cum quibus sumus expediti à glossæ conclusionibus.

1 *Differentia inter bigamiam interpretatiuam & similitudinariam constituitur etiam quoad effectum dispensandi.*

2 *Carnalis copula necesse est quod sequatur ad incurrendam bigamiam.*

GLos.34. in ver. *Puede dispensar con el.*
Dicit iste non est vere bigamus, sed
1 interpretatiuè: in quo manifeste decepta
fuit, quia ista dicitur bigamia similitudinaria, cum qua Episcopus potest dispensare,

fare, vt modo in glo. precedente dixi, artic.3. Lex enim nostra, in ipsa parte loquitur in clerico vxorem de facto ducente, vt constat ex sequētibus verbis. *Otrosi quando algun clerigo, que fuesse ordenado de epistola, o dende arriba, se casare con biuda, lo que no puede fazer con derecho, el Papa puede dispensar con el.* Ista bigamia dicitur similitudinaria, quamuis dictum matrimonium, quod de facto procedit, sit cum vidua, vel virgine, semper bigamia dicitur similitudinaria, vt constat ex Angel. in summa. in verb. bigamia. §.9. & Syl. eo. verb. in initio, & Nauarr. in summa. c. 27. num.195. & ab Stepha. Aufre. ad capel. Tholo. in decis.235. fol. 541. inter decis. canoni. & satis bene retulit Dida. Couarr in clem.1. de homil.1.p.§. 2. num. 2. & quo ad dispensationem refert multum quod sit interpretatiua vel similitudinaria. In prima dispensat solus Papa, in secunda dispensat etiam Episcopus hoc vnum quasi totius materiæ luminare nō silentio pertransfeam, quod ad contrahendum hoc bigamiæ vitium in vniuersum,
2 necesse est vt carnalis commixtio intercedat, text. optimus in. c nuper, de biga. & glo. in capit. 1. de clerico. coniuga. in sexto. communiter approbata. & sanctus Thom in.4. distinct. 27. Couarrub. vbi supra.

In.l.6.tit.5.par.1, in glo,6.

1 Dispensare potest Papa cum homicida voluntario & etiam Episcopus, si occultus est.

2 Papæ voluntas in concernentibus ius positiuū sufficit, quæ conclusio extenditur in Principe ad ea quæ sunt de iure gentium.

3 Princeps potest tollere appellationē & citationem, quæ in quantum ad defensionem, sunt de iure naturali, dummodo non sequatur præiudicium tertio, num.4.

5 Citatio in actu graui & præiudiciali per principem tolli non potest cum intellectu Fran. Sarmien. dicētis, quod citetur ad istum factum, vel illud positiui iuris est: sed quod sine causæ cognitione non iudicet hoc naturalis iuris est.

GLos.6. in verb. *De su grado.* Arguendo ad partes cum quadam trepidatione concludit. Papam posse dispensare cum
1 homicida voluntario, improbata glos. fi. in cap. sicut dignum de homici. quæ conclusio intrepide tenenda est, neque ei obstabit text in cap. minor. distin. 50. quia nihil aliud dicit, quam quod in homicidio voluntario, cum magna difficultate est dispensandum, vel quod sicut Papa potest dispensare super quacunque alia irregularitate, sic potest super irregularitate homicidij voluntarij, secundum Panor. Felin. & alios in dict. capit. sicut dignum. & in cap. ad audientiam, eo. tit. neque ipsa gloss. quam factio contraria sequitur, dicit quod Papa non potest in dicta irregularitate dispensare, sed quod nunquam dispensat, & iura quæ pro se allegat debent intelligi de inferioribus à Papa, vel quod referantur ad consuetudinem de non dispensando, cum dicto homicida voluntario, non ad impotentiā Papæ. Sic intelligit Nauarr. in summ. in cap 27. num.239. & hanc sententiā probat hodie apertissimè cap.6. sessione.24. Concil. Triden. fol. mihi.140. Soto in.4. distin.25. q.1. art.3. fol.57. dicens, cū vniuersæ irregularitates, ex iure positiuo pontificio oriantur. Super omnibus potest Summus Pontifex dispensare, nisi quando ius diuinum attigerit, vel vti cū illo, qui manibus truncus est, vel cum muto, cum istis etenim dispēsare nō potest.

Prędicta conclusio glossæ ampliatur, vt etiam Episcopus possit dispensare cū homicida voluntario, si tamen sit occultus, vt concludit Couar. in Clem. si furiosus, de homi.2.pa.§.3. nu.4. in fi. in d. c.6. sess.24. habetur.

Venio ad aliam istius glossæ conclu-
2 sionem in vers. cum in concernentibus vbi dicit: cum in concernentibus ius positiuum, voluntas Papę etiam sine causa sufficiat. cuius conclusionis ratio hæc est, quia sola voluntas principis, in tali casu dicitur causa iusta, vt dixit glos. in. l. relegati. ff. de pœnis. Quam ibi sequitur

quitur Bart. & Iaso.in.l testamentum ff. de testam.num.2.Hippoly.in sing.6.Cynus & Bald.in.l.rescripta.C. de precib. impera.offer & in.l.si.C. si contra ius, vel vtili.publ. Felin.in cap.quæ in ecclesiarum,de consti.num.41. & ibi Anton. de Butri.& de iure Canonico, est optima glos.in cap.si gratiose,de res.in.6.in verb.à Romano Pontifice. & est similis, in cap.si eo tempore, de electio.in.6.in verb.quamuis.

Et supradicta conclusio extenditur,ad ea quæ sunt de iure gentium,probat tex. in.l.quominus.ff.de flum.inducendo eũ sic.tex.probat quod cuilibet licet, aquã ex flumine ducere publico,iure gentium quo flumina & eorum vsus sunt publica,& publico vsui destinata,vt in.§.flumina.& in.§.riparum instit.de rerum diuisio.sed.d.l. quominus dicit procedere supradicta,nisi Imperator vel Senatus vetet; & sic bene probat nostram ampliationem.

3 Secundo extenditur ad appellationẽ, & citationem,quæ sunt de iure naturali, & diuino,si princeps procedat de plenitudine potestatis,vt dicit Bal.in proœmio.Grego.num.4.quod quando princeps vult aliquid ex certa scientia, non potest ei dici,cur ita facis.idem in præludijs feud.num.34.inquit princeps ex certa scientia,super ius & contra ius, & extra ius omnia potest. quem sequitur Iaso in.l.1.num.2.ff.de const.princip. per tex.in.l.qui in prouincia.§.diuus.ff. de ritu nuptia.ex qua ratione procedit Angel.conclusio in.l.item si verberatũ, in.§.1.ff.de reiuendi.dicentis,quod princeps potest mihi auferre dominium rei meæ,etiam nulla causa subsistẽte, & qui contrarium dicunt mentiuntur. Et per prædicta fundamenta Petrus Dueñas, in reg.43.num.5.tenet principem posse tollere appellationem legitimam, & iustam,quæ in quantum est defensio videtur de naturali & diuino iure esse,vt in.c. qui scit.2.q.6.& per Sant.Thom.2.2.q. 69.artic.3.

4 Tertio extenditur ad citationẽ, quia licet citatio sit de iure naturali, & diuino,vt patet in ca.3.Genesεos.& in Cle. pastoralis.de re iud.in.§.cæterum. tamẽ princeps potest ea tollere, & sit processus factus à principe, sine citatione valet,vt Bal.in.l.cum cessante.numer.2.C. quomodo,& quando.iud.quem sequitur Alexan.in consil.2.num.9.volum.1.& Petrus Bellu.in suo specu.princi.in rub. 11.§.restat,num.4.& glo.in cap.Apostolicæ.31.q.9.notauerunt & Dueña.d.regul.43.

Sed ne nos decipiant, istæ duæ finales ampliationes.quo ad secundam,quæ dicit principem de plenitudine potestatis posse,sine causa tollere beneficium appellationis,inquam esse limitandam,dũ non sequatur præiudicium tertio,vt bene concludit Domin.Fran.Sarmi.in li.1. selectar.cap 8.num.15.dicens etiam quæ sunt de iure ciuili,per principem mutari non posse,in præiuditium alterius sine causa,quia licet potest tollere præscriptionẽ,nõ tamen rem per me præscriptã. Neque huic limitationi obstabit. quod Bart.dicit in.l.Gallus in.§.& quid si tãtum.num.14.ff de libe & posthum.videlicet,quod Imperator poterit legitimare post mortem patris filium naturalẽ, non requisitis his,de quorum præiuditio agitur,quem ibi sequitur Iaso in.l.lectur.nume.140.que opinio etiam fuit Bal.in.l.2. num.39.C.de seruitu.& aqua.& Abb.in cap.cum olim,numer.16.de re iud.& Feli.ibi numer.16 & pro ista parte facit.l.2.in.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publ.disponens,quod licet princeps non potest cõcedere aliquid in præiudicium alterius,tamen si concessit,valet;quia respondendũ ea procedere,quãdo ex causa fecerit; quod si secus non dicemus posse eo quod contrarium faciendo peccaret,vt habetur per Deci.in cap. quæ in ecclesiarum.de const.numer.29. & per Abb.ibi.num 17.& pro ista sententia faciunt quæ dicit Fortu Gartia.in.d. §.& quid si tantum.num.295.quicquid Acost.ibidem dixerit in contrarium.pagin.76.col 5.vt latius videri potest per d.Domi.Fran.à Sarmien.in dict.cap.8. num.17.vbi ex eius conclusione limitatur prima nostra ampliatio, quod sine causa non potest alicui ius tolli, sine distinctione an ius sit gentium vel ciuile: & de istis nos latius diximus supra in.l.9. tit.1.in glo.4.num.4.

5 Ad secundam igitur ampliationẽ deueniendo,in qua dixi,processum & iudicialiter acta à principe, sine citatione, absque aliqua causa valere, vt ibi manet probatum. Contrariam tamen sententiam

imò

imo quod in actu graui & præiudiciali per principem vel legem positiuam citatio tolli non potest. Tenet Bart. in extra. ad reprimendum in ver. figura & in l. filius familias. ff. de donatio. & Abbas in cap. cum olim. num. 4. de re iud & ibi Felin. num. 12. & per alios quos refert Anton. Gomez in l. 76. Tauri, num. 9. quibus ipse accedit per tex. in cap. 1. de caus. posse & proprie. & in. d. cle. 1. §. cæterũ. de re iud. & dicit commun. Iul. Cla. in libro. 5. commun. senten. §. fin q. 31 num. 2. fol. 271. In qua controuersia Dom. Fran. Sarm in lib. 2. selectar. cap. 14. numero. 7. multum irridet doctores asserentes, quod princeps non posset sine citatione, in lite procedere: quia dicit prædicta iura non probare, quod sine citatione princeps nõ posset in causa procedere, sed quod non potest ad sententiam deuenire, absq; causæ cognitione. Et hoc est quod dicit. c. 1. de causa posse: & pro &. d. cle. in. d. §. cæterum. & tex in. c. nos in quenquã. 2. q. 6, & quod quis citetur ad istud factum, vel illud positiui iuris est, sed quod sine causæ cognitione non iudicetur, hoc naturalis iuris est Et sic quod hæc vel illa citatio omittatur, violatio determinationis iuris positiui est, non iuris naturæ. Ex qua conclusione apparet, quod si de causa liquet, poterit princeps omissa citatione procedere ad sententiã, & tenebit iudicium, quia eo citatio tendet, ne quis sine integra causæ cognitione damnetur: sed caueat princeps, ne se desipiat in credendo nullam reo cõpetere defensionẽ, quia raro aut nunquam omissa citatione, quæ rei defensio est plena causæ cognitio haberi potest.

In.l. 13. tit. 5. par. 1. in glos. 11.

1 *Absolutio excommunicationis et reatus peccati propter crimen hæresis est reseruata Papæ: hodie tamen si occulta est reseruatur Episcopo & de iure inquisitoribus data est facultas.*

GLos. 11. in verbo. *De la heregia.* Dicit quod hodie absolutio excommunica-
1 tionis, propter crimen hæresis, est Papæ reseruata, per extrauagantem, si Dominici gregis de poeniten. de iure tamen nouissimo, per cap. 6. sess. 24. in Concilio Triden. data est Episcopis facultas absoluendi hæreticos poenitentes in foro conscientiæ, si crimen fuit occultum. Et circa hoc Bullæ Cruciatę hodie nihil innouant, imò à facultate præstitã absoluẽdi, de omni crimine, etiam sedi Apostolicæ reseruato, excipit crimen hæresis. Et quamuis non exciperet, ab eo confessarij poenitentes non possent absoluere, vt defendit Didac. Couarru. in. c. alma mater. de sent. excom. 1. pa §. 11. nu. 15; quia non veniunt in generali concessione, ea quæ speciali nota digna sunt, nec ea quę verisimiliter in specie Papa non esset cõcessurus. Habent etiam absoluendi potestatem dictos hæreticos inquisitores. c. vt officium, de hæret. in. 6. notat repertorium inquisito, in ver. absolutio. col. 2. pag. 10. Et prædicti Episcopi possunt vt reor absoluere in foro animæ hæreticos poenitentes. siue hæresis sit occulta naturaliter, vt est illa, quæ est in mente. (Nã secundum magis communem Canonistarum etiam mentalis hereticus excommunicatur, vt refert latè Rojas de hæreticis, fol. 24. num. 246.) siue sit occulta accidẽtaliter, qualiter est illa quæ ad actum deuenit, sed probari non potest, quia decisio. d. c. 6. est fauorabilis, & indistincte loquitur.

In. l. 14. tit. 5. par. 1. in glos. 1.

1 *Quibus vestimentis sacerdos vti debeat in celebrando, & an singulo benedicto & Missali benedicto.*

GLos 1 in verb. *Vestimentas.* Numerat
1 quę dicantur vestimenta, quibus sacerdos vtitur in celebrando, & quod omnia debent esse benedicta, & etiam Missale, secundum Ioan. And. in. c. 1. de pign. quæ conclusio est vera, quicquid in contrarium glos. dicat dict. cap. 1. sed limitatur ad locum, vbi de consuetudine benedicitur Missale. Et sic intelligendi sunt DD. ibi videlicet Hostien. Ioan. Andr. Cardi. Antoni. num. 3. Imo. num. 4. Panor. num. 2. & Barba. num. 4. & sic intelligit Syl. in verb. Benedictio. num. 5. sed hæc vna constituitur differentia inter

Missal-

missale, & vestimenta, quod sacerdos celebrat sine veste benedicta, videlicet amicto, alba, singulo, manipulo, stola, casula, peccat mortaliter, secundum sanctum Antoni.3.part. titulo.13.capit.6. §.6. & Nauarr. in summa, in cap.25.numero.84. Non autem si sine missali benedicto celebret, maximè vbi consuetudo viget, quod non benedicatur. Vnum tamen est necessarium, quod missale habeat sacerdos, in quo saltem sit canon, Sylu. in verbo, missa, el.1. numer.2. aduertendum insuper est, quod singulo non benedicto poterit sacerdos vti, vt asserit Richard. in.4. distinction.13. quęstio.4. articu.3. & Scotus ibi, quæst.2. & Sylu. in verb. missa, el.1. numer.2. & Nauarr. in summa, dict. capit.25. num.84. quamuis Syl. ibi circa singulum ad consuetudinem loci se remittit.

In.l.16.tit.5.par.1.in glos.4.

1 *Synodus propriè dicitur, quam Episcopus facit in sua diœcesi, licet aliquando summatur pro generali, & de eius ethymologia.*

GLos.4 in verbo. *Synodo.* Et dicit, syno-
1 dus propriè dicitur, quam facit Episcopus in sua diœcesi, & aliquando sumitur pro concilio generali, hactenus glo. cui addo, Bal. consil.262. vol.2. dicẽs, synodus est genus generalissimum, quẽ sequitur Decius in cap. Osius, de electio. & sępe accipitur pro concilio generali, cap.1. & cap. non licuit.17. dist. accipitur etiam pro concilio prouinciali. cap. non oportet. & c. si qui autem.18. dist. & propriè accipitur pro congregatione, quam Episcopus facit in sua diœcesi, vt habetur in glo. ista, secundum Hostien. in summa. in titul. de consti. §. si quis potest. & Card. de Zaba. in proœmio clement. in §. sane, estque Græca vox, quæ Latine concilium, cętus vel comitatus dici potest, text in. c.1. §. synodus.15. dist. & notauit Panor. in. d.c. Osius n.2. & in cap. ego.N. de iure iur. nu.5. & dicitur insuper synodus, à sin, dictione Græca, quod est Latine con, & idos, quod est via, quasi quod ad synodũ, per diuersas vias vadũt: quam ethymologiam refert Ioan. de Turrecrem. in.c.1. §. synodus.15. dist. & sequitur Anton. de Rosat. in tract. de concilijs, col.2. vers. dicitur, & referens alios sequutus est Henr. Bothe. in tract. de synod. in.2. vol tract. doct. fol.206. nu.9. & qualiter Episcopus poterit excommunicare, non venientes ad synodum, & discedentes sine licentia habentur per Dueñas, reg.271.

In.l.18.tit.5.par.1.in glos.1.

1 *Reges Hispaniæ habent potestatem præsentandi prælatos ad Episcopatos ex indulto Papæ, & aliquando habuerunt ex iuris concessione, & an potuerunt præscribere. nu.2.*

3 *Quæ priuilegio sunt quæsibilia, sunt etiam præscriptione.*

4 *Ex vnica præsentatione acquiritur ius præsentandi concurrẽtibus sex*

GLos.1. in verb. *Antigua costumbre.* Lex ista & l.3 tit.3 lib.1. ord. disponunt, quod mortuo prælato ecclesiæ Regi nũcietur obitus, petendo suum assensum, vt Canonici possint alium eligere. glos. nostra opponit de tex. in. c. cum lõge 63. dist. vbi immediate Regibus Hispaniarũ fatetur fuisse datã potestatem præsentandi Episcopos & prælatos, ad Ecclesiasticas & eadem glos consiliat, satis docte distingnendo tempora, & alijs oppositis satisfaciendo, & dicit, quod per indultum & gratiam Apostolicæ sedis, redierunt Hispaniarum Reges, ad suum pristinum ius. Addo quod eis primitus concessum fuit in concil 12. Toleta. c.6. sub Agathone vel Leone 2 anno Domini sexcentesimo, octuagesimo quinto. anno.1 Heruigij Regis Gotorum, vt refert Didac. de Couar. in reg. possessor 2. pa §.10. nu.5 & 6. & quod dicta gratia facta Regibus Hispaniarum, in. d. concilio Toleta. fuit antiquata, habetur ex Card Alexan & ex Ioan. de Turrecre. in. d.c. cũ longe, vbi dicũt cõsnetudo erat in Hispania. & c. & quod Reges hoc iure nũc vtũtur referũt l. 13. tit.3. & l.1. tit.6. lib.1. reco. & per eas esse

legem istam correctam, notauit Olan. in Antino.in fi.in recopilatione,fo.251. in col.1.

2 Ampliatur supradicta conclusio, ita q quamuis Reges Hispaniæ nõ haberent dicta priuilegia, & concessiones Apostolicę sedis, ad prelatos præsentãdos, ex possessione præscripta, haberent dictum ius, vt ex multis fundamentis Didac. Couarr. præsul dignissimus concludit, in.d. §.10 num.5. cui conclusioni minime obstat, quod Didac. Perez in.l.3.tit.3. lib.1. ordi.col.121. in fine dicit: cuius verba hęc sunt (quod autem Regibus Hispaniæ ex priuilegio Papæ cõcessum est: alias enim tale ius minime haberent) tum quia de electionibus loquitur, licet satis inuolute, quod bene cõstat, eo quod citauit Ioã. de Selua in tract. de benefi. in.2. par. q. 23.num.16. mihi verò, num.19. volum.15. tract. qui loquitur de electionibus, tum quia si de præsentationibus loqueretur, minime procederet sua conclusio, quia inter præscribere, præsentationem, vel electionem prælati, multum interest. Ius etenim eligendi prælatum ad ecclesiam collegiatam, vel cathedralem, quamuis sit per patronum, minimè præscribi potest. Ius autem præsentandi dictum prelatum sic. Ratio autem differentię est, quia præsentando facit actum ordinatũ, ad actum spiritualem, qui in laicum cadere potest. Sed eligendo facit actum merè spiritualem, qui non cadit in laicum, vt in cap. causam, de pręs & per Abb. in. c. quanto de iudi. numero 6. & in cap. sacrosancta, de election. vbi signauit hanc differentiam. & refert Roch. de Curt. in tractat. iur. patrona. volumine. 15. in tractat. Docto. in verb. Ecclesia. numer.2.fol.357.

Secundo facit contra Didacum Perez, & pro Didac. Couarru. aliud fundamentum. regibus, licet habere ius præsentandi prælatos, etiam ad Ecclesiam Cathedralem ex indulto sedis Apostolicæ, in quibus nihilominus cadit ius patronatus, sicut in cæteris, vt huius materię Choryphæus, Cæsar. Lamber. in suo tracta. de iure patronat. in lib.1. in quæst.11. prin. in.2.art.1.par.nu.2.&.10.folio.104. col.4. & fol.105.col.1. tenet.

3 Sed regula extat, quod quęsibilia priuilegio sunt quęsibilia præscriptione. c. duo simul. de offici, ordinam. c. cum contingat, de foro competen. c. conquestus. 9.q.3. Abbas in capit. accidentes, nume. penul. & ibi Felin. de pręs. nume 10. ergo bene poterant Reges nostri, ius quod ex indulto habent præscriptione obtinere, cùm laici sint capaces illius iuris, vt per Doctores in capit. nobis, de iure patron. & Abbas in capit. querelam, de electio. numer. 9. & contrarium firmantes loquuntur in electione, quæ à præsentatione differt, vt prædiximus. Et eo casu loquitur Cæsar. Lamber. vbi supra in. 2. lib. in. 5. quęst. princ. 1. part. numer. 12. & 13 fol. 39. col. 4.

4 Ampliatur secundo, quod quamuis Reges non haberent prædicta indulta, etiam ex vnico actu pręsentationis acquirerent dictum ius pręsentandi prælatos, concurrentibus sex, vt notauit Calder. in consil. 12. sub. rubr. de iure patron. Primo requiritur realis pręsentatio. Secundo, scientia eorum, quibus præiudicare poterat. Tertio, si credant vti iure suo. Quarto, quod pręsentatio facta sit bona fide. Quinto, quod præsentatio habuerit effectum, videlicet quod fuerit secuta confirmatio. Sexto, quod præsentatus adeptus fuerit possessionem Episcopatus vel beneficij, vt per multa fundamenta probat Fran. à Ripa. in repetit. capit. cum ecclesia sutrina, de causa. possess. & propric, num. 91. & . 92. & . 93.

1 Electus ante confirmationem ad Episcopatum potest administrare in temporalibus & spiritualibus in duobus casibus, non autem præsentatus à patrono.

1 GLos. 4. in ver. *Mandele entregar*. Dicit forte, ex hoc emanauit practica executorialium, quæ dantur in hoc in regno nostro. Sed ego ad aliud diuerto, videlicet ad inquirendum, quomodo lex nostra iubeat, bona electo tradi, nondum confirmato, vt habetur ex illis verbis, *E despues que la election huuierẽ hecho, presentẽ le el elegido, e el mãdele entregar a aquel lo que recibio* Quæ dispositio videtur contra ius, nam electo ante confirmationem, nullum ius cõpetit in rebus administrandis, neque in vlla alia re actum potest facere

facere iurisdictionale, vt tenet Abbas in capit.postquam, de electione,numero secundo, quia ius habet in habitu tantum, non in actu: & ita dicit idem Abbas in capit nostri, numer. 2. de electio, potestas administrandi, descendit ex confirmatione, non ex electione, Bartho.io Authen. habita. C.ne filius pro patre. & Petrus, Paul. Paris. consilio. 19.n.16.vol. 4. His tamen non obstantibus, lex nostra bene loquitur, quia electus nondũ confirmatus, potest administrare ante cõfirmationem, in spiritualibus & temporalibus, in duobus casibus. Primo, quãdo electio fuit facta in concordia, id est, nemine discrepante, vt in c.ne Romani isto tit.de elect.notatur.& in cap. cupientes. §.ad hæc.in glo.in ver.concordem. eod. tit.in.6. Secundo, si electi sint valde remoti vel vti, si extra Italiam fuerint constituti.ita censuit Abb.in cap.nihil.n.4. de electio.quæ fuit sententia glos. ibi, & Ioan.Andr.col.2.& Antoni de Butr.nu. 9.& Ioan.de Imolanum.6. & apud nos, hoc non practicatur quia prælati præsentantur, & non eliguntur. & ante confirmationem maius ius habet electus quam præsentatus.

In.l.29.tit.5.par.1.ad text.

1 *Ecclesia quæ hic pro fabrica sumitur,non tenetur soluere debita causata à suo prælato,etiam in curia Romana,quia diuisa habent bona.*

2 *Diuisionis titulus dominium trãsfert.*

3 *Ecclesia in casu magnæ necessitatis tenetur Episcopum suum alere & familiam et causa itineris ad Papam, vel Imperatorem,vel si pro ecclesia sustinet magnas expensas, vel indigeat si ne culpa potest petere charitatiuum subsidium.*

4 *Episcopus non potest petere,vt ecclesia debita sua soluat,nisi pro Ecclesiæ vtilitate ea contraxit.*

NOto tex. in illis verbis. *E esto porque algunos mallevan tanto,morando alla, que despues no lo puede pagar la yglesia* Hic sumi
1 tur ecclesia pro fabrica, & pro viris ecclesiasticis,secundũ glos. ad hoc celebrem. in.c.cum clerici,de verb. sign. quæ præmitto tanquam materiam elucidantia:& sic text. videtur velle, quod ecclesia tenea tur ad luitionem debiti sui Episcopi, quæ decisio videtur esse contra ius, nã postquàm bona Ecclesiarum fuerunt diuisa, neque ecclesia soluet pro prælato, neque prælatus pro ecclesia.diuisa fuerunt dicta bona, vt constat ex epistola Gellasii in.1.pa.c.29.epistol consulti,forte de tali dubio,scripsit ad Episcopos Lucaniç & Brusiæ in hanc formam: reditus & oblationes fidelium,in quatuor partes diuidantur,quarum vnam Episcopus sibi retineat,alteram clericis,pro officioru suorum sedulitate distribuat,fabricis tertiam,quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam. Idem probat.c.quatuor. 12. quest.2 diuisione igitur facta per dicta iura,vnicuique acqui-
2 ritur partis suæ dominium. Diuisionis enim titulus dominium transfert, similis est emptioni, vel permutationi,probat l.1.C.commu. vtriusque iud.&.l.cum pater.§.hereditatem ff.de leg.2. tenet Bar. in.l.cum solus.ff.de vsucapio. Decius in l.cum proponas.la.2.C de pact. & in consil.202.numeto. 7. Tiraquel. in tractat. de retract. consanguin. §. 1. glos. 14. numero. 67. cum sequentibus. & ibi in §.32.glo.1. numeto. 88. & Domi. Fran. Sarmien. Episcopus Mentisen. in tractat.de rediti. Ecclesi.4.part. c. 1.num.4. & ita cum ex supradictis pateat, quod ecclesia,prælatus,& clerici habẽt sua bona diuisa,& dominia distincta,quod neque ecclesia, neque clerici tenebũtur pro debitis à prælato contractis, cum alij per aliũ nõ debeat iniqua cõditio inferri. l. nõ debet.ff.de reg.iu.arg. tex. in auth.habita.C.ne fili.pro patre, reg.nõ debet de
3 reg.iur.6. Et quãuis ecclesia tenetur, epi copum in casu necessitatis cũ sua familia alere.c.ille autem.12 q.1.& in.c.quoniam quicquid.16.q.1.& c.cleros.r. q. 2 & per Specula.in tit.qui filij sint legitimi in versic. econtra. & ipse Episcopus, etiam potest petere charitatiuum subsidium.c. cum Apostolus,de censi.& cap. conquerente,de offic.ordin.ex causa iti-

neris ad Papam vel Imperatorem, vel si pro Ecclesia sustineat magnas expensas, vel alias indigeat sine culpa, vt habetur per Zabare. in Clem.1 de excessibus prælа. num. 56. prope finem glos. io capit. vnico.10.q.3. Inn. in.c.1. de sta. monach. Antoni. de Butr. & Imo. in. d.c. conquerente. de offi. ord. Bal. io. l. si quis, ad declinandã, de Episc. & cler. col. 8. & Batt. de Bellẽsi io tract. de chari. subsi. q.20. nõ tamẽ petere poterit, si pro priuatis negocijs accedat, vel causa solatij secundũ Abb. in d.c. cũ Apostolus de cẽsi. quæ exactio casu quo fieri potest, est facienda, cum modetamine expresso, in extrau. vas electionis Paulus de censib.

4 Tamen Episcopus non poterit petere vt ecclesia debita sua soluat, quia non tenetur ei mutuata luere, nisi sit versum in perpetuam vtilitatem ecclesiæ, notatur per Doctores in. l. ciuitas. ff si certum petat. Bal. in authen. hoc ius porrectũ. col. 1. C. de sacro sant eccles. Inno. & Panor. in. c. peruenit, de fide iusso. & in capit. 1. de solutio. Angel. in authen. de alienatio. emphyteosi, & locatio. collati. 9. in. §. hoc etiam. col. 6. & idem Ang. in. l. si rẽ. C. quan. ex fact. tuto Bertachi. in suo repertorio, in ver. ecclesia, intta nume. 10. vel nisi sumpserit pecunias ad se alendũ, vel in infirmitate curandum, vt bene notauit Abb. in c. ex præsentium. n. 6. de pigoo. & in. d. c. peruenit. de fide ius. nu. 12. & in cap. 1. de solutio. nume. 1. & 2. quæ intelligenda sunt, si sine culpa incidat in talem necessitatẽ, vt supra manet dictũ.

Dispositio autem legis nostræ in dictis verbis: *Porque algunos manlleuan tanto morando alla, que despues no lo puede pagar la Iglesia.* Loquitur quando mutuum datũ fuit prælato cum consensu capituli, quia tum tenebitur ecclesia, id est, fabrica pro solutione debiti contracti mero iure, vt notauit Alex. in. l. ciuitas. ff. si certum peta. num. 11. in fin. per text. in cap. quod quibusdam de fide iussori. at Abbas ibi, num. 6. fatetur mutuum recipi posse, à solo prælato, & ecclesiam pro eo obligari, quamuis noo probetur versio inutilitatem ecclesiæ in vita prælati, & in isto casu loquitur lex nostra, nec coniecturis locus est. Et sic cessat contrarietas, quam in principio notaui, licet verum sit, quod post mortem prælati requiritur versionem probare in vtilitatem ecclesiæ, & sic contraria omnia procedunt, quæ supra retulimus.

1 Qualiter hodie extet prouisum circa prælatorum residentiam ac beneficiatorum.

GLos 2. in ver. *No les deuen embiar las rentas.* Dicit optima prouisio, si seruare-
1 tur, quæ locuta est secundum suam tempestatem, in nostra vtique ad vnguẽ seruatur, nouissimo iure circa Episcoporũ residentiam prouisum extat, in Concil. Trid. in ses. 23. c. 1. vt Episcopi à suis ecclesijs non recedant, nec absint vltra tres menses, nisi certis de causis ibi expressis, & quod si secus fecerint, pro rata absentiæ fructus perdant. & in ses. 6. c. 1. ibidẽ fol. 34 & habetur io bulla Pij IIII. folio 220. mihi situata in Concil. Trid. vbi prouisum est, circa omnia beneficia curata, & dignitates & canonicatus, & in. d. ses. 23. c. 1. & in sess. 24. c. 12. fol. 142. in. §. præterea. & in sess. 22. c. 3. vbi ad compellendas dignitates ad residentiam datur facultas Episcopis, diuidendi tertiam grossæ partem, pro distributionibus quotidianis, in dictis beneficijs, quæ non habent quotidianas distributiones. & in sess. 21. c. 3. fol. 97. & hac de causa Pius V. per bullam inter motus proprios positã. fol. 20. concessit Episcopis residentibus alternatiuam, in collatione beneficiorũ, ob gratificationem residentiæ.

In.l.32.tit.5.par.1.in glos.2.

1 Delicta enormia publica quæ ex suapte natura inducunt irregularitatem vel suspensionẽ duplici ex causa impediunt ordinis susceptionẽ, & in susceptis administrationem, quę communiter approbatur, vt dixi infra in gl. 5. proxima. num. 3.

1 GLo. 2. in ver. *Pecado muy grande.* Cõcludit delicta enormia publica, quę ex suapte natura inducũt irregularitatẽ, vel suspen-

suspensionē, vt homicidiū & cætera quę glo. & Abb. recensent, in ca. nisi cum pridem, de renuntia. duplice ex causa impediunt ordinis susceptionem, & in susceptis administrationem, ex natura sua, & ex ipsa notorietate. Dicit insuper, quod si talia crimina sunt omnino occulta, quo ad se sunt suspensi, etiam post peractam pœnitentiam, & prohibendi in foro conscientiæ, consulendo, sed non in contentiosa precise. Circa istas glossæ conclusiones, Villadiegus in tract. de irregu. in §. dixi vlterius, mouet quæstionē, an criminosus crimine notorio sit irregularis, & constituit quatuor regulas, quarū prima est propter nullū crimen occultū, potest quis iudicialiter prohiberi, ne ministret in ordinibus susceptis, vel ascendat ad superiores, per tex. in. c. ex tenore de tēpo. ordi. secunda regula dicit, in foro pœnitētiali, talis debet moneri & prohiberi ante pœnitentiā, sed post nō, & subdit, fallit in simonia in ordine, & homicidio, & in alijs criminibus enormibus: sed quia istum articulū ad plenum examinabo infra in glo. 5. vltra hic non procedā, & ibi videbimus an sit vera sentētia glossæ istius & Villadiego.

1 *Delicta mediocria notoria, siue sint notoria iuris, siue facti causam irregularitatem, nec possunt promoueri acta vel non acta pœnitentia, quod an hoc sit verum, infra num. 4. dicam.*

2 *Leuia delicta sunt, quando aliquid contingit per imperitiam sine dolo & circa rem modicam. grauia sunt vbi dolus intercedit in graue præiudicium alterius seu reipublicæ grauissima, in quibus pœna mortis imponitur.*

3 *Nullum crimen occultum inducit irregularitatem, nisi sint illa crimina, in quibus irregularitas à iure imposita est, in qua conclusione approbatur glo. nostra. 2. supra ista lege.*

4 *Delicta notoria facti vel iuris mediocria inducunt irregularitatem, si sunt de positione digna.*

5 *Irregulares & suspensi propter crimen notorium & irregulares propter defectum corporis, & propter infamiam, an celebrando efficiatur irregulares, alia noua irregularitate.*

6 *Publicus fornicarius sacerdos celebrando ante peractam pœnitentiam efficitur irregularis cum communi.*

GLo. 5. in ver. *De los medianos.* Postquā Glossator noster sup. in glos. 2. proxima, egit de delictis enormibus, quæ ex
1 suapte natura irregularitatem inducunt, siue manifesta, siue occulta sint, nunc resoluit quid erit circa delicta mediocria: & dicit delicta mediocria, siue sint notoria iuris, siue facti, ista propter notorietatem causant irregularitatē ex accidēte, et tales delinquentes, non possunt promoueri, acta vel non acta pęnitentia.

Si verò ista delicta mediocria sunt occulta, prout distinguitur occultū contra notorium, tunc acta pęnitentia, promoueri possunt, licet sint probabilia, hęc inquit glos.

Ad elucidationē, d. glo. 2. sup. ista lege,
2 & istius glos. præmitto quoddam delictorū distinctionē de iure: & dico quod quędam delicta dicuntur leuia, & sunt illa, in quibus dolus nō requiritur, vt quādo aliquid contigit per imperitiā, sine dolo, vel quando interuenit circa rē modicam, vt per Panor. in. c. tuę, de pęnis. & Angel in. l. nō solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. & in. l. lęuia. ff. de accusation. in quo relinquitur multum arbitrio iudicis, vt asserit Areti. in. c. cum illorū, de sent. excom. grauia sunt, vbi dolus interuenit in graue præiudiciū alterius seu reipublicæ, quæ alias dicuntur mediocria, vt est furtum & periurium, grauiora sunt publica, & quādo nō imponitur pęna mortis, & grauissima, in quibus imponitur pęna mortis, quę alias dicūtur enormia. Has differentias posuit Bar. in. d. l. nō solū. §. si mādato meo. numero septimo. & in dict. l. lęuia. & Felinus in dicto capit. cum illorum. & Angelus, Aretinus in tractat. malefi. in principio, colum. 3. & Petrus Folleri. in pract. crimi. in par. audiantur excusatores. num. 49. pag. 70. & Egidius

Bofsius in sua pract. in titul. de indicijs. num 93. fol. 179. qui remifsiuè loquitur, & Bernar. Diaz in pract. cri. cano. c. 11. qui pauca dixit; sed melius eius addionat Salze. & melius multo per Iulium Clar. in lib. 5. recepta. sentent. § 1. nume. 9. fol 157.

Quibus addo Antoni. cuius nullus meminit in tract de irregula. vol. 16. tracta. c. 6. n. 11. & 12 in q. vtrum crimen modicum inducat irregularitatem, & distinguit crimen aliud enorme, aliud mediocre, aliud leue: enorme dicitur, homicidium, simonia, hæresis, & quodlibet siue occultum siue manifestum impedit, mediocre est, vt adulterium, furtum, periurium, sacrilegium, falsum testimoniũ: & 1
hæc crimina si sunt occulta non impediunt promouendum, neque eijciunt, promotum, neq; indigent dispensatione, sufficit pœnitentia sacramentalis, leue est quodlibet mortale, quod de se non inducat depositionẽ, nisi ex contumacia. hactenus ille, qui in resolutione circa delicta enormia, & circa delicta mediocra concordat cum gloss. 2. suprà ista lege, & cũ ista glo. 5. eisque suffragantur multi summistę, vti Angel. in summa. in verb. irregularitas, & Syl. eo. ver. q. 4. & d. Antoni. in 3. p. tit. a8 c. 6. §. 7. & Villadi. in. d. tract. de irregula. §. dixi alterius, qui omnes fatentur, delicta enormia quantumcunque occulta sint, irregularitatem inducere. Contrariam tamen partẽ contra
3 d. glo. 2. reperio asserere. glo. in verb. primũ. in c. fi. 25. dist. quę fuit additio Bar. Brixiensis, & Inno. in c. fi. de temp ordi. dicentes non sufficere, ad inducendam irregularitatem, quod delicta sint enormia tantũ, sed etiã exigere q̃ sint notoria vel publica, quã sententiã bene interpretat Mar. Azp. Naua. in sum. c. 27. n. 248. fol. 274. per tex. in c. ex tenore, de tẽp. or. qui si bene consideratur regulariter probat, quod nullũ crimen occultũ, quantumuis enorme sit, inducit irregularitatẽ, & ita d. Nauar. d. c. 27. dicit omne crimen notoriũ, depositione dignũ inducit irregularitatẽ, nec ad hoc sufficit, quod sit enorme, vt inducat d. irregularitatẽ, si occultum est: nisi in illis, in quibus ius constituit, vt hoc sortiãtur effectũ, sicut homicidiũ. Ratio autẽ ea inquã est, quia irregularitas nullo in casu est constituenda, nisi in quibus iure pontificio fuerit expressum. vt per Phil. Fran. in c. is qui, de senten. excom. in 6. & per alios relatos à Dida. Couar. in c. si furiosus. 1. p. in initio. notab. 3. fol. 5. & Bertach. in tract. de Episcopo. c. fi. nu. 8. vol. 2. in tract. fol. 117. idem Couar. vbi supra. 2 p. § 1 nu. 5. fol. 14. col. 1. & non eo quod Nauar. exemplificauit in homicidio, ad eum tantũ casum restringere voluit suam conclusionem, imo expressè dixit eam falli in casibus, in quibus per ius ipso iure irregularitas imponitur, quales sunt omnes quos refert glo in c. nisi cum pridem, de renuntia. & decem & septem, quos refert etiam Specula in titu. de dispensa. in. §. iuxta. num 16. & 17. quos transcripsit Panorm. in d. c. si cum priorem. num. 7. & hunc intellectum assignat d. Didac. Couar. ad dict. c. fi. de temp. ord. 2 pa. § 1. num. 5. fol. 14. col. 2. in fi. & Specul. vbi supra. & sic supradicta glos. 2. in omnibus suis conclusionibus communiter approbatur, & hoc etiam est quod dixit Villad. vbi supra.

4 Glosa tamen ista in quantum dicit, quod delicta mediocria, siue sint notoria iuris, siue facti propter notorietatem causant irregularitatem ex accidenti, & quod tales non possunt promoueri acta vel non acta pœnitentia. Limitanda est ad delicta mediocria quæ sunt depositione digna, vt habetur per Nauarr. d. c. 27. num. 248 in sua sum. Qualia sunt furtum, periurium, adulterium, falsum testimonium, sacrilegium, vt retuli Antoni. in tract. de irregul. vol. 16 tract. cap. 6. num. 11. & 12. & per Abb. in cap. at si clerici, de iudi. nu. 34. in fin. vbi numerat crimina, depositione digna, & quæ sint grauia, dicit Abb. in d. c. nisi cum pridẽ, num. 7. in fin.

5 Sed pro maiore illucidatione istius materię quęro, an isti irregulares vel suspensi propter crimẽ notoriũ, celebrãdo efficiantur irregulares. alia noua irregularitate. Et post multa Maria. Soci. in c. ad audientiã, de homi. n. 22. & 23. cũ seq. distinguit inter maiorem & minorem suspensionem, & iterum subdistinguit, ipsam suspensionem maiorẽ modo isto, quædam suspensio ponitur propter delictum, quædã propter defectum, quædam propter infamiã, suspẽsus propter delictũ maiore suspensione, celebrando efficitur irregularis, quia exercet officium sibi interdictum, c. 1 de sent. excom. in 6. & in

cap. 1.

cap.1.de sent.& re iud.eo.lib.6. suspensus propter defectum in corpore, non efficitur irregularis celebrando, quia nō directè interdicta est sibi porestas exercendi officium. Suspensus verò propter infamiam, quia directè à superiore est sibi interdictum officium, efficitur irregularis celebrando.d.c.1.de senten. excommun. in.6.sed si non directè, quia interdicitur eo quod notorij criminosi non debent ministrare, seu celebrare, propter infamiam & odium quod oritur in populo, iste sic celebrando non incurrit irregularitatem, quia directè non est suspensus à iure, vel à canone, sed est quædam prohibitio propter scandalum virandum. Hæc ille.

Sed in specie quæritur, an clericus notorius fornicator vel concubinarius efficiatur irregularis celebrando ante pera-
6 ctam pœnitentiam. & Inno.in dict cap. ad audientiam tenet quod non. & in cap. sicut, de cohabit.cleri.& mul.& in cap.si celebrat, de cleri. excom. ministran. & Card.in c. vestra.de cohabit.cler.& mulie.& Imo. in c.1. col.4.de iud. Plocius de irreg.reg.41.vol.15.trac. Contrariā tamen sententiā tenet Præpo.Alex. in ca. præterea.32.d.in.§.hæc de malis. & Ioā. de Turrecrem. ibidem in.§. verum, quos sequitur Abb.in.c.at si clerici, de iud.nume.35.& Nauarr.in summ. in cap.25.nume.76.& idem in cap.si quando.de res. col.53.vbi dicit istam communem, à qua Didac.Couarru.recedit & respondet ad contraria subtilissimè in cle.si furiosus.2. pa.§.1.num.3 & dicit, non auderem eum irregularem iudicare, tamen consulerem, quod absolutionem obtineret. Et finaliter dico quod Maria.Socin. in.d.c.ad audientiam, post multa obiecta, ad quæ respondit concludit cum communi. idem facit Bernard Diez à Lug.in pract.c.73. à qua omnibus pensatis non audeo recedere, præcipuè cum eam dicat communem Iul.Clar.lib.5.sententia. §. fornicatio.num.4.fol.171.qui tantum, Abbatē allegat in.c.cum non liceat.n.4.de pref.

In.l.40.tit.5.part.1.in glo.6.

1 Beneficiatus & prælatus secundum glossam nostram, & alios tenentur vltra peccatum ad restitutionem fructuū suorum beneficiorum male consumptorum, cōtra quos autumo secundum alios multos.

2 Clerici testari possunt etiam de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ de consuetudine præscripta huius regni.

GLos.6.in ver. *Que lo diessen a los pobres.* quæ ferè per tres columnas refert opi-
1 niones multorum asserentium, prælatos vel clericos, beneficiatos, fructos beneficiorum suorum, minime facere suos. Et ideò si male consumunt, luxuriose viuendo, vel maioratus faciendo peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Nihilominus refert alios contrariam sententiam tenentes, & tandem se inclinat ad primam opinionem tanquam magis tutam. Eam sequitur Marti. Azpil. Nauarr.in summ.cap 25.num.125.vbi asserit allegando multos Doctores, beneficia tumtantum de fructibus beneficij posse sumere, quātum sufficiat ad sui suorumque alimoniam congruam, attenta qualitate personę si tamen fructus male consumpserit teneri ad restitutionem, vltra peccatum mortale. Et idem Nauarr. in capit.final. 15.quæst.1.& in. q.1. in.4. notabil. per totum. fol.6. & in Apologia de reditibus Ecclesiaſ per totū opus. Et quod beneficiati non possunt de istis bonis testari.d.c.fi.notab 4.nu.17.neque Episcopi etiam de licentia Papæ, nisi ad pios vsus ibidem notab.60.fol 50.

Contrariam tamen opinionem, imò quod quamuis dicti beneficiati, & prælati, male consumendo reditus beneficiorum peccent: non tamen tenētur ad restitutionem, asserit Didac. Couarru.in.c. cum in officijs.de testam.nu.3.& Domi. Fran.Sarmien.in tract. de rediti. Eccles. 2.pa.c.8.nu.1. vbi dicit clericus, si abutatur reditibus sui beneficij, non peccat contra legem iustitiæ, sequendo sanct. Thom.2.2.quæstion.185. art.7. sed misericordiæ, & in collibet.6.artic. 12. prout Caiet.com ibi intelligit istam partem, pro vera sequitur fra.Do.à Soto in li.10. de iust.& iu.q.4.art.3.vbi dicit, post diuisionem factā, à tex.in.c.quatuor. & in.c. sessione. 12.q.2. fructus partis, quæ clerico cōtigit, posse eos expēdere pro libitu ac si patrimoniales essent, quos ego sequor

quantumuis Nauarr. noster io dic. capit. fi.16 q.1 in notab. 12. dicat dictos fructos beneficiorum post prędictam diuisionem non magis esse beneficiatorum, vel Episcoporum, quam ante dictam diuisionem erant. Et hæc sufficiant contra gloss. istam, cum satis abũde per istos doctores de ista materia tractatur.

* Vnum tamen non omittam expendere, an prædicti beneficiati de dictis reditibus Ecclesiasticis testari poterunt Et an hodie sit vera conclusio. d. Nauarr asserentis, quod non, etiam de licentia Papa, nisi ad causas pias, vt supra maoet dictum. Et dico qood nos babemus legem obseruatam, & vsu receptam, in. l. final. tit.8 lib.5. recop. disponentem, quod in bonis clericorum, siue intuitu ecclesię, siue aliunde quęsitis, succedant hæredes ex testamẽto, vel ab intestato, quę cõsuetudo tanquam rationabilis à Papa toleratur: & sic approbata vites suas obrinet vt notauit glo. in cap. præsenti, de officio ordinam in.6. & habetut pet Syl. in summ. in ver. cleticus. el.4. q 2. Ioan. Faber in §. his vero inst. de rerum diuis. Anton 3.pa. tit.10. c.3. § 14 & per Guiller. Bened. in cap. Raynuntius. in verbo, vxorem. num 264. Chassan. in consuet. Burgund rub.8 § 5. num.10. Mencha in tract. de successio creatio §.22. num.39. &.40. & Matien in dict. l. fi. tit. 8. lib. 5. Recop. glo.1. n.1. & Olanus in Antinomia. in litera. C. n.25 & d. Didac. Couarr. io. d. c. com in officijs, de testa. & approbatur per Iul. Clar. in. §. testamentũ. q.27. in finalibus verbis. n.10. fol. 17. vbi post longã distinctionem circa ista bona clericorũ concludendo cum communi, quod testari non possunt, dicit quod seruanda est consuetudo patrię. Et Viuius io suis commu opin tomo.1. fol. 156. numer.42. limtat dictã communem, quando contraria est consuetudo, licet nissus est probare, hanc consuetudinem non esse admittendam, à qua recedit Couar. in d. c. cum in officijs, de test n.9 & cõmunis practica in hoc regno. D. Fran. Sarm. de redditibus eccles.2. pa. c.8. fol.27. & infra, in. l.53. tit.6. ista pa. quę dixi.

1 *Clericus superflua habens, etiam si sciat illa habere, non habens intentionem, dandi ea pauperibus, tunc neque postea, sed possidendi vt diues fiat non peccat mortaliter, modo sint patrimonialia bona, modo intuitu Ecclesiæ quæsita contra glossam.*

Glos. 10. in ver. *Limosnas.* Asserit vnã valde rigidam opinionem, sequendo † Abulen. videlicet quod si clericus, aliquãdo habuetit superflua, & sciat se illa habere, & non habeat intensionem daodi ista pauperibus, tunc neque postea, sed possidendi, vt diues sit, etiam si non intendat, aliquod malum facere cum diuitijs, neque dispensare eas inhoocste videtur peccare mortaliter.

* Sed si glossa loquitur de bonis patrimonialibus, vel aliunde quæsitis clericorum, planum est non procedere cum de istis ad libitum dispensare possunt, neq; in hoc sunt deterioris conditionis quam laici, vt plene examinauit, & sic conclusit Iul. Clar. in lib. 3. senten. tecep. in. §. testamentum. q.27. num 1 & . 2. fol.16.

Si autem loquitur de bonis quæsitis per dictos clericos intuitu ecclesiæ, in hoc maius est dubium, sed ex supradictis in glos. proxima constat non posse istius glossæ conclusionem procedere, vbi probauimus fructus partis, quæ clerico beneficiato contingunt, posse eum prolibitu eas expendere, ac si patrimoniales essent, & etiam de his bonis testari posse, secundum legem istius regni vsu receptam. Ex quibus infero, contra dictam sententiam istius glossæ, clericos simplices, vel beneficiatos, non magis teneri sub pęna peccati mortalis, de superfluis naturæ vel statui ad dãdum pauperibus, vel eleemosynas faciendas, quam cæteri laici: cum non peccent contra legem iustitiæ, sed charitatis, eas non faciendo, nisi pauper fuerit in extrema, vel quasi oecessitate, & eis constaret, non esse alios, qui tali pauperi velint, aut possint subuenire, vt resoluit Medina in tract. de eleemosyna. in. c. de necessitate dãdi eleemosynã in. c. de necessitate dandi eleemosynam, fol.151. colum.2. ad medium. Facit etiam pro ista opinione, quod neque Christus damnauit eos, qui diuitijs seruiunt, quales sunt qui eas recondunt, & custodiunt, quasi propter se expectibiles essent, neque illis, ad proximorum, indigentias releuandas vti volunt,

volunt, vt debent: sed contra auaros loquitur, qui de diuitijs, non de pauperibus quãnis necessitatis oppressis curant: ita idem Medina. vbi supr. fol. 152. col. 1. post medium, & hanc conclusionem defendit domin. Franc. Sarmient. in defensione ad suum tract. de redditi. eccles. in monit. 10 per totum. fol. 59. vbi dicit, verũ est quod Episcopus teneatur eleemosynam facere, sed hoc ex lege charitatis, non iustitiæ, cui Domin. à Sot. adstipulatur loco citato contra Martin. Azpil. Nauarr.

In.l.55. tit.5.par.1.in gl.5.

1 *Fama est pratiosior inter res temporales, & dicitur quod sit fama.*

2 *Fama reperitur, quæ non pertinet ad honestatem vitæ.*

3 *Qui metu tormentorum se infamat, ita quod sibi causet notabile dãnum vel alijs peccat mortaliter.*

GLos.5. in verbo. *La mas preciada.* dicit,
fama magni habenda est, ac multum
curãdum de bono nõmine: ex qua bene
infertur, quod cum res tanti valoris sit,
1 quod eam notabiliter lædentes peccant
mortaliter, vt tenet sanct. Thom. 2.2.
q.73. artic.2. & per Caiet. ibi, vbi dicit,
inter res temporales famam esse pretiosiorem, ideo dixit Paul. cap.1 ad Roman. detractores Deo odibiles, & Psalm. 100. detrahentes proximo suo, hunc persequebar, & Salom. c.24. Prouerb. abominatio hominum est detractor.

Sed cum de lesione famæ agimus necesse erit scire quę sit fama, secũdum. l.1. ff. de iustit. & iur. & fama est illęsę dignitatis status, vita & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, de quo gl. in. c. vestra. de cohabi. cleri. & mulier. & l. cognitionem. ff. de varijs & extraordin. cognitio. quæ licet de æstimatione loquatur, idem sensus est: & aliter diffinit Gabriel. in. 4. distinct. 15. dicens, fama est bona opinio, de honestate vitę ac motum, & de ista loquitur Solamon. cap. 22. Prouerb. melius est bonum nomen quam diuitię multæ, & in cap. 41. Ecclesiast. curã habe de bono nomine, & de ista fama loquuntur iurisconsulti, in. ff. & in. C. de ijs qui notant. infam. & quibus ex causis infamia irrogetur, & ista fama est, quæ ad honorem vitæ pertinet, quam iniuste, tanquam detractor lędete peccatũ mortale est: vt per multa resoluit Matr. Azp. Nauatr. in cap. inter verba. 11. quæstio. 3. conclus. 5. num. 1. & ista pertinet ad honestatem vitæ.

2 Est etiam alia fama, quę non pertinet ad dictã honestatem vitę, vt est illa quæ demi potest sine lęsione virtutum, vt si dicatur quod aliquis si diues, vel pauper, doctus vel indoctus, quia tunc non peccabit detractor mortaliter, eo quod non notabiliter lędit famam proximi, vt tangit sanct. Thom. 2.2. q.73. articul. 2. & ibi Thom. à Vio. in versic. eodem atticulo, & Nauar. in. d. c. inter verba. concl. 6. corolla. 15 num. 40. & 41. fol. 246. & idem in cap. quando. de ref. exceptione. 10.

3 Quęro tamen an qui metu tormentorum, vel mortis, infamat se mentiendo, dicatur detractor, ita quod peccet mortalitet, & Thomas a Vio. in additione ad sanct. Thom. 2.2 q.73 artic. 2. tenet quod sic: contrarium asserit Domin. à Soto in tract. de ratione tegendi, vel deteg. secr. memb. 1 q. 3 conclus. 3. sed hos DD. conciliat doctissimus ille Nauar in d. c. inter verba conclusio. 6. corolla. 44. num 109. hoc modo, opinio Cajet procedit, quãdo ex infamia quam quis sibi false imponit sequitur aliquod notabile detrimentum animę, vitæ propriæ vel alienæ aut honoris, vel rei alienæ, vt clarius per alia exempla demonstrat. opinio autẽ Dom. Sot. in casu contrario quando nullũ damnum sequitur.

In.l.56.tit.5.p.1.in gl.9.

1 *Laicos incurrere excommunicationem clericos verberantes etiam de mandato Episcopi, cum tribus fallentijs & fallit de contraria consuetudine.*

2 *Clericus assasinus punitur per iudicem secularem sine degradationẽ.*

GLos.9 in verbo. *Descomulgados.* Probat laicos verberantes clericos etiam de iussu prælati excommunicationem incurrere

currere

currere, per text in cap. vniuersitatis. de sentent. excõmun.

Limitatur ista conclusio quando aliter corrigi non possunt, secundum Sylu. in summa in verbo: Excõmunicatio. el.6. num.6. in versic. vndecimo, per tex. in. c. vt famæ. de sentent. excõmu. dicens, hoc indubitanter tene.

Secũdo fallit si Episcopus iusserit verberare ex causa iusta. secundum Abb. in d. c. vniuersitatis, num. 8.

Limitatur tertio in tortura, quia clericus potest torqueri per laicum, de mandato prælati de consuetudiñe, licet de iure contrarium teneat communis, vt dicit Anton. de Butr. & Anchar. in. d. c. vt famæ, & Abb. num fin. licet male obseruari dicat. eandem tenet pro communi Barb. in. c. decernimus. de iud. col. penul. contra Bald. ibi dicentem, posse torturam mandari laico, per prælatum contra clericum, & Bernard Diaz, qui hunc dubium tangit, quicquid dicat Felin. in d. cap. veritatis, inclinat se contra cõmunem, propter difficultatem in administrando dictam torturam per clericos, & propter contrariam consuetudinem, fuit Bernar. in cap. 117. num. 6. in sua pract. hanc etiã sententiam tenet gloss. 10. infr. lege ista quæ proxima est.

Et sic quantum ad hoc, vt clericus possit torqueri per laicum, hodie nullam specialitatem habebit crimen assasinij, in quo per laicum de iure canonico clericus torqueri poterat, vt notauit Ludoc. Carrer. in pract. crim. fol. 85. nu. 29. Nec mirum, quia istud crimen assasinij adeò exossum in iure est, vt absque vlla degradatione, clericus assasinus, possit à iudice sęculari puniri, siue sit mandans siue mandatarius, per cap. 1. de homic. in. 6. in finalibus verbis, quem sic intelligit Lapus ibi, & Hippolyt. in. l. 1. C. de raptu virgi. nu. 103. & in pract. crim. in. §. examinanda, num. 11. & in. §. diligenter. numer. 165. & Bernar. Diaz, in sua practic. c. 91. fol. 256. de quo etiã bene per Didac. de Couar. in lib. 2. variar resol. c. 20. nu. 9.

In. l. 57. tit. 5. p. 1. in glos. 2.

1 *Agitatio taurorum prohibita videtur tam de iure antiquo, quam nouissimo.*

2 *Clericus videns taurorum agitationem peccat verba præceptiua posita in lege canonica, obligant ad peccatum transgressores, & verbum prohibemus de cõmuni vsu ecclesiæ.*

3 *Veniens contra legem minantem excommunicationem peccat mortaliter.*

4 *Quæritur vtrum clericus, qui in camera est abstractus à fenestris, ex quibus cæteri vident taurorum agitationem dicatur videre dictã agitationem, eo quod qui parum distat in esse dicatur.*

5 *Clericus in camera abstractus licet iusta fenestras sit non dicitur videre taurorum agitationem.*

6 *Lex non extenditur vltra suã rationem.*

7 *Sequendo mentem legis licet offendere verba.*

8 *Non cessat ratio legis, eo quod cesset in particulari.*

9 *Clericus prohibetur aßistere in expectaculis illicitis, & de per se in honestis, & sic intelligũtur certa iura prohibentia.*

10 *Ratio quare clericis interdictũ est in executionibus damnatorum ad mortem interesse.*

11 *Iura prohibentia clericis inter essentiam in expectaculis intelliguntur de præsentia corporali in qua sensus auditus, & visus suum officium faciunt.*

Et clericus cæcus ad fenestras sistẽs agitationis tempore non dicitur canonis transgressor.

Glos.

GLof.2.in verbo *Lidiar los toros* Glossator damnat agitationem taurorũ, quia ex ea frequentes mortes contingunt, & ideo ludum istum reputat noxium, & culpabilem, & sic prohibitione dignum, per.l.nam ludus.ff.ad leg.Aquil.ideo iuste cautũ est, ne clerici astis intersint expectaculis, & ad probandum quod agitãtes peccant, adducit verba gloss. in cap.
1 venatoribus.86.distinctio.dicentia exercens in arenas operas suas, cũ bestiã dentata, peccant mortaliter. Istam sentẽtiam prosecurus est Bernard. Diaz à Luco, in pract.crim.c.66.per totũ f.170.& Abeo. cap.10.præto.nu.12.lib.2.& gloss.io pragmat.sanctio.2.tomo.in titul.de expect. Azened.in.l.4.tit.10.lib.1 Recop. hodie tamen sumus in casu minus dubio, quia prohibita est dicta agitatio taurorum, saltim diebus festiuis. & quoad clericos omni tempore, vt habetur in motu proprio Pij V.fol mihi 75. & per alium Gregor. XIII. & quia sępe sepius vidi dubitare, imò multos affirmare, clericos videre posse dictam taurorum agitationem, sine labe peccati mortalis, volo hic eos docere qualiter sint decepti.

2 Motus proprius Pij. V. in hæc verba prorumpit, clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdem expectaculis intersint, similiter prohibemus: dicebant ipsi ad excusandum excusationes suas in peccato, non esse astrictos sub pœna peccati mortalis, eo quod non imponebatur eis latæ seotentiæ excõmunicatio, sed comminatio ferendæ, per gloss.2.in cap.1.de sagitar. & quod si eos vellet obligare ad mortale peccatum, pœnam excõmunicationis imponeret: quod quam redicula ista sint nemo sanæ mẽtis canonum scientificus ignorat. Lex etenim positiua canonica, continens verba præcepti, semper obligat transgressores ad peccatum mortale, vt omnes fatentur, scilicet, Sylu.in summa.in verbo, pręceptum.numer.3.& Alfons. à Castr. de potest. leg. pœna.cap.5.fol.46.& Nauarr. in summa cap.23.nu.51.& dixi infr.in.l.10.in gl.1. titul 9.ista part. Neque obstat, quod dict. Nauar.dixit ibidem, num.49.quod istud verbum (prohibemus) ex sui natura positum in lege positiua, non obligat sub pœna peccati mortalis, quia ipse fatetur ibi, secus esse ex communi doctorum interpretatione, & ex cõmuni vsu ecclesię, & in proprijs terminis, q mortaliter pec-
3 cet, veniens contra legem comminãtem excommunicationem, tenet Caiet.2.2. q.186.artic.9 & Sylu.in verb. pręceptũ, n.3.& d Nauar.d.c.23.n51.ex quibus indubitanter renendum est, clericos prædictos agitationibus taurorom intereessentes, peccati mortalis culpam incorrere, & sine alia monitione iudex ecclesiasticus poterit eos excõmunicare, vt latius dixi io.l 10.titul.9 infr ista par.

4 Sed quæro de alia quęstione quotidiana, à nemine vsque tacta si clericus sacris initiatus, vel beneficiatus, intersit dictis taurorum agitationibus, non ita vt eos videat occulatim, sed à fenestris abstractus, licet rumorem, clamorem, & vociferationes audiens, qui illuc se contulit forte, vt post dictam agitationem, videat alia expectacula, vel ludos, aut eo quod noluit remanere solus domi. an iste talis pœna dicti motus proprij tenebitur.

Et videtur respondendum quod sic, nam iste dictis agitationibus interesse videatur, cum qui parum distat in esse dicatur, argum.text.in cap.facto.de sentent. excõmu.in.6.& quæ dicit Iaso.in.l sciẽdum.ff.qui satis dare cogant.no.25. arg. tex.in cap.meminimus, de appell.t.vbi iter arripiens ad Romam eximitur à iurisdictione iudicis ac si Romę esset: & quãuis occulatim dictos tauros non videat, tamen ipsam agitationem audit, & sic in ea interesse videtur, sensus auditus: ergo contra motum proprium agit & qui alicui actui illicito, assistunt autorizando, damnantur æquali pœna, ac ipsi ministrantes & exercentes actum, c.quicunque.de hęre.in.6. & in repet. inquisit. in verb.fautores.col.4.& dixit Ioa.Med. de rebus restit.quæst.21.in.6.demus iam fol 67.

Facit insuper pro ista parte, ratio ipsius motus proprij, nam ideo prohibuit clericis interessentiam, in taurorum agitatione, ne actui inhumano, illicito & noxio, propter honestatem & personarum lenitatem interessent: sicut antiquitus, eadem ratione, interdicta prædictis clericis fuerunt publica expectacula, text. in cap non oportet, el.2. de consecratio. distinct.5.& in cap.de his.23.distinctio.

& in

& in cap.presbyteri.34.distinct.& in au
thent.de santissim. Episcopis in.§.inter
dicimus el.2. Sed intrando ad fenestras,
& exenndo,decus & autoriras clericalis
læditur, ac multi scandalum pascien-
tur,& ita cum eadem in vtroque casu mi
litat ratio,eadem erit dispositio,cap.trāſ
lato,& ibi glos.& DD. de const. l.illud.
ff.ad leg.Aquil.
5 - Prędictis tamen fundamentis non ob-
stantibus,contrariam sententiam censeo
veriorē,imo quod in casu proposito nō
incurrunt pœnam motus proprij: quæ
conclusio fundatur in ipsa legis,vel mo-
tus proprij mente,quæ fuit ne clerici in-
teressent, dictis agitationibus, propter
honestatē status clericalis,& decus quod
in eis requiritur, ne ecclesiastica lenitas
actum seuum & inhumanum autorizet
interessentia ministrorum ecclesiæ, vt
illæsus & immaculatus maneat: quę om
nia in suo integro statu cōseruantur,quā
tis clericus in camera cum cæteris vidē-
tibus stet,dum modo ipse, neque videat
dictam agitationem , neque videatur in
fenestra sicut cæteri laici. Cū maior præ
cęteris in eis honestas requiratur: & sic
cessat pœna motus proprij,quæ non ex-
tenditur nisi ad eum casum, ad quem ra-
6 tio legis extenditur l.adigere.in.§.quam
uis.ff.de iure patro.l.miles. ff. de re mili-
ta.Neque obstant dicta verba motus pro
prij dicentia (prohibemus ne intersint)
quę certo modo videntur importare om-
nem interessentiam , quia dupliciter re-
spondemus.Primo,quod non intersunt,
cū qui parū distat,vere & realiter nō in-
terest in loco,à quo distat: & cætera quæ
pro parte contraria traduntur procedūt
de iuris fictione quæ solum in casibus ab
eo expressis locum obtinent.
7 . Secundo,quod quandocunque de mē-
te legis constat, suadente contraria ver-
bis legis,licet offendere dicta verba,men
tem seruando.l. credendum in initio.ff.
qui pet.tutor.possunt.l.scire oportet, in
§.aliud. ff de excusatio. tuto. vt habetur
plenissimè per Bal.in.d.l.scire.d.§.aliud,
& in.l.si quis seruo.C.de furt.dicentem,
non solum debemus recedere à verbis le-
gis,& seruare mentem vbi mens est ex-
pressa,sed etiam vbi mens,seu ratio non
est expressa,Abb.in consil.1.nu.7.vol.1.
Bart.in.l.cum mulier.ff. solut.matrimo.
& Alexand.in.l.sororem.nu.3.in fin. Cā

de his qui,vt indig.tex.qui bene probat
in.l.non dubium.C.de legi.Iason.in.l.iu
ris gentium in. §.ait prætor,nu.15.ff.de
pact.
Nec minus obstabit,si instando dixe-
ris,ergo qui per angustissimos canselos,
occultissimè viderit, dictā agitationem
taurorū,pœnæ non erit reus, cū nō sequi
tur dedecus,neque inhonestas , & sic le-
gis ratio cessat. Quia respondeo,non ces
8 sare legis rationem,eo quod cesset in spe
ciali,vt per DD.habetur in cap.cum ces
sante.de appellatio,& per Tiraq.in tract.
de cessant.causa.in.1.part.nu.131.ex sen-
tentia Bart.l.cū hi.ff.de transact. & ideo
transgressor erit canonis, quia agitatio-
nem vidit,quamuis occulte. Neque ob-
stant opposita de text.in cap.quicūque.
de hęret.in.6.& de dicto à Ioann.Medi-
na.d.q.21.quia loquuntur de associanti-
bus,& autorizantibus, in actu de per se
9 damnato malo & illicito. Docto. cap.
sicut dignum,de homicid. & Innoc.ibi,
qui dicit,interesse in homicidio non fa-
cit quem irregularem nisi interesset auto
ritatem pręstando vel consilium, nos au
tem loquimur de actu de per se permis-
so,& licito,vt habetur in motu proprio
Gregor.XIII. text.autem in.d.cap. non
oportet,& in.d.cap.his,& in.d.cap. pres
byteri loquuntur , de spectaculis illici-
tis,& in honestis,vt testatur glos in.d.c.
his,in verb. non spectaculis,& Arche.
ibi,nu.1.exponit verbum(cauetur)idest,
ad cautelam, quasi denotās assistentiam
in spectaculis non semper esse illicitā,
sed aliquando,scilicet,in impudicis & in
honestis,vt aperte colligitur, ex dicto.c.
presbyteri, iubente clericos fugere con-
uiuia nuptialia, vbi amatoria & turpia
cantantur,aut obscœni motus corporū,
choreis & saltationibus efferuntur,ne au
ditus & obtuitus,sacris in mysterijs depu
tati, turpium spectaculorum , atque ver
borum contagione polluantur.
10 - Et si dictis clericis prohibitum est , ne
in executionibus damnatorum intersint,
cap.sententiam sanguinis, ne cleric.vel
mona.eo fit,quia eclesia abhorret. sentē-
tiam sanguinis in tantū,quod existimet,
indecens esse sacerdotali dignitati,& hu
manitati ibi interesse, quasi associando,
& autorizando illum actum inhumanū:
sed ista agitatio taurorum talis dici actus
inhumanus omnino non potest, cum di-
rectè

rectè ad id non tendat, sed de per accidēs contingat: vt bene defendit. d. Ioann. d. Med. in dict. q. 11. in fin. & sic non est opponendū de illis cū diuersa sit ratio.

11 Vnum tandem noto, tanquam totius materiæ, & quęstionis dilusionem: scilicet, quod omnia iura, prohibentia inter essentiam in dictis spectaculis, loquuntur de præsentia, & assistentia corporali, in qua sensus auditus, & visus, suum officium faciunt: ad quam conclusionem pondero text. in d. cap. presbyteri. 34. distinctio. in illis verbis (ne auditus & obtuitus) & tex. in. §. interdicimus, in auth. de sanctissim. Episcopis, in vers. interdicimus, collatio. 9. in illis verbis (aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire) idem videtur sentire Abb. in cap. sententiam, ne cleric. vel monach. num. 6. ergo inconcussa manet nostra cō clusio quę dicit, clericus, vel beneficiatus accedens ad cameram vbi fenestræ sunt, in quibus spectatores sistunt, ad agitationem taurorum videndam, si eam non viderint, quamuis clamorem & vociferationes agitantium audiant nō eos incurrere pœnam motus proprij Pij. V.

Ratio istius conclusionis est, quia oculus corporis, subministrat potissimè intellectui, præ cæteris sensibus: & sic dicitur porta intellectus. §. cum magis inst. de gradibus, & Aristot. 1. Metaphys. dicit, propter admirari (quod frequentius per visum ad intellectum defertur) cœperunt homines philosophari. l. 1. ff de trāsactio, in illis verbis, visis, & cognitis: & ad hoc tēdit quod Apostolus dixit in. c. 1. ad Romanos, inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. & ita Dominica dixit veritas, per sanctū Ioan. excæcabo oculos eorum, vt corde non intelligant, & in Genesi. c. 1. scribitur, aperientur oculi vestri, & eritis vt dij, intelligentes, bonum & malum: idem ensuit Barb. in cap. ex literis, de probatio. nu. 5. ex quibus forsan dici poterit, quod clericus cæcus in taurorum agitatione ad fenestras sistiens non illaqueabitur pœnis motus proprij: & de materia dixit aliqua Salzed. in pract. sua cap. 72. in additione, sed non ita diffusè

1 Collatio beneficij facta indigno vti aleatori notorio periuro & infami mero iure valet contra glossa.

GLos. 3. in verbo *Iagar*. dicit, quod collatio beneficij facta publico aleatori, si de hoc constat est nulla, & quod si nō constat, quia erat occultus, quod irritetur: quę finalis conclusio displicet Glossatori, licet eam teneat Abb. in cap. inter dilectos, de excessibus prœla. nu. 8. eandem sententiam contra Abb. tenuit Bernar. Diaz. in pract. crim. in cap. 64. nu. 2. & cum Abb. vbi supra quoad primā conclusionem transeunt isti DD. Bernard. & Glossator, quasi pro certo tenētes, quod collatio facta publico aleatori, sit nulla veluti indigno & infami.

Contrariam tamen sententiam existimo esse veriorem, imo quod collatio beneficij facta indigno, & vili, vel vti periuro, infami, & criminoso, valet mero iure, secundum Lapum in additio. ad. 1. consil Federic. de Sen. & Cardin. in cap. querelam, de iure iurand. per text in d. cap. inter dilectos in illis verbis (quamquam propter indignitatem eiusdem, meruit reprobari, concessionem post modum. B. factam, irritam decernimus, & inanem) igitur videtur, quod non fuit à suo initio nulla, quia quod nullum est irritari non potest: & hanc etiam sententiam sequitur Felin. in cap. 2. de ref. num. 4. & DD. in tract. de literis gratiæ in cap. de noua forma expectatiuarum, num. 11. fol. 36. & Salzed. in sua pract. crim. cano. in verbo. vili dicit, non esse beneficij collationem factam infami nullam nisi sit notorius in famis infamia iuris: vbi late disputat ad partes, & istam tenuit Nauar. in capit. si quando, de ref. colum 52.

In. l. 60. tit. 5. p. 1. in glos. 3.

1 Duo officia quis non potest exercere, quæ inter se habeant repugnantiam, & sic in iurisdictione contentiosa non potest quis vices plurium sumere, & quando potest quis duplice officio fungi.

2 Duo beneficia curata, & dignitates, vel præbendas quando liceat habere.

Glo.

GLos.3.in verb. *Dos officios*, mouet quæstionem, an quis poterit vno tempore habere duo officia, & cōcludit cū Ioan. de Plat.in.l.1.C.de dig.lib.12. q̄ si officia habēt administrationem annexam, & interse contineāt repugnantiam, siue per actum vnius, impediatur administratio alterius, quod non poterit obtinere, si vero non habeat administrationem annexam, quod poterit: & an isto casu obtinebit salarium duorum.

De quæstione prima disputat glos. in cap.ex literis.de probatio.& pro vtraq; parte multa iura adducit, & resoluendo dicit, regulariter verum esse, quem non posse duo officia gerere, & quod contrarium procedit ex causa, at Felin. ibidem num.10. melius expendit, dicens, non potest quis in iurisdictione contentiosa, vices plurium sumere, secundum Speculat.in titul.de assessore, in. §.fin. quia nō potest esse aduocatus & assessor. Bart. in l.iubemus, la.2 C.de Sacrosanct. Eccles.

Secundo concludit in iudicio, vel extra iudicium, iurisdictionis voluntariæ, vbi non est impedimentum iuris vel facti, potest quis fungi duplici officio, vt in.l.si consul.ff.de adoptio. vbi Bart. dicens, qui habet potestatem ligitimandi potest ligitimare proprium filium: fallit conclusio quatuor modis, quarū vna est, quando ex dispositione particulari legis vel hominis, vnum officium habens, prohibeatur acceptare aliud, etiam compassibile. quia collatio secunda est ipso iure nulla, & acceptando amittit primum cū salario, Bar.in.l.fin.per text.C.de cohortal.lib.12.quæ conclusio hodie modificacata est, per.l.4. titul. 3. lib.7. Recopilat. quæ disponet, vt si quis duo officia publica habuerit, vt decurionatus duos vel tabellionatum & decurionatum, & alia similia, intra duos menses à tempore monitionis ea omittat, & istum intellectum assignauit Didac. Perez ad. l.1. titul.5. lib.2.ord.col.428.

3 Silentio tamen non transeam, quid dicēdum circa officia ecclesiastica: & quod duo beneficia curata non poterit quis obtinere probat text.in cap.extirpande, § qui vero, & ibi DD.de præben. & dig. & circa dignitates & canonicatus, capit. dudum, el.2.de electio, & ibi Ioann. And. & DD.& Abb.in cap.cū olim, de re iud. num.3.dicit, clericus potest dispensatiuè in vna ecclesia, gerere duas prębendas, canonicatum, videlicet, & dignitatem, & percipere portionem suam pro vtraque parte, tam in grossa, quam in distributionibus quotidianis: & idem Abb.in.c.Pastoralis, de concessio. præben. num.4. & Ioann. Andr.d.cap.com olim, dicit, quod iste habebit duas voces in capitulo, quē ibi secutus est Bald. dicendo, nolo recedere à fōte iuris, sed Barb. eos sequēdo, ait, per noua iura, melius Bald. dixerat à pelago iuris in cap. ex literis, de probatio. num.34.& num.22.& istam sententiam affirmat Anton.de But.ibidem, vbi dict. Barb.nu.22 mouet vnam pulchrā quæstionem, dicens partes dederunt potestatem arbitro in compromisso, quod procedat, & decidat in scriptis, & sine scriptis, an poterit esse notarius, & iudex, Bart.tenet quod sic in authent. nisi breuiores. C. de sentent.ex pericu. recit.in qua quęstione, pro vtraque parte adducens pula iura, & DD. concludit contra Bart.

In.l.63.tit.5.p.1.in glo.2.

1 *Episcopus qualiter dispenset cum simoniaco in ordine, vel beneficio, curato, vel dignitate, vel simplice.*

2 *Simonia diuiditur in mentalem, & mentalem cōuentionalem, & realem conuentionalem.*

3 *Qualiter species simoniæ differant in pœnarum impositione, nam pro mentali simonia licet deueniatur ad dādum, vel tradendū nullo præcedente pacto tacito, vel expresso, non imponitur pœna.*

4 *Simoniacus conuentionalis non astringitur pœnis extrauagantis.1. & 2.desimo.*

5 *Simoniacus conuentionalis, & realis patitur omnes iuris pœnas, & ad hanc redigenda est conclusio glossæ nostræ.*

GLof.2.in verb: *Symonia*. querit per multa argumẽta, qualiter, vel in quibus casibus poterit Episcopus dispẽsare cũ sy-
1 moniaco, & distinguit, aut est symonia in ordine, aut in beneficio curato, vel dignitate, vel in beneficio simplice, & tãdem concludit, quod hodie sunt simoniaci excõmunicati ipso facto, per extrauagantes Pauli & Sixti, quæ sunt inter extrauagantes cõmunes, siue simonia sit in ordine, siue in beneficio, à Papa est petẽda absolutio excommunicationis, & dispensatio, super simonia in ordine, vel beneficio. & quod hoc est tutius: quamuis verius inquit videatur, vt absolutione excõmunicationis obtenta à Papa, Episcopus dispenset cum distinctionibus ibi positis, scilicet, ad obtinendum aliud beneficium, secundum Abb. in. c. postulastis, de cleric. excõmu. ministr. & melius per Felin. qui materiam exhaurit in cap. de simoniace de simonia. per totũ & Abb. & per Bertach in tract. de Episcopo, volum. 2. tractat. in lib. 4. sui operis. 2. part. num. 143. fol. 168. vbi ponit. 70. casus in quibus Episcopus dispensat. Et quamuis Glossator noster satis bene loquutus est, restat vnum dubium, de qua symonia loquatur, cum plures sint species symoniæ, ad cuius elucidationem præmitto quod tres sunt species symonię.

2 Scilicet symonia mẽtalis, symonia mẽtalis, & conuentionalis, & realis. Prima est illa quæ solũ mente concipitur, velle dare vel recipere aliquid tẽporale pro spirituali, vel velle, dare, vel accipere dando vel accipiendo, sine vlla expressione, vel declaratione illius malę metis & volũtatis, & ita sine vllo pacto expresso, vel tacito: & sic ista mẽtalis symonia diuiditur, in symoniã mentalẽ, quæ propriè stat in suo significato, & in symoniam mentalẽ, quæ deuenit ad factum dandi vel accipiẽdi, absque vlla expressione, vel manifestatione, illius malæ mentis expressa, vel tacita.

Alia species symoniæ est, quæ dicitur conuentionalis, & stat in sola conuentione.

Alia conuentionalis & realis, quę est illa in qua realiter datur aliquid temporale pro spirituali conuentione pręcedẽte, quas distinctiones melius cęteris, præfigit ingens ille Canonista Nauarr. in c. fin. de symon. nu. 7. & 8. & in summa. in cap. 23. num. 103. & istę species symoniæ differunt in modo cõceptionis, & in pœnarum impositione.

3 Prima etenim symonia idest, primę speciei, quæ solum in mente concipitur, nullis pœnis iuris positiui subest, sed solum Deum habet vltorem. d. c. fin. de symon. etiam si cõmittatur illa symonia, quę dicitur prohibita quia symonia, idest, prohibita lege diuina: cuius meminit glos. in cap. relatum. de officio deleg. & tenet d. Nauar. d. cap. fin. num. 26. & text. in cap. tua. de symon. & Sylu. in verb. Symonia. num. 5 in qua omnes consensiunt.

Secundo vero casu quando symonia fuit mentalis, sed tandem descendit ad datum vel acceptum, nullo pacto precedente tacito vel expresso, tunc etiã nullam pœnam iuris incurrunt symoniaci, per dict. c. fin. de symon quem text. sic ibi intelligit gl. & Innoc. & sanct. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 6. ad. 6. & Nauar. in. d. c. fin. num. 12. sed in hac resolutione, magnũ versarut dubium, eo quod effectualiter traditur temporale, pro re spirituali: & ideo Ioann. Maior, in contrariam sententiam iuit, & eum secutus est Dom. à Soto in lib. 9. de iustit. & iur. q. 8. art. 1. & quia bene locutus fiat dictus Nauar. loco citato ei assedeam.

4 Ad aliam speciem symonię, scilicet, ad conuentionalem deueniendo, dico, quod Ioan. Andr. & Abb. in. d. cap. fin. asserunt quod tales symoniaci tenentur pœnæ symoniacorum, & ad restitutionẽ accepti, & licet eos non alleget: sequitur Sylu. in verb. Symonia, nu. 10.

Contrariam tamen sententiam, imo quod tales symoniaci conuentionales, non subsint pœnis symoniacorum, neq; pœnis extrauagantiũ. Vrbani. V. & Pauli Veneti secundi, quarũ meminit. Felin. in capit. de symoniace. de symon. numero. 6. dicens, esse Eugenij IIII tenet Cassad. deciss. 5. in initio vbi dicit, sic antiquitus intellectus esse has extrauagantes, que est inter decisio. canon. fol. 323. & Ludou. Gomez. in reg. de triennali, quæst. 12. quam conclusionem extendit Conat. in reg. peccatum. 2. part. § 8. n. 7. etiam si ex vna parte sequatur traditio rei spiritualis, & ex alia tantum promissio: quam prius tenuit Nauar in cap. si quando. de res. col. 11. in. 4. exceptio. & Additionator ad Bernar. Diaz. in pract. crim.

crim in cap.85.fol.234. quicquid dixerit Petr.Rebuf.in pract.benef.3. part. titul. de symon.in resignatio.num.10.& sic dictam cõclusionem probat. Mart. Azpil. in.d.cap. fin.num. 28.cum alijs ampliationibus.

5 Ad tertiam speciem igitur symoniæ deueniendo, videlicet, realem & conuentionalem, de ista dicẽdum indubitanter, quod tales symoniaci incurrunt omnes pœnas, in iure statutas, siue per canones in titulis de symonia, siue per extrauagãtes postea editas, quæ sunt Paul. Vener. 2.& Vrbani.V. in titul.de symon. inter cõmunes, & non Sixti, vt loquitur glos. nostra, quæ intelligenda est, secundũ supradictas distinctiones, & ibi ita concluditur per Doctores citatos, quamuis indistinctè loquatur in versic. aduerte enim, quod symoniaci.

In.l.65.tit.5.p.1.in glos.1.

1 Episcopalis dignitas eximit à patria potestate in quantum est in fauorem filij Episcopi, & ob hoc non perdit suitatem non tamen eximit ordo sacerdotalis.

GLos.1.in verb. *Sale del poder de su padre.* text & glos. probant per dignitatem Episcopalem, filium exire à patria potestate, quibus addo.c per venerabilẽ, qui filij sint legit.& auth. sed Episcopalis dignitas.C.de Episcopis, & cleric.

1 Limitatur in ijs, quæ Episcopis sunt fauorabilia, secundum Bar.in.l. item in potestate.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. & per Iaso.in.l. patre furioso, eo.tit.ff. & per Bernar.Diaz, in reg.235.limitat.1. & per Cateli.Cotan.in memorabil.iuris. in verb.Episcopalis, dignitas.& Guillet.Bened.in.c.Raynuntius de test.in verbo. Si absque liberis moreretur el.2.de pupilla. subst.nu.52. & hinc est quod non perdit suitatem, vt in auth. constitutio, quę dignit.in.§.illud.collat.6. quam limitationem dicit cõmunem Ant.Gomez, in tomo.1. variar.resolut.c.9.num.21. & quod simplex clericus à dicta patria potestate non exeat. quicquid gl.in.c.in decorum, de ætat.& qual.dicat, & Panor.ibi,nu.4. & gl.in.c.cum voluntate, de sentent.excõmun.& horũ sequaces ibidẽ Hostiẽs. Innoc.& Panorm. quam supradictã conclusionem, & limitationem dicit cõmunem Ioann. Gracian.reg.198.

1 Rex potest ad se vocare clericos & prælatos ex causa, & ipsi tenentur comparere, & quid Nauarr. censuit in appologia.

2 Rex potest clericos ad se vocare non exercendo iurisdictionalia in eos, & hoc iure tenetur auditores vti.

3 Intellectus ad Bullam Pij.V. editam anno.1568. contra auditores, & maiores iudices Cancellariarum, & quod isti consiliarij Regis, & auditores dicuntur pars corporis Regis, & ipse caput.

4 Rex vel eius auditores non poterit in casibus non permissis à iure vocare clericos ad se, & tanquam incarceratos detinere.

5 De intellectu clausulæ in Bulla Pij V. in Cœnam Domini circa iudices sæculares processantes in causis criminalibus contra clericos.

6 Concessio, vt clerici à laicis non iudicentur si sunt in sacris, est de iure diuino, nec contra eos valet in hoc aliqua consuetudo.

7 Iudex sæcularis cognoscit contra clericum immediatè ratione publicæ pacis & quietis, & contra clericos assassinos, & incorregibilem contra rempublicam, & contra illum qui fraudandi iudicem causa suscepit ordines quoad bona, & contra committentes crimen læsæ maiestatis persistentes in eo diu.

8 Lex vel princeps ponens clausulã dero-

derogantem priuilegijs simpliciter non extenditur ad posita priuilegia in corpore iuris.

GLos.8.in verbo.*Fueras ende si lo llamare*
1 *el Rey*.quę subdit, fortè hinc sumpta est practica, vt Eccclesiastici vocentur per consiliũ Regis, contra quã practicam video ira incẽsum. Mart. Azpil.in apolngia, de redit.ecclesia. q.1. monitorio.83. nu.2.&dicentẽ, quantũ maiestas inuictissimi Regis nostri Philippi, in regimine cęteros alios Reges antecedit, si nõ fineret potestates, vel iudices maiores, prætextu publicæ vtilitatis, vel specie maioris intromittere, vel se intrudere, in ecclesiasticã iurisdictionẽ, qui absq; dubitatione, loquutus est de ista vocatione ecclesiasticarũ personarũ, facta per auditores ad regia prętoria, tanquam iudices eorũ: nam alia quasi intrusio, quæ indirectè fit per istos iudices sęculares, in ecclesiasticam iurisdictionẽ, prætextu arcendi vim illaram, à iudicibus ecclesiasticis, eam ipse iustam iurique cõmunni consonã censet (baud iniuria ęquidem) in.c. cum contingat.de resc.in primo remedio fol.mihi.146.&.147.& multis fundamentis tutatur.de qua materia bene loquitur Glossator noster, in.l.13.tit.13. p.2. vbi latius dicã, sed ad assumptũ redeũdo dico, quod nõ obstãt dicta per Nauar.in.d. apologia non enim negat dictos magistratus supremos & auditores prætori, posse vocare de iure, dictos pręlato & clericos ad se solũ ipse exosus est iudices vocantes clericos quasi in eos exercentes quandã iurisdictionem.

Quia & si Regibus licet vocare pręlatos & clericos, per tex.in.c.si quis Episcopus.18.dist.& in.c.cũ parati.de appellat.& ibi Ant.de Butr.num.6. & Innoc. dicens, quod in tantum tenetur Episcopus sequi Regis mandatũ, & ire ad eius vocationem, quod omisso Archiepiscopi mãdato, Regis tenetur sequi siue prius siue posterius fuerit: cũ distinctione Abb. ibidem num.8 & Dec.num.8 & Prępos. Alex.in.d.cap. si Episcopus in initio.& Ioann.de Turrecrem.ibi, num.1.&.2. & Felin.in.c.Pastoralis.§ cum autem, de officio, & potest.ind.delegat.quia Regibus honor.defertur sicut magistris, neq; obstat glo.in.c.consilia.§.hinc etiã.17. dist. cuius verba suot, isti Episcopi nunquam venire tenerẽtur: quæ glos. loquitur de Episcopis vocatis à Rege. Differentiæ ratio est, quia loquitur quãdo esser Episcopus vocatus per Regẽ ad concilium, quę vocatio de iure non expectar ad Reges, & sic Episcopi eis in hoc obedire non tenentur, & hoc dicit esse tutius Aegidius de Bellame.in.d.§.hinc etiam, nu.2. nisi fortè causa magna subesset, puta scandalũ magnum in ecclesia, quod alias sedari non posset, & hinc eriam fit quod potest Rex mandare Abbates, & Episcopos, ad exercitum, quia ei subsunt pro temporalibus. Tamen limitatur, vt quoad fori iu-
2 risdictionẽ non procedat, & quando rem poralia processerunt à Rege, per l 57. titu.6.ista par, & sic est intelligendus, tex. in.l.fin.§.ab huius.ff.de mune.& honor. & gl.in verb.Põtifex.in.l iubemus nulla.C.de Sacrosan Eccles.l.fi.C.de anno. & trib.lib.10.& ibi.l.1.C. de nauicu.non excus.& tenet Petr.de Artibal in tract. de mune, vol.11.tract.fol.55.nu.97. & sic est intelligẽdus Azeue in.l.13.tit.3.lib.4. recop.qui per suã allegationẽ se limitat, & cũ dicti auditores loco Regis habẽtur, l.quisquis.C.ad legẽ Iul.Mag.& subrogati sunt loco eius cuius naturã sapiunt l.1. §.simili modo.C.de boni.quæ libe. Non maioribus prærtogatiuis vti possunt, in exercendo potestatem sibi delegatã, & sic in clericos non possent exercere iurisdictionẽ suã nisi in casibus à iure permissis infra relatis cũ longe aliud sit vocare clericos & prælatos ob aliquã necessitatem, vel ad fraternaliter monendos aliud ad exercendũ in eos iurisdictionalia, & dictã cõclusionẽ, quod Reges possunt vocare prælatos, confirmat per multa iura Dida.Perez.in.l.24.titul.2.lib 3.ord.col. 857.& dicit cõmunẽ Ioan.Bapt.Villalo. quẽ Vezinus tefert tom.1.cõmuni opin. fol.188.col.2.ad mediũ, & cũ istis iustificatur.d.l.13.tit.3.lib.4.recop.puniens clericos nõ venientes ad Regis vocatinnem.

3 Ex quibus infertur, quod excõmunicatio Bullę Pij.V.in cœnã Dñi, editę anno.1568.inflicta cõtra auditores, aut maiores iudices cãcellariarũ, aut parlamẽtorũ, ad se trahẽtes clericos, & cõparere mãdantes, quod nõ extenditur ad cancellarias, & supremũ consiliũ Regis indistinctè: sed tantũ modn cõtra illos auditores, vel magistratus, qui eos mãdãt cõparere

exercendo potestatem iurisdictionalem cum hoc præter ius & etiã cõtra ius fiat, vt constat ex illis verbis motus proprij, fol.150.in fin.(prçter iuris communis dispositionẽ trahũt, vel trahi faciunt, &c.) sed dicti iudices, vt melius loquar, non sunt subrogati loco Regis, sed sunt pars corporis eius. d.l. quisquis. C.ad leg. Iul. Mag.& vnum corpus quorum caput, & de numero eorum est princeps, probat tex.in.l.ius Senatorũ.C.de dignit lib.12. & latius probat Mart. Garratus in tract. de conciliarijs princip.volu.12. in tract. docto.fol.114.colum.3.in princip. & sic ab istis magistratibus dispositum, dispositum à Rege, esse censetur: & per consequens ipsi vocando prædictos clericos in casibus, in quibus Rex potest eos vocare minime censuram dictę Bullæ incurrent cum præter iuris cõmunis dispositionem non dicantur tunc trahi.

4 Quæ conclusio intelligi debet, cũ quodam temperamento, quod quãuis liceat, vt probatum manet, dictis iudicibus superioribus, clericos, & prçlatos ad se vocare, & trahere, ex causa non licet eos detinere tanquã incarceratos, in aliqua domo, vel loco deputato, eos more laicorũ insitando, vt (verbo Cancellerię in hac parte vtar) putà iudices pro tribunali sedendo, & clerici inferius capitibus apertis stando: quia iam istud erit processare, in causis criminalibus contra clericos, ꝙ nullatenus licet iudicibus sæcularibus, per.d.Bullam Pij.V.in vers.12.fol.151. & quia de intellectu istius versiculi sum acturus, ideo libuit hic trãscribere, cuius tenor talis est.

5 Item, excõmunicamus, & anathematizamus, omnes quoscũque Magistratus, & Senatores, Præsidentes, & Auditores, & omnes alios quoscũque iudices, quocunq; nomine vocentur, ac cancellarios, vicecãcellarios, notarios, scribas, ac quoscũque executores, subexecutores, omnesque alios, quoquo modo se intromittentes, in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas capiendo, processando, seu sententias cõtra illas proferendo, vel exequendo, etiã prætextu quorundã priuilegiorum à sede Apostolica concessorum.

Quæ prouisio, vel decisio, quãuis pœnas augeat nihil de nouo disponet: dixit etenim gloss.in capit, imperator.96.dist. clericos nunquam fuisse de iurisdictionẽ laicorũ, & constitutiones de hoc loquentes potius sunt declaratorię: quã refert Cardin.in repet.c.perpendimus. de sentent.excõmun.& tenet Alciat.in.c. cum non ab homine.de iudi.num.2.vbi dicit, quod ista concessio, quod à laicis non iudicentur, est concessa de iure diuino: sed Iul.Clar.in pract.§.fi.q.36.num.2. dicit, quod hoc erit quoad clericos sacris initiatos, & quoad eos non valet dict. consuetudo de quibus vere in præsente est sermo noster: idemque testatur Didac. Couar.in pract.quęstionib.c.31.nu.5. sed non quoad illos qui sunt in minoribus cõstituti, quia contra eos potest induci consuetudo, vt à iudicibus laicis puniantur, vt ipse Iul.Cla.loco citato, nu.3. asserit: & quod clerici sint exẽpti à iurisdictione principis sęcularis, ante omnem legem positiuam humanam tenet, Abb. Feli. & Dec. in.capit.ecclesiæ sanctę Marię. de constit.& dicit communem Viui.in tomo.1. commun.opinio. fol.189.col.2.in medio.

Sed cum dictę Bullę clausula ibi item excommunicamus, nihil noui disponat, quantum ad principalem suam decisionem, intelligenda erit secundum ius antiquum.l.sed & posteriores.ff.de leg.& ibi glos.fin & DD.& sic limitabimus, vt nõ procedat in sequentibus casibus.

7 Primo limitatur ratione publicæ quietis & pacis, quia si clericus quãuis sacris initiatus turbet rempublicam, & eius pacem poterit Rex, & supremum consiliũ eum punire, à Regno eijciendo, per tex. in.l.quicunque.C.de Episcopis & cleri. quam ad hoc ponderauit Guillerm. Bened. in capi.Raynuntius. in verbo. vxorem, nomine.adalasiam decis.2.num.161. & habemus text.in.l.21.titul.3.lib.1.Recopil.& in.l.25.ibi.vbi contra illas.ll. venientes extra regnum exulant & est tex. in.§.si clericus de pace tenenda in vsibus fœudo. de cuius validitate, & si Bald. ibidem dicat, iste.§. seruit nobis, de truffis, quia corruit ex defectu potestatis, per authentic.statuimus.C.de Episcopis & clerici.vbi cautum est, quod laici nihil possunt contra clericos stabilire. At Iacob. Aluaro, in dicto. §. si clericus, respondet ei, numero. 3. & concludit: quod Imperator Federicus illud decidit de Papæ voluntate, & sic notat specialitatem

ſtatem, non ordinariam poteſtatem, & facultatem principis, in ſtatuendo contra clericos: ſed iſtis ſuperſedeam, quia requirunt altiorem indaginem, & concludendo dico. Iul. Clar. dict. §. fin. q 36. num. 24. tenuiſſe ſenatum poſſe à Regno eijcere clericum, vel prælatum, propter bonum pacis, & publicam quietem, & quod hac de cauſa poterit clericos puniſe in bonis ſuis patrimonialibus, vt tenet gloſſ. in l. addictos. C. de Epiſcopis & cleric. & ibi Paul. de Caſtr. numer. 6. quem ſequitur & refert Gloſſator noſter infra in l. 57. titul 6. iſta part. in. 2 gloſſ.

Secundo fallit dict. deciſio bullæ in aſſaſsino, qui poteſt abſque degradatione per iudicem laicum puniri, cap. 1. de homicid. in. 6. & ita tenent omnes, & refert Couarru. in capit. 32. numer. 2. quæſtionib. pract. & Iul. Clar. vbi ſupr. num. 27.

Tertio fallit in incorregibili, quando aliquod crimen commiſit, in rempublicam valde enorme, & ita grauiſsimum, quod pium ſit, & æquiſsimum eum punire, & maximè ſi timeatur, quod ſi degradatio iudicis Eccleſiaſtici expectanda foret, remaneret impunitus, ſecundum Couarr. dict. cap. 32. numer. 2. qui cum iſtis limitationibus communi aſſentit.

Quarto fallit quando quis ratione fraudis, vt liberaretur à dictione iudicis ſæcularis, poſt delictum ordinem aſſumpſit clericalem, quia iſto caſu quoad bona adhuc iudex ſæcularis, qui de delicto cognoſcere aute clericatum poterat, idẽ cognoſcet poſt clericatum: quam concluſionem tenet Ioan. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratio & Bart. in. l. 1. ff. de pœnis. in fin. Aufreri. in Clem. 1. de officio ordin. refert Couar. in pract. quæſtionib. cap. 32. numer. 4. fol. 151. & Iul Clar. dict. queſt. 36. num. 41. & Plaça de delict. lib. 1. cap. 35. nu. 1. & infra latius agam. in. l. 23. tit. 6. iſta. p. gloſ. 5.

Quinto fallit in crimine læſę maieſtatis, quando diu ſteterunt perſeuerantes in hoc crimine, ſecundum Hoſtien. in. c. perpendimus, de ſentent. excõmun. dicẽtem illum text. debere intelligi de clerico inueterato in tyrannijs, & aggreſſuris, quaſi in iſtis, idem operetur, diuturnitas temporis, abſque monitione, quod operatur in alijs monitio tertia: & quod ſic perdunt priuilegium canonis, & fori ſimul: ad quam ſententiam potius ſe inclinat Anchar in repet. reg. ea quæ de reg iur. in. 6. num 18. queſt. 12 quamuis Abb. Panor. in dict. c. perpendimus, à num. 3. vſq; ad. 6. referendo diuerſas opiniones in cõtrariam declinat, & in capit. ex parte, de excep. num. 1. & 2. & ita per dictam conclusionem Hoſtienſ. & Anchar. locis citatis, fortè poterant ſe excuſare iudices, qui de iuſſu inuictiſsimi Imperatoris Caroli Quinti ſuſpenderunt quendam Epiſcopum, qui ducatum, & cauſam pręſtitit, perduelioni de villalar. Hiſpanię, quæ perduelio vulgariter dicta fuit, *Las comunidades.*

8 Nec me terret ad dictas fallentias conſtituendas, quod Viuius in tom. 1. cõmu. opinio. fol. 190. col 1. in fin. dicit, caue tu iudex ſæcularis, ſicut ab igne, in monte ingerendo, interponendo, ac intromittẽdo modo aliquo, in cauſis criminalibus clericorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum, nam per bullam Pij. V. excommunicantur, & anathematizantur. Nam reſpondeo quod dicta bulla loquitur tantum contra iudices, & magiſtratus, qui de facto procedunt criminaliter contra dictos clericos, vel prætextu aliquorum priuilegiorum: non autem derogat antiquis deciſionibus canonum: & quia vt prędixi. ll. poſteriores per priores intelligendæ ſunt, vt bene notauit Bart. per tex. in. dict. l. ſed & poſteriores. ff. de leg. & Petr. Paul. Pariſ. in additione ad eundẽ ibi, & quia quę ſpecialiter poſita ſunt, generale verbum non tollit, gl. in l. de curionibus. C. de ſilentia. lib. 12. & quia vbi lex, vel princeps ponit clauſulam derogantem ſimpliciter priuilegijs, non intelligitur in dubio de inſertis in iure, nec extenditur ad priuilegia in corpore iuris clauſa, ſecundum gloſſ. approbatam in. l. 2. §. legatis. ff. de iudicijs Iaſ. in l. ſicut certi. colum. penultim. C. de teſtam. milit. Oroſ. in. d. l. ſed & poſteriores, num. 2. & 3. & ibi Ioann. Corra. & Felin. in. c. 1. de reſcript. num. 12. ergo ſecundum ius procedunt prędictæ limitationes ad dictam bullam Pij. V.

Titulus ſextus. De los Clerigos, part. 1.

In.l.14..tit.6.p.1 in glo.3.

1 Mandans erit irregularis si mandatarius occidatur ab aggresso.

2 Irregularis efficitur ille cuius consilio homicidium, vel membri mutilatio sequitur cum. 4. ampliationibus conclusioem declarantibus.

3 Casus in quibus licet consulere alicui, vt ad periculum mortis se exponat, & si mortuus, vel occisus fuerit cōsultor consulens non efficitur irregularis, & quaratione inquisitores tradendo curiæ sæculari hæreticos excusantur ab irregularitate.

4 Consulens alias facturo homicidium non efficitur irregularis.

5 Ex sola voluntate si effectus non sequatur irregularitas non inducitur contra alios.



Losf.3. in verbo. *Que mate alguno.* concludit, quod si mandatarius occidatur ab aggresso, mandans erit irregularis: contrarium tenet Innoc. in capit. ad audientiam, numer. 5. 6. 7. de homicid. & ad partes arguit quem sequitur Hostien. ibi, contra quos tenet Ioann. Andr. in capit. fin. de homicid. in. 6. quem sequitur Abb. in dict. cap. ad audientiam, numer. 6. & Marian. Socin. ibi num. 64. & Felin. in cap. sicut dignum, de homicid. numer. 9. allegans male pro se Innoc. loco citato contrarium probantem.

2 Et quamuis regula sit, quod tunc irregularis efficitur ille, cuius consilio homicidium, vel membri mutilatio sequitur dict. c. sicut dignum. c. 2. de cleric. pugn. in duel. & c. si quis viduam. 50. distinct. & tenet vniuersa schola, & Felin. d. c. sicut dignum, quadrupliciter ampliādo regulam in num 9. videlicet, quando consulit construtionem rei, ex qua sequitur homicidium: secundo si consulit rem illicitam putà furtum clandestinum, vel rapinam, & inde sequitur homicidium, etiam si non sit homicidiorum productiua: tertio si solum ostendit vtilitatem prouenientem ex homicidio: quarto si ille cui consulit occidatur. Quæ ampliatio confirmat istius glossæ sententiam: quas ampliationes transcripsit, ex Innocentio, in dicto capit. sicut dignum.

3 Tamen fallit prædicta regula quando aliquis alium suadens ei cōsuleret, quod exponeret se periculo occisionis, vel mutilationis membrorum, pro patria sua, pro proximo suo, vel pro iure suo, per text. capit. prn membris. 23. quæst. 3. Innoc. in dict. c. ad audientiam, nisi pro certo sciret, eum motiturum, quia tunc consulens videtur quod sit irregularis, cum ordinata charitas est, vt quisq; plus diligat corpus suum quam alterius.

Limitatur tamen ista fallentia quando consulit alij, vt se supponat morti indubitatę pro honore Christi, vel pro fide, vel pro statu ecclesiæ, quia non efficitur irregularis, etiam si sequatur mors: ita per Innocen. dict. cap. ad audientiam, & Ioann. de Ana. ibi. num. 14. & Felin. in dict. cap. sicut dignum, numer. 10. vbi dicit, vnum dictum singulare, quod ex hoc excusantur inquisitores, tradentes hæreticos iudicibus sęcularibus, qui omnino certi sunt de morte eorum: sed si ista sola esset ratio, quid dicendum de cęteris iudicibus Ecclesiasticis, qui incorregibiles, & alios secundum delicti enormitatem tradunt curiæ sæculari quam rationem infra videbimus.

4 Secundo fallit principalis conclusio, quando cōsultor, nihilominus esset facturus homicidium, absque consilio consulētis, secundum Hostien. in. c. ex literis. de excessib. prælat. & Abb. ibi & Feli. in. d. c. sicut dignum, nu. 1. & multa alia ampliādo, & limitando regulam possunt videri per Bernard. Diaz à Luco. reg. 44. & eius additio. Salzed & Couar. in Clem si furiosus. 2. p. §. 2. num. 1. vbi multa ad vtrūque forum pertinentia adducit.

5 Et hanc materiam prosequendo. Ioan. Gracia. in reg. 246. num. 5. ampliatione octaua deceptus fuit, in quantum asserit, ex sola voluntate, etiam si non sequatur effectus, irregularitatem induci, sequendo Hippolyt. eandem sententiam tenentem in. l. 1. C. de rap virginum.

num.255. deceptique omnes à glossa in cap.periculosè, de pœnit.dist. 1. contrariam tamen conclusionem tenet Archid. in.d.c periculosè, reprobata.d. gloss.fin. asserens, quod ex sola voluntate nunquã irregularitas contrahitur: idem Archid. in.§.si ergo.17.q.4.& in.c.si.23.q.8. etiã si voluntas veniat ad actum extrinsecũ. cum omni conatu sine effectu: quem sequitur Dominicus in cap.si quis post acceptum.50.dist.in cuius confirmationem dicit Archid.in.c.fin.23.q.8. quod si clericus inueniat mortuum illum ad quem accedebat, vt eũ occideret, & intulit, vulnus non erit irregularis, quã opinionem reprobata dicta gl.tenet Felin. in.c.sicut dignum, nu.12.& Panor.in.d.c.ad audiẽtiam, nu.5.& Ioan.de Ana.nu. 6. & Maria.Socin.q.45.& Nauar.in summ.c. 27. nu.210.& 193.

1 *Qualiter associando alterum qui tertium occidere vult ne id fat associãs efficiatur irregularis cũ duabus fallentijs ad glossam nostram: & an associãdo alioqui facturum incurrat.d.irregularitatem.*

GLos.4.in verbo.*Si ampara.* ex doctrina Hostien.in.d.c.sicut dignũ, de homic. 1 dicit, quod associans, volentẽ occidere alterum, quem à suo dãnato proposito dissuadere non potest, & timens ei, nihilominus tamen associat, ea tamẽ mente, vt si periclitantem viderit defendat, si associatus homicidium committat, associans erit irrigularis.

Cui addo rationem eam esse secundũ Innoc in.d.c.sicut dignum, in.§ illi etiã, num.3.& Ioann.de Ana.quia qui tempore delicti associat, dicitur prẹstare opem, & si nil aliud faciat. ex qua constat ratio differentiæ, quare qui consulit homicidium alioqui facturo non erit eo secuto irregularis. & secus erit circa illũ qui associat alioqui homicidiũ facturum, & sic elucidatur Syl.in summa, in verb.homicidium, el 1.nu.13.qui differentiam notat & rationem nõ reddit, vt latius habetur supr.in glos.proxima, nu.4.

Primo fallit dicta conclusio Hostiens. & glos.nostræ, quando solum ex eo alterum comitaret, vt inter rixantes pacem poneret, & à duello eos abstraheret, etiã si ex dicto comitatu, pars contraria timidior redderetur, & aggressor audacior, secũdum Innoc.in c. petitio tua, de homic. propè fin. & Abb.ibi, num.3.quos sequitur Nauar.in summ.cap.27.num.225. folio.762. Nec obstant, quod d.Innoc.dicit in.d.c.sicut dignum, quem Felin.ibidem nu.16.refert: scilicet, quod assistẽte cum aggressore imputator culpa, etiã si causa pacificandi assistat, quia reddit animum aggressoris audaciorem, & aggressi debiliorem. Nam respondeo, quod ista procedunt, quoad forũ iudiciale, vbi agitur de satisfaciendo reipublicẹ, & parti. Nec minus obstat, quod dicit Didac. Couar. in Clem.si furiosus.2.p. §.2.nu.2. propè finem, cuius verba sunt: idem ego censerem, quoties auxiliũ, faciliorem aut tandem audaciorẽ, efficeret ipsum delinquẽtem, ad criminis executionem: quia loquitur quando comitantes, eo tendunt comitando, vt vnum audatiorem reddeant, alterum timidiorem: nos loquimur quando comitantes eunt, animo pacificandi, & sic licet de peraccidens vnus audacior, alter timidior efficiatur comitans non erit in culpa, ita vt efficiatur irregularis, secuto homicidio, vel mutilatione membri, vt supradicti.DD. concludunt.

In.l.17.tit.6.p.1.in glos.2.

1 *Lex ista dicit, quod irregularitas ex homicidio contracta cum peccato mortali in baptismo deletur, quæ vero contrahitur sine peccato non delet, quæ per communem reprobatur. num.2.*

2 *In foro canonico nulla lex valet cui aliquis canon specialiter contrarietur, & inter.ll.& canones non datur contrarietas.*

GLoss.2.in verbo. *Embargár leya* text. 1 & glos.concludunt, irregularitas contracta ex homicidio cum peccato deletur per baptismum, contracta vero ex dicto homicidio absque labe peccati non deletur per baptismum: dicit insuper gloss.

ista lex nostra reprobat opinionem Hugonis, & Gofre. & sequitur opinionem Host. in sum. in tit. de homi. § qua pœna, num. 4. col. 3. in initio: ego autem dico, quod lex ista perperam disponit, & glos sa etiam nostra cum ea decepta fuit, cum cõmunis opinio Canonistarum, sit contra suam determinationẽ, & contra Ho-
* stiẽsl lex etenim ista, & aliæ conditæ à principibus sęcularibus, circa materiam canonicam, in tantum vim obtinent, in quantum consonant iuri conoico, per text. in authen statuimus. C. de Episcopis & cleric. & late habetur per Iacob. Aluarot. in titul. de pace tenend. §. si clericus in vsib. fœudo. num 3. & per Sylu. in summa, in verbo. lex. num. 15. & quia vbi ius canonicum in aliqua materia dat regulam specialem, non debemus eam distinguere per ius ciuile, secundum Inno. in c. fin. de rebus eccles non alie. & Abb. in cap. 1. de in integ. resti. & quia in foro Ecclesiastico, nulla lex valet, cui aliquis
2 canon specialiter contrarictur, vt in. c. 1. & in cap. 2. distinct. 10. & per totum, & Abb. in. c. clerici, de iudic. vbi dicit, quod in materia ecclesiastica, non datur contrarietas inter canones, & ll. semper. ll. subcumbunt. & ita non est curandum de lege nostra, quę cum voluit mittere falcem in messem alienam decepta est, & de ea dicimus, quod seruit nobis detrusis sicut dixit Bal. de tex in §. si clericus de pace tenẽda in vsibus fœdorũ, & dixi sup. in. l. 65 tit. 5. in glo. 8 nu. 7.

Qui contrariã vero opinionem tenent sunt Arch. in. c. deinde. 26. dist. vbi dicit, quod irregularitas ex homicidio cũ peccato, vel sine peccato contracta deletur per baptismũ quẽ sequitur Abb in c. gaudemus, de diuortijs, nu. 14. & 15. & istã dicit cõmunẽ Syl. in summ. in verb. irregularitas, nu 15. propè fi. & in verb. baptismus, el. 6. n. 1. & ratio est, quia ex homicidio iusto, ante baptismũ non cõtrahitur irregularitas, secundũ Prepos. in. d. c. gaudemus, de diuort. n. 5. per totã col. 2 & habetur per Card. in Cle. 1. n. 13 de homi. & per. d. Abb. in. d. c. gaudemus, nu. 16. ratione assignantẽ, quare infidelis ex homicidio iusto nõ efficiatur irregularis, & dicit non ea est, quod infidelis sit incapax omniũ irrigularitatũ, sed quia ius canonicũ, dictã irregularitatẽ ex homicidio iusto, solũ eam impingit baptizato. & istã dicit cõmunẽ Nauar in. c. 27. n. 208. in summa, & in. c. quod in dubijs de pœni.

In.l.23.tit.6.p.1.in glo.2.

1 *Administrans rẽ alicuius priuatæ personæ deposito officio etiã rationibus nõ redditis potest sacris initiari nisi ante promotionem quæstio sit de dolo.*

Idem erit si administrauit bona alicuius personæ miserabilis.

2 *Ordinari sacris ordinibus nõ potest administrator alicuius Regis, Ducis, Comitis, vel Varonis nõ redditis rationem ius etiam officio deposito.*

3 *Ecclesia nõ tenetur pro debitis suorũ clericorũ, nec prælatorũ, & sumitur in ista lege pro Episco. vel pro Episcopo cum capitulo ex quo infertur intellectus ad. d. legem.*

GLo. 2. in verb. No se pueden ordenar concludit cũ text. obligati ad ratiocinia,
1 Regis, vel Comiti, vel Ducibus, aut Marchionibus, vel viris diuitibus, vel alicui vniuersitati, prohibentur ordinari, ante redditia ratiocinia etis vero redditis & reliquis solutis, vel datis fideiussoribus, ordinari possunt: sequẽdo vestigia istius glo. distinguo, aut iste administrauit rẽ alicuius priuatæ personæ, & actualiter administrat, & non potest promoueri: si aũt omittat eã administrationẽ poterit ordinari, etiã rationibus nõ redditis, nisi ante promotionẽ, quæstio sit de dolo posita: quia tunc nõ poterit ordinari ante redditã ratio nẽ. c. tantis Daniel. 81. dist. Ne ratione dolo si cõmisi in administratione condẽnetur, qua sentẽtia efficitur infamis. l. furti. § 1 gen. ff. de his, qui notãtur infamia, & sic talis, in dedecus ecclesiæ, in ea remaneat, & ista est ratio quã tex. in. c. 1. de obliga. ad ratioc. assignat.

Aut fuit administrator personę misera bilis vel ecclesiæ, & etiam durante administratione poterit ordinari, cessante dicta actione de dolo, & fraude: quia actũ agit charitatis per text. in cap. peruenit. 8 6. distinctio. non obstante reclamatione creditoris, vt tenet Innocent. dict. capit.

capit.1. quem ad hoc Abb. dict. capit.1. num.2. allegat.

2 Aut fuit administrator alicuius Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, vel Varonis, & non potest promoueri, etiam posita administratione, ante redita ratiocinia. l. officialis. C. de Episcopis & cleric. secundum Innoc. d. c. 1. nu. 2. & 3 & Ant. de Butr. ibi, n. 8. & 9. & Panor. n. 1 & 2. & vltra rationes supradictas in prima distinctione, aliam dicit Innoc. d. nu. 2. ne deterior fiat conditio creditoris, multatione fori debitoris.

Sed vltra has rationes, lex ista assignat aliã, scilicet, ne ecclesia oneretur soluẽdo debita cõtracta per noviter sacris initiatũ: cuius verba sunt. *La primera porque la yglesia non reciba daño, nin menoscabo de los señores a quien fuessen tenudos estos atales de dar quenta, por razon delos logares que touieron.*

3 Quę ratio videtur continere magnam difficultatem cum ecclesia nõ teneatur pro debitis suorum clericorum, neq; etiã prælatorũ, vt tenet Abb in c. ex pręsentiam. de pign. nu. 6 & in cap. peruenit. de fideiussor. num 12. & latius dixi in. l. 29. tit. 5. sup. ista. p. in initio in notab. ad tex. per. c. fin. de solutio. & ibi DD pro solutione dicendum, quod ecclesia hic sumitur pro Episcopo, vt probat. c. scire 7 q 1. & glo. in. c. cũ clerici. de verbor. signific. Episcopus etenim, quãdo obligatum ad ratiocinia publica, ante rationem præstitam, vel reditã, sacris initiauerit, tenetur de suo satisfacere creditoribus, si bona ordinati non sufficiunt, per text. in cap. fornicari. 88. distinct. & tenet Abb. in. d. cap 1, numer. 7 & in isto casu, loquendo idem Abb. ibidem, num. 8. in quæstione quid erit quando obligatus ad ratiotinia, religionem intrauit, an Abbas monasterij, tenebitur de bonis conuentus, satisfacere: dicit, credo quod tenebitur, sicut ecclesia sæcularis, idest, Episcopus, si habeat vnde, vel etiam poterit intelligi lex ista, vt loqeatur de Episcopo cum suo capitulo, quod etiam ecclesia dicitur, vt in c. ecclesiæ sanctæ Marię, de const d. glo. in. c. cũ clerici. & ibi notat Felin. & Abb. & in. c. cũ ecclesia sutrina. de caus. poss. & propr. & sic eius dispositio verificatur quando prælatus, vel capitulũ cũ eo vnanimes fuerint in tali ordinatione, quia etiã ecclesia sumitur pro maiori parte capituli. d. gl. in. c. cũ clerici. de verb. sign.

Ratio aut quare Episcopus tenetur satisfacere in subsidium de suo ea est, quia ordinando dictum obligatum ad ratiocinia publica, abstulit facultatem negotiãdi, per quod lex præsumit eum effici soluendo. l. si defunctus. C. arbitrium tutе. notat Anton. de Butrio. in dict. cap. 1. num. 14.

Prædicta distinctio cõmuniter est approbata secundum Anton. & Abb. locis supra citatis, & secundum alios quos refert Sylu. in summa, in verbo. Ratiocinia per totum, quamuis non desint, qui reputãtes istam distinctionem prolixam, dixerint, obligatum ratiocinijs non fore promouendum, per dict l. officiales. C. de Episcopis & cleric. & 51. distinct. per totum, & cum dict. c. 1. non distinguit non est distinguendum. l. de pretio. ff. de publici: quibus non obstantibus sequenda est dicta distinctio, vt tenet Henri. Buic. sequendo alios multos in. d. c. 1.

1 Clericus capi potest ex administrationé male gesta, inquit glos. nostrá etiam post clericatum.

2 Clericus sacris initiatus ordinibus qnoad personam est exemptus à iudice sæculari, quãuis post delictum ordinatus fuerit.

3 Clericus ordinatus minoribus ordinibus quando gaudeat priuilegio fori.

GLos. 5. in verbo. *Los deuiessen prender,*
1 concludit, quod licet clericus capi potest, ex administratione male gesta ante clericatum, tamen capiendus per iudicem Ecclesiasticum. Quæ conclusio facit ad quęstionem motam, per Ioann. Andr. Abb. Anton. de Butrio. in capit. 1. de obligat. ad ratio. & Bartol. in. l. 1. in fin. ff. de pœnis, vtrum clericus, qui ante clericatum commisit delictum, sit puniendos per iudicem sæcularem, vel Ecclesiasticum: in qua quæstione, vt paucis agam, concludendo cum Didac. Conarruu. in practic. quæstionibus. in cap. 32. numer. 4. tribus conclusionibus resoluam.

Prima est quod ecclesiasticus ordo, absq; fraude susceptus post delictum cōmissum, liberat delinquentem à iurisdictione iudicis sęcularis. Secunda conclu-
2 sio dicit, ordo ecclesiasticus post delictū fraude, & dolo assumptus, vt iudicis sæcularis forum declinet, non liberat delinquentē à dicto foro sęculari. Tertia conclusio inquit, qui post delictū cōmissum ratione fraudis, ordinē sumpserit clericalē, adhuc manet sub iurisdictione iudicis sęcularis, tamen nō poterit. d. iudex eum pœna corporali punire, sed solum bonorum, & retum amisione: & istam dicit ibi cōmunem, secundum Ioann Andr. in d. c. 1. de oblig. ad ratio. & alios quos supra retuli, & Bartol. in. l. 1. ff. de pœnit. & Aufr. in Cle. 1. de officio ordi fallent. 11. & Glossator noster, infr. l. ista in verb. Patrimonio, bellisimè dicit clericus eximit personā quoad omnē manus iniectionē, licet ratione præuentionis, nō exemerit causam à iurisdictione pręuenientis, quo ad ipsum processum, & inslantiā finiendā: & istā sententiam dicit cōmunē Ioā. Dona. à Fina. Sāgrensis, in tomo. 1 cōmu. opinio fol 164. num 183. Clarus. q 36.

3 Quæ omnia intellige procedere, in clericis sacris initiatis ordinibus, vel in illis qui sunt minoribus ordinibus insigniti, si alicui ecclesię ministrēt, vel beneficiati existāt per ea, quę Dida. Couat in lib. 2. variar resol. c 1. nu 9. dicit, & per decisionem Concil. Trident. sess. 23. c. 6. fol. 119. quæ in hoc articulo exprę sius loquitur: hodie per quandam instructionem positam in titul. 4. lib. 1. Recopil. videtur esse necessarium, vt clericus primæ tonsuræ, vel quatuor minorum ordinum, pręsentet titulos, & licentiam Episcopi, ante iudicem sæcularem, & in registro, vel prothocolo faciat transcribi, accepta fide ab scriba, de dicta præsentatione, qua forma seruata, priuilegio fori gaudebit: & præ dictis seruatis, cessant multæ quęstiones & controuersiæ de hac re ortæ inter iudices sęculares, & ecclesiasticos de fori cōpetentia, vt habetur per Didac. Couarr. in pract. quæstionib. c. 31. & 32. & Auen. in. r. p. c. 22. nu. 7. de exequend. man.

1 Clericus pro debito ciuili carcerari non potest regulariter, quæ communis est.

2 Clericus pro debito ciuili carcerari potest, si timetur de fuga, vel cum sit soluendo nolit, vel si in minoribus constitutus non ministrat ecclesiæ, vel non est beneficiatus, vel debitum descendat à causa criminali, quod seruatur in omnibus qui non possunt conueniri, vltra quam facere possunt.

GLos. 6. in verbo. *Vn clerigo a otro.* concludit clericus pro debito ciuili capi non posse, quia non tenetur vltra qrā fa
1 cere potest, gloss. in. l. miles. ff. de re iud. DD. in. c. Odoardus de solutio. & glo in c. studeat 50. dist. Ioan. Staphile. de liter. gratiæ, & iust. fol. 154. Felin. in. c cum ex officij. de res. Dec. in. c. reprehensibilis, num. 28. de appellar. Non obstante, quod contrarium teneat Paul. de Castr. in d. l. miles, & ibi Alberic. & Matesila. notabi. 61. & Ias. in. l. quāuis. C. de iuris & fact. ignor. quorū doctrina refellitur per alios Doctores, quos Viuius refert in tomo 1. cōmun opinio. fol 157. num. 51. & sic opinio Abb. in dict. cap. Odoardus. num. 3. & in cap. peruenit. de fideiussor. num. 3. dicitur vera. & communis quibus addo Marant. de ordin. iudic. part 6. num. 56. in actu tertio de executio. sentent. folio. mihi 156.

2 Primo fallit ista conclusio si clericus sit soluendo & nolit soluere, vel si timetur de fuga, secundum Abb. in capit. 1. de deposito. num. 7.

Secundo fallit si clericus sit in minoribus ordinibus constitutus, vt dixit doctissimus Couarr. in dict. lib. 2. variar. resolutio. c. 1. num. 9. ad consiliandum contrarietatem inter Doctores, nisi sit beneficiatus, vel alicui ministerio in ecclesia deputatus, quia tunc gaudebūt dicto priuilegio. c. Odoardus, vti ordinibus sacris decorati, propter spem quæ de eis habetur ascendendi ad maiores ordines, sicut ob istam rationem dicti clerici in minoribus constituti, & dictis ministerijs diputati, gaudent priuilegio fori, cap. 6. sessio. 23. in Concil. Trident.

Tertio fallit in clerico coniugato non deferente habitum, & tonsuram, quia

pro debito ciuili potest incarcerari, & detineri, vt doctissimè concludit Natta. cõ sil.356.vol.2.& Viui.in to.1.com. opin. fol.358.n.53.in fin. Quarto fallit, si causa ciuilis descendatà crimanali, vt si in causa criminali ciuiliter agatur, vel vti si clericus gessit administrationem bonorum laici, & male reddit rationem, recusatque satisfacere & soluere, iste carcerari potefit secundum Abb.in dict. cap Odoardus, & glossam nostram in præsenre. Sicut in simili habetur in persona nobilis, qui cũpro debito ciuili carcerari nõ potest, vt in l 4 tit 2.lib.6.recopil.tamen pro debito ciuili, ex delicto descendenti carcerari potest, vt tenet Anton. Gomez in.l.79. Tauri.num.3. per tex. & Didac. Perez in.l.4.&.5.tit.2.lib. 4.ordin. col. 1370.quę conclusio extenditut ad omnes illos, qui priuilegio iuris non possunt cõueniri, vltra quam facere possunt, vt stat prouisum, in.l 6 tirul. 2.lib.6. recopilat. Quicquid in contrarium dixit Alfons. Azeb iu.l.5.tit.·.lib 2.recop.n.7.vbi indistinctè tenet clericum posse capi pro debito ciuili, ad quod allegat.c.3.sessio. 25. Concil. Triden de reformatione, qui tex. minime ptobat suam conclusionẽ, quia licet bene verum sit, quod ibi mandatur, vt dicti clerici vel laici in causis ciuilibus compellantur ad iudicis mandato obediendum per multas pecuniarias, aut pignorum captionem, personarumq; districtionem, quandocunque executio realis vel personalis in qualibet parte iudicij propria autoritate ab ipsis fieri poterit: non autem intendit prouidere indistinctè, quod clerici capiantur pro debito ciuili: sed tunc quando ad expeditionẽ iudicij cepti conuenerit, idque iudex fecerit ex officio suo, neque dict. ca.3. intendit derogare priuilegio iuris concedenti certis personis prærogatiuam, ne conueniantur vltra quàm facere posfint, qui omnes incarcerari non possunt pro debito ciuili de cętu, quorum sunt clerici secundum Rode. Xua.in tit. *De los gonimos*. pag.417.num 6.versic.5. quærit, & Rebuf.. in tomo.1. consti.ritu. de lite. obliga.at.2.gl.r.n 10.& alios sup.citatos.

In.l.25.tit.6.par.1.in glo.1.

1 *Digitus propriè loquendo non est membrum, sed pars membri, manui opem ferens, & quod sit membrum.*

2 *Digitum vel partem eius amittẽs culpa sua efficitur irregularis.*

3 *Percussor non efficitur irregularis, quoties percussus ex percussione efficitur talis.*

4 *Articulam amittens ex percussione non efficitur irregularis, quia membrum non est, cum non habet officium peculiare.*

5 *Membri debilitatio nec eius principaliter defectus sine culpa passientis non impediens celebrare non inducit irregularitatem.*

GLos.2.in verb. *Por qualquier destos miembros.* In quantum glos. ista dicit, quod defectus policis causat irregularitatem, eo quod executionem ordinis impedit, & quod eandem irregularitatem causat, si defectus sit scandalosus, quamuis non impediat exercitium ordinum, bene loquitur: sed in quantum transit cum lege ista numerante digitos, manus inter membra, cuius sententiam tenent Caietan.2. 2.quæst.65.artic.1.& Domin a Soto, li.5. de iust.& iur.q 2.artic.1.fol.401. col. 1. minus bene.

1 Eam impugnant multi Doctores dicentes, quod digitus non inter membra computetur, vt tenet Bart.in. l. 2. ff. de publ.iud communiter receptus, per tex. in.l.idẽ offilius. ff. de edilitio. edict. vbi dicit quod habẽs digitũ abscissum habet partem membri.& in. l. non sunt liberi. ff.de statu libe. quam conclusionem defendit Nauarr.in summa.c.27.num.206. fol.748. & Conarr. in clem.si furiosus, de homi.3 pa.in initio.n.8.fol.71 sequẽdo Bart.in dict.l.2 num.13.& Ioann. de Imo.ibi, nu.6.dicentes, illa propriè membra dici, quibus diuerso & proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur, vt oculus ad visum, pes ad progressum, aures ad audirum, manus ad palpandum, nares ad odorandũ, lingua ad sermocinandum: vt ipse Coua.refert loco citato, cõcludentẽ cum alijs pluribus, digitum manus non esse membrum, sed partem membri, manui opem ferentem, quam sententiam te-

nuit

nuit etiam Felin.in cap. ego. N. de iure iur. & Cassa.in cõsue.Burgun. in Rub.1. §.5.col.168. à num.2. vsque ad num.12. Villadie.de irregu.in cap.de percussore.

Prædicta conclusio Doctorum nõ est contraria glos.nec legi nostræ,quia illi loquuntur propriè, & districta significatione istius verbi (membrum) lex nostra de lata significatione, vt habetur ex Bart. Ioan.de Imol.& Cassa.locis citatis,& ex Felin.in cap.cum illorum, de senten. excommu.num.5.cum sequentibus.

2 Neque pro sententia Caietan & Domin.à Soto,vbi supra facit argumẽtum, qui culpa sua digitum perdit,est irregularis,ergo membrum dicetur:nam respõderi potest,quod etiam qui partem digiti perdidit culpa sua, erit irregularis, per tex in cap. qui partem.55. dist. cap.1.de corpo.viti.Et tamen omnes ipsi fatentur non esse membrum.Ibi etenim irregularitas contrahitur propter delictum, & non propter mutilationem.

3 Vnam notabilem conclusionem non intendo omittere,quam explicauit Didacus Couarru.in dict.cle.si furiosus.2 pa. in initio. num 8. scilicet,quod irregularis non efficitur, qui digitos tres alteri amputauerit necessarios ad consecrationem de honestate, licet amputationem passus irregularis efficiatur. Quam conclusionem defendit contra Ioan. de ana. in cap.cum ex iniuncto, de heret.& contra Syl.in summa,in ver. homicidium. el 3.q 5.conantes probare, tunc percussorẽ irregularem esse, quoties ex percussione percussus manet irregularis,quod falsum esse testatur etiam Nauarr. dict. cap 27. nume.207.

4 Restat nunc videre , quid dicendum circa decisionem legis nostrę,in quantũ vult,quod passus abscisionũ auriculæ efficiatur irregularis , & dicendũ , quod de iure Canonico contrarium affirmant, DD.dicentes, ꝙ talẽ abscisionem passo nulla irregularitas infligitur: quia potius est adornatum auris & membri tutelam, quam ad peculiare corporis obsequium: & ideo membrum non est, quod sensuit Bal.in.l.seruꝰ fugitiui.ad fin. C.de ser.fugi. dicens tunc tantum dici membris abscisionem.cum corpus mutilatur,& mẽbri proprium officium impeditur in totum. Abscisio autem auriculę & cartilaginis parum impedit auris officium, cui suffragatur ratio,tex.in.l. idem,offilius. ff.de edil. & edict. In istis fundamentis hanc sententiam defendit Couarru. d. cle.1.loco citato.n.8.fol.71. col.4. Et pro ista parte facit, quod dicit Paul.ad Roman.cap.12. & ad Corint.1. vbi aperte membra intelligit,illas corporis partes esse,quę habent officia diuersa & distincta. Quam conclusionem quo ad hoc notauit d. Cassa.vbi supra, & Nauar.loco citato: quia defectus auriculæ nullam notabilem deformitatem inducit. Et sic pro ista sententia Couarr,facit quædam resolutio Nauarri. d.c.27.num.199. dicentis,
5 nec membri debilitatio,neque eius totaliter defectus, sine culpa passientis cõtingens,non impediens celebrare,inducit irregularitatem,& cum iudicandum,& in hac materia consulendum sit, secundum Canonistarum resolutionem: ideò nostra lex non obstat,quia mittit falcem in messem alienam,vt supra in lege præcedenti dixi.

In. l.27.tit.6.par.1 in glo.1.

1 *Qui prima tonsura initiandi sunt ad minus habere debent septennium, & mentem ascendendi ad maiores ordines.*

1 GLos.1. in verb. *Siete años.* Signat ætatem recipientium primam tonsuram, quam dicit esse septem annorum,de quo est tex.in cap.fi.de tempo.ordinatio.& melius,& apertius habetur in cap.4. sessyon.23.Concil. Triden fol. 118.vbi prima tonsura initiari prohibentur,qui cõfirmationis sacramentum non susceperint,& fidei rudimenta edocti non fuerint,quique legere vel scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit eos nõ sæcularis iudicij fugiendi fraude,sed vt Deo fidelem cultum præstent hoc vitæ genus elegisse.

1 *Subdiaconus ante. 22. annũ non ordinatur,neque Diaconus ante. 23.*

1 GLos in verb. *De veinte años.* De Subdiacono loquitur , de cuius ætate hodie videndum est in capit. 12. sessione 23.

Con-

Concil. Trident. fol 121. vbi dispositum est, quod ante vigesimum secundum annum non ordinetur, & Diaconus ante vigesimum tertium, & presbyter ante vigesimum quintum ætatis suæ.

1 *Temporis interstitia inter ordines & ordines est annus.*

GLo.7.invet. *En siete años* Hodie ista tê-
1 poris interstitia non seruantur, & per annum modetantur in omnibus ordinibus per cap. 11. &. 13. & 14. sessio. 23. in Concil. Trident. in quo prælatus potest dispensare.

In.l.28.tit.6.par.1.in glos.3.

1 *Pœnæ statutæ contra suscipientes ordines ab alieno Episcopo absque sui Episcopi licentia.*

GLos.3. in verb. *Al beneficio.* Refert pœnas iure sancitas contra ordinatos ab
1 alieno Episcopo sine licen tia sui Episcopi. hodie, in cap.8.sess.23.fol.119. imponitur Episcopo ordinanti vnius anni suspẽsio, & ordinato, impo nitur pena suspensionis ad arbitrium sui Episcopi.

In.l.29. tit.6.par.1.in glos.1.

1 *Clericus ministrans in ordine non suscepto efficitur irregularis & laicus in sacerdotio ministrans punitur arbitrio inquisitorum, quia tale factum sapit hæresim.*

GLos. 1. in verb. *Deuen le vedar.* Dicit quod celebrans in ordine non susceptо, efficitur irregularis, per tex. in. c. 1. & 2. de cleri. non ordina. ministra. Cui addo vltra dictam pœnam punietur arbitrio iudicis laicus, qui ordinibus sacris ministrat, quia in iure non esse pœnam stabilitam, inquit Bernat. Diaz in pract. crim. c.12. maxime quando tanquam sacerdos ministrat missam celebrando: & quia talis redditur suspectus de hæresi eo quod tale factum sapit hæresim cũ exercet ministerium solis sacerdotibus permissum, & sic assentire videntur hæresi damnatæ in Concilio Triden. in capit. 4. sess. 23. contradicentes omnes Christianos promiscuè, noui testamenti sacerdotes esse, ideo puniuntur, & puniri debẽt, per inquisitores hæreticæ prauitatis, vt colligitur ex adductis per Siman. de catholi. institutio. c. 30. num. 8 & 9. Punientur insuper pœna Falsi. per. l. 2. tit. final. pa.7. cum limitationibus positis per Angel. in summa, in verbo, irregularitas, & Nauarr. in summa in capit. 27. nu. 242. qui tradendus erit curiæ sæculari, vt refert doctor Salzed. in sua practi. crimin. canon. in. c. 12. in additione, pet decisionem Pauli, felicis recordationi. 4. quod nunquam practica recepit, nisi factum suum defendat tanquam legitimum: nã tunc vt hereticus contumax punietur, & curiæ sæculari tradetur, vt supra manet dictum.

In.l.30.tit.6.par.1.in glo.1.

1 *Ratione dignitatis vel beneficij curati, tenetur quis presbyterari intra annum.*

GLo. 1. dicit ratione dignitatis, vel beneficij curati tenetur quis presbyterari intra annum per cap. licet canon, de electio. in. 6. adde capit. 4. sessio. 22. in Concil. Triden. vbi disponitur, quod omnes dignitates seu personatus, aut quiuis alij beneficia habentes, recipiant ordines requisitos & annexos ad dicta beneficia.

In.l.33.tit.6.par.1.in glos.2.

1 *Accusans aliquem in publico de crimine occulto dicitur proditor, quod procedit in foro pœnitentiali non iuridicali, quia accusatio proponi potest nulla monitione præcedente, nam accusationis finis est vindicta seu punitio criminis denunciationis vero emenda.*

2 *Quod*

2 Quod non potest probari, adduci in publicum non potest: ex qua conclusione infero ad multos casus, in quibus per .ll. quis ad accusandum astringitur, vt limitetur si probari potest.

3 Iudicis mandatum sub pœna excõmunicationis, vt aliquod delictum denuntietur habet locũ si probari potest.

4 Edicto publico iubente vt aliquid denuntietur, non tenemur ea denuntiare, nisi præmissa correctione fraterna, quæ si profuerit nullatenus tenemur.

5 Tenemur denuntiare occulta, quãdo delictum est præparatio ad aliud damnum, vt in coniurationibus & hæresibus, & num. 6.

6 Tenemur si ex taciturnitate sequeretur tertio damnum spirituale vel corporale æstimabile ad interesse rei vel famæ manifestare testificando.

7 Delicta si omnino sint occulta, quod nullatenus probari possint iudici deferendum tanquam bono viro, & sic multa intelligenda sunt iura.

8 Si certus sunt inuincibili certitudine quod criminosus est emendatus de criminibus damnosis rei publicæ, & proximo non teneor eum denuntiare.

GLos. 2. in verb. *Que infamarlo.* De conclusione legis, quæ probat, nullum ab ordinis receptione esse repellendum, ex delicto occulto obicem ponente susceptioni. etiam si prælatus sciuerit, per tex. in cap ex tenore. & in cap fin. de tempori ordinatio. satis dixi supra in. l. 32. tit 5. ista par in glos. 2. ideò supersedendo eis assumo istius glos. duas conclusiones: primam, quę dicit: accusans aliquem in publico de crimine occulto, dicitur proditor. per. c. si peccauerit. 2. q. 1.

2 Et secundam quę inquit, quod non potest probari, adduci non potest in publicum. c. accusatores. 46. dist. & quod hinc est, quod licet quisque tenetur reuelare proditionem. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Mag. tamen excusatur si probare nõ poterit. secundum glos. in. c. quisquis. 1. q. 1. & glo in. c. si quis Papa. 79. dist.

Et prima glo. nostræ conclusio, vt procedere possit est. distinguenda sic: aut loquitur in foro contentioso, & non procedit, eo quod accusatio potest proponi, nulla monitione præueniente. capi. 2. &. c. qualiter, & quando, el. 2. de accusatio. glo. in capit. 1. 2. q. si. & tenet Angel. de Claua. in summa, in verb. accusatio. num. 1. vbi dicit: monitio de necessitate non debet procedere. & S. Thom. in. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ad quartum, referendo diuersas opiniones concludit, quod etiã in occultis. monitio non debet præcedere accusationem, quando accusatio expedit bono publico, quod præponderat particulari, secundum Syl. in ver. accusatio. num. 3. in fin. quia etiam post peractam pœnitentiam, licet reum accusare. Inno. in cap. de his, de accusa. & ibi Felin. per pęnitentiam enim Deo satisfit, sed per punitionẽ impositam in iudicio, satisfit reipublici, & parti læsæ, vt cęteri timeãt viuantque quietius, arg. tex. in. l. hi qui. C. de pact. & sic Duran. in. 4. d. dist. 19. q. 4. dicit, quod in foro exteriori, nõ exigitur, vt admonitio præcedat accusationem, neque hoc iudex petit. Sed quod in foro cõscientiæ, tam in accosatione, quã in denunciatione, requiritur monitio: nam Euangelium nihil distinguit inter denunciationem & accusationẽ. & Tho. â Vio. 2. 2. q 33. artic. 7. aliter distinguit, & dicit, quando accusatio solum est licita: non tamen in præcepto, tunc requiritur admonitio. Et secundum istam distinctionem procedet conclusio glossæ nostræ. Et quod quando est in præcepto non est dicta admonitio necessaria. Attamen Domin. à Soto in tract. de ratio. tegen. vel deteg. secre. 2. membro. quęst. 5. conclus. 4. in fi. dicit ausim regulam generalem statuere, quod quoties quis habet ius accusandi, eo iure sine pręuia monitione statim accusare poterit: quia accusationis finis est vindicta, seu punitio criminis, denunciationis verò est emenda, & in ista seruanda erit dispositio tex. in cap. si peccauerit, quem glos. nostra allegat pro sua conclusione. quam resoluit doctissimus ille Nauar. quem ego amore

magno

magno prosequor, cum propter nimiam literarum scientiam, tum propter inclytam deuotionem, & charitatem, ac copiã virtutum, in repet. c. inter verba. n. q. 3. conclusio. 6. corolla. 60. num. 167. fo. 340. vbi dicit, non est murmurator seu detractor, accusans proximum de peccato etiã occulto: quia accusare ad vindictam sumendam autoritate publica, est actus iustitiæ, vel licitę vindictæ, secundum S. Thom. 2.2. q. 108. art. 2. & dictus Nauarr. ibidem loco citato. num 171. approbat dictum quod nos retulimus supra Domin. à Soto, in. d. 2. membro. q. 5. Si tamen accusatio fiat, habita testium copia, & deposito rencore & odio: quę resolutio confirmatur, secundũ istius glos. conclusionem, quam supra notaui. Ex quibus omnibus patet, istius glo. cõclusionẽ primã, de qua agimus, procedere, quo ad forum conscientiæ, vel denunciationis Euãgelicæ, non verò quo ad forum fori: vel etiam possumus dicere ad intellectum glo. quod locuta est more Theologorum, qui sub nomine generali accusationis, cõprehendunt omnem denunciationem, de quo testatur Domi. Sot. in dict. tract. de ratio. tegen. vel detegen. secret. d. 2. membro. q. 5. conclusio. 1. fol. 45. & hoc constat ex allegatione glo. in quantum allegat d. c. qui peccauerit, qui text. loquitur de denunciatione Euangelica, aliter non procederet.

2 Quoad secundam conclusionem dicentem, quod non potest probari, adduci non potest, in publicum, vt supra maner latius dictum, ista conclusio ampliatur & limitatur sequentibus modis.

Primò ampliatur etiã ad casus, in quibus de iure sancitum est, quem teneri ad accusandum, qui tunc legibus astrictum erit, quando probare poterit, tex. est in cap. plerunque. 2. q. 7. qui dicit aliud est prodere, aliud accusare, prodit qui non probanda detulit. Ita per Nauar. concluditur in cap. inter verba. n. q. 3. corollar. 60. num. 168. Ex qua conclusione sequitur intellectus, ad tex. in. l. 1. C. de his qui bus vt indig. vbi cauetur quod hęres sub pœna amissionis hæreditatis, accusat interficientem defunctum, intra tempus, à iudice constitutum, vt ibi concludit glo. 2. & ad Bart. conclusionem, in. l. in eum. ff. de accusatio. dicentem posse iudicem compellere partem, ad accusandum homicidiũ rei publicæ valde perniciosum quia ista intelligẽda sunt data copia probationum.

Secundò ampliatur, vt accusans etiam verum delinquentem, & reum criminis, probatione tamen carens, peccet, vt testatur Nauar. d. corolla. 60. numero. 172. fol. 344.

3 Tertio ampliatur etiam si iudex impe ret sub pœna excommunicationis, vt aliquod delictum denuncietur, quia intelligitur data copia testium, per tex. in dict. c. plærunque. 2. q. 7. & in. c. si tantum. 6. q. 2. & in cap. si sacerdos. de offi. ordi. Nauarr. vt supra, corolla. 66. num. 282. quamuis iudex iubeat denunciare etiam non data copia testium, quia præceptum est nullum, vt tenet Angel de Claua. in ver. excommunicatio. 4. l. 3. §. 20.

4 Quarto ampliatur etiam si per iudicẽ, publicum edictum proponatur, vt crimina reuelentur denunciando: quia non tenemur ea reuellare, nisi correctione fraterna præcedente, de iure canonico, quæ si profuerit, nullatenus tenemur, secundum S. Thom. 2. 2. q. 33. artic. 7. ad quintum Antoni 2. pa. tit. 9. c. 6. §. 4. colum. 3. Nauarr. d corollo. 66. num. 281. vbi videri potest, quando obsequendum est iudici iubenti, vt crimina detegantur denunciando, vel testificando. & quid quando dicitur ad declarandum veniant sciẽtes, idem Nauarr. ibidem num 286.

5 Primo limitatur, quando delictũ est præparatio ad aliud, vt in coniurationibus quæ fiunt per hęreticos & rebelles, & etiam contra priuatos, quia tunc tenẽtur scientes manifestare superiori, etiam sine vlla exhortatione, & sine canonica monitione, si non habetur spes emendationis.

Secundo limitatur, quando crimen est veniale, quod non infamat. San. Thom. 2 2 quæst. 33. art. 7. in corpore quæstionis. §. 4. Syl. in ver. denunciatio. q. 4. Nauarr. vbi supra, num. 281. fol. 417.

6 Tertio limitatur si ex taciturnitate sequeretur damnum tertio, spirituale, vel corporale, vel æstimabile ad interesse, vel famæ, quia tunc tenemur manifestare testificando, præcedẽte correctione fraterna, vel parte eius necessaria, & etiam dictis casibus, non tenemur manifestare, si alio modo potest dictis dãnibus prouideri, vt per d. Naua. vbi su. n. 300. 431. & na 305.

305 fo.435. quia licet peccata occulta perniciosa reipublicæ, vel ꝓximo, statim denuncianda sunt. Hoc intelligendum est, præmissa monitione fraterna, secundum sanct. Thom. 2. 2. q. 37. art. 7. cui DD. Theologi subscribunt, in. 4. distin. 19. & DD. Canonistæ in cap. nouit. de iudi. & in dict. capit. si peccauerit. & Sot. in dict. tract. de ratio. tegen 2. memb. q. 5. vbi addit, quia rarissimè inueniri potest, vt qui talia crimina moliri nituntur, sufficiens securitas ab eis nobis præstetur, ideo tutius erit prędicta crimina denunciare, præsertim in crimine læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ, & maxime si sit hęrecitus dogmatizans.

7 Et si ita delicta fuerint occulta quod nullatenus probari possint iudici est deferendum, non tanquam iudici, sed tanquam bono viro, quem talem reputat iuris consultus. Venuleius in. l. continuus. §. cum ita. ff de verb. oblig. & ita est intelligenda opinio Bart. in. l. vtrum. nisi. ff. ad leg. Pomp. de parri. & in. l. occiforum. ff eo. tit. dicens, quem teneri obuiare delicto, & denunciare, & etiam sic intelligenda est. l. 6. tit. 1. pa. 2. in illis verbis. *Otrosi qualquier que lo supiesse por qualquier manera, e non lo descubriesse, puesto que non viniesse acabamiento de fecho es traydor.* Cuius dispositioni satisfit, denunciando iudici, tanquam bono viro, vt habetur per Hippoly. in sing. 164. & in. l. vtrum. ff de parre. & latius tractabimus in dict. l. 6, tit. 13. pa. 2. q deducitur ex Nauar. loco citato, nu. 288. & 289. fol. 4 11. sic etiã intelligendus Anton. Gomez, tertio tomo var. c. 2. num. 4. vbi dicit, sed certe ego indistinctè teneo, quod vtroque casu semper teneatur reuelare, quod etiam conclusio nostra non negat, sed in modo differimus, & ob id sequendus est modus assignatus à Nauarr. quem modo diximus, quia ex illo consequũtur omnia quę ex denunciatione, scilicet quod facit quod in se est, & dat materiam iudici inquirendi, & etiam postea tanquam testis poterit examinari, in hoc solum differet quod reuelando isto modo non se obligabit sicut delator, vt in l. 1. & in Rubric. C. de delatori. lib. 10. habetur per Lucam de Pena & sic sunt etiam intelligenda, quæ erudite tradidit Ioan. Gracian. reg. 120. num. 7.

8 Et in tantum supradicta sunt vera; quod si certus sum inuensibili certitudine, quod talis criminosus est emendatus de prædictis criminibus damnosis reipublicæ & proximo, non teneor eum denunciare, vt d. Sot. tenet, vbi sup. q. 4. folio. 36. & latius Nauar. d. corolla. 66. numer. 30. fol. 439. non obstante, quod sine rationabili fundamento, dicat frat. Fran. Areua. Minorita in tract. de correctio. frat. cõclusio. 3. fol. mihi 78. pag. 1. quod prætermissa admonitione fraterna, sine distinctione, an peccata sint manifesta, vel occulta, quod qualiacunque fuerint ad prælatos, & alios iudices deferantur, & fundat se in communi vsu ministrorum Ecclesiæ, edicta publicantium, sine vlla distinctione, sed per recitatas conclusiones, & alia quæ in locis citatis dicunt, Sot. & Nauarr. apparet qualiter prædictus Fra. Areua decreta, & iura ignorauit: nec nostræ conclusioni obstãt quæ dixit Berna. Diaz in pract. c. 6. n. 3. & quę retulit Clar. in pract. §. fi. q. 7. n. 5. quia isti loquuntur in officialibus ad hoc deputatis. Et quamuis de iure indubitanter sit verum, quem ad denunciandum non teneri, si probare non poterit, Fel. in cap. de cætero, de re iud. & per supradicta nihilominus nobis non obijcientur illa (si reuelasses, prohibuisses) quæ refert Aegidius Bos. in pract. in titu. de crimine læsæ Maiestatis. nu. 48. quoniã concludimus deberi ea iudici deferri, tanquam bono viro, ne forte incidat in pœnam falsi delatoris, vt in tit. de delatori. C. lib. 10. per totum. Quam difficultatem censuit. d. Iul. Clar. vbi supra, nu. fi. propter probationis defectum.

In. l. 34. tit. 6. par. 1. in glo. 1.

1 Clericus in sacris, vel beneficiatus in minoribus tenẽtur ad recitationẽ horarum diuinarum, etiam absentes gratia studij.

2 Diaconi & Subdiaconi ad recitationem horarum tenentur lege diuina non positiua.

Professi destinati ad sacerdotium tenentur horas recitare, & etiam clerici

in

in minoribus constitutis, si consuetudo viget, & in sacris etiam degradati.

4 Beneficiatus horas canonicas non recitans tenetur ad restitutionem fructuum beneficiorum pro rata, à qua dissedo infra in glos. ponuntur. 4. fallentiæ ad regulam principalis conclusionis.

GLos. 1. in verb. *Han de dezir las horas.*
1 Quadrupliciter concludit : Primo,
quod clericus beneficiatus tenetur ad recitationem horarum, quamuis non sint
in sacris: secundo, quod clericus in minoribus beneficiatus, absens â beneficio,
gratia studiorum, tenetur ad recitationē
horarum, quamuis Lucas de Pena, in. l.
hac lege. C. de proxi. sacro. scrini. lib. 12.
col. pen. aliter teneat: tertio, quod existētes
in sacris, tenentur horas recitare, etiam
non beneficiatus, per ca. 1. & ca. dolētes,
cū glos. de celebratio. missa. quarto, ꝙ religiosi clerici, vel deputati ad clericatum,
si sunt professi, tenent, secundum omnes
DD. & cum melius ista materia, sicut cæteræ omnes, per ampliationes & limitationes elucidantur, hunc modum sequat.
Et sic constituo vnam regulam, quod
clerici in sacris constituti, tenentur horas canonicas recitare c. 1. & in capit. dolentes, de celebratio. missar. quæ iura loquuntur in presbyteris. Sed conclusio nostra latius loquitur, quæ comprehendit
Diaconum & Subdiaconum: & quod isti
teneantur ad recitationem horarum, nulla lege positiua cautum est. Tenentur ta
2 men lege naturali diuina, consuetodine
roborata. Tenentur etenim isti, prędicta
lege, magis gratias Deo agere quam cæteri, qui sacris non sunt insigniti. Et ipsa
consuetudo interpretauit, hunc modum
reddendi has gratias, fieri per horarum
recitationem. Ita notabiliter concludit,
Mart. Azpil. Nauar. in cap. quando, de
conse. distin. 1. in cap. 7. nū. 2. fol. 120.

Primo ampliatur, vt etiam ad dictam horarum recitationem teneantur professi nondum sacris initiati, vt glos. nostra refert, cui adde Palud. in 4. distin 15. q. 5. col. 1. & 2. & Anton. in. 3. pa. titul. 11. c. 4. §. 4 Cardin. Caieta. in. §. 1. 91. dist. art. 14. Abulen. c. 6. super Mat.

Secundo ampliatur in clericis in minoribus constitutis, si consuetudo vigeat in illis locis vt teneantur ad certas orationes vel Psalmos recitandos secundum Palu. loco citato, col. 2. & Card. S. Xisti Caiet. 91. dist. art. 8.

Tertio ampliatur etiam si in sacris cōstituti sint depositi vel degradati actualiter, secundum Card. Alexand. in capit. presbyter 18. distin. & Ancha. & Turrecrem. ibi, quia semper ei remanet charaćter impressus, vt glos. in cap. licite. 32. q. 7. testatur.

Quarto ampliatur, vt quamuis non sit in sacris, si tamen est beneficiatus teneatur ad recitationem horarum. c. fin. 92. dist. c. diuersis fallatijs, de cleri. coniug. & alij quos glos. nostra allegat.

Quinto ampliatur, etiam si sit beneficiū tenue. glo. in. c. clericus victū. 91. d. quę approbatur per Arch. & Alex. & Turrecrem. ibi, & Hosti. in cap. 1. de celebra. missa. & sequitur Antoni. 3. par. tit. 13. cap 4. §. 1. & Nauar. in. d. cap. quando. in cap 7. num. 29. contra alios contrarium asserentes.

3 Sexto ampliatur, vt beneficiatus horas canonicas non recitans teneatur ad
restitutionem fructuum beneficiorū pro
rata, vt notauit Domi. in cap. 1. de ref. in
6. quem Decius sequitur in cap. cum omnes, de consti. lect. 2. num. 2. Adria. in. 4.
de restitutio. Ripa in. l. fin. C. de reuocan.
donatio. Angel. in verb horæ canonicæ.
§. 11. & hoc fuit prouisum in concilio Lateranensi, vltimo incepto sub Iulio. 2. &
finito sub Leone. 10. & istam Nauarr.
dicit veriorem, in dict. capit quando. in
c. 7. num. 31. fol. 137. hos Doctores minime allegās latius infra in glo. 2. dicemus,
& quod contraria multis magis placuit,
& etiam nobis, de iure antiquiori.

Fallit primo in clerico nondum sacris initiato, & beneficio priuato, quia isti non tenebitur horas recitare, arg. c. cum cessante, de appellat. & ita tradidit Card. S. Xist. Caietan. in 4. d. 91. art. 14.

Secundo fallit in nouitijs ordinum qui licet alimenta à monasterio recipiant, tamen quia beneficia non habent in titulo, nec sunt professi, nec sacris initiati, non tenentur ad recitationem horarum quæ communis est secundum Antoni. 3. part. titul. 13. capit. 4. §. 1. & tenet Sylu. in summa, in verb, hora. q. 2. vers. 6. &

Caie-

Caiet. in summa,in verb.horæ canonicę. §.1 .Palu.in. 4.dist.15.q.5.col. 2.

Tertio fallit io habente pensionem isti non tenentur ad boras recitandas ratione pensionis, quia pensio propriè non dicitur beneficium Ecclesiasticum, neque ea fruens dicitur beneficiatus. c. quamuis.el.1.de prębend. in. 6. refert Felin. in cap.ad audientiam,de ref.num.7.& eandem sententiam affirmat Caiet. lib. 17. responso.& Nauar.dict.capit.7.nu. 24. contra Andt. Sicul.in dict.capit ad audientiam,num.14 .contrarium asserentē.

Quarto fallit in clerico,qui ad horas recitandas solum tenetur ratione beneficij si ex eo uullum commodum vel emolumentum recipit,vt testatur Palud.in.4. dist.15.q.5.col.3.& Caieta. in eo.dist.91. §.1.art.14.& in summ.in verb. horæ canonicæ,& Nauarr.vbi supra. in. c.pet totum.& Nicola.Plo.in tractat.de horis cano.vol.15.tract & Ioan.de Ligna.in alio tract.de horis cano.eodem volum. 15.& Alber. Trocius de veto & perfecto cleri. volum.2.tract.folio.136.

1 *Clericus beneficiatus horas non recitās tenetur fructus restituere pro rata temporis omissionis communis, & contra eam tenendo datur medium.*

1 GLo.2.in verb. *En la Iglesia.* Quærit an clericus beneficiatus teneatur non recitans horas canonicas, ad restitutionem fructuum,quos ab ecclesia ratione sui beneficij percipit,de qua quæstione aliqua dixi,in glo.1.præcedente, in.6. ampliatione,& pro parte affirmatiua, quod fructus teneatur restituere,pro rata omissionis recitationis officij , & temporis , tenet glos.nostra sequendo Cardinal.in c. 1.de celebra.missa.cuius opinionem,quāuis impugnat Abb.ibi,num. 8.tamen dicit tutiorem esse in foro conscientię. eandem sententiam tenet Decius in. c. cum omnes,de consti.in lect.2 nu.2. & Adria. in.4.dist.19. & Fran.de Rip.in.l.fin.C.de reuoc.dona. Angel.in summa. in verbo, horæ canonicę.§.11.& Pius Fichardus tomo 1.commun.opin. fol.172.num.5. dicit clericus qui non dicit officium , nec incumbit horis diuinis ptiuandus est beneficio.Et tenetur etiam reddere fructus perceptos , quam itidem dicit communem *Bellon. consil.56.num.3.Et hāc sententiam affirmat* esseueram,*Berna. Diaz* à Luco in pract.crim. cap.49. pet decisionem Concilij Lateranensis tempore Leonis.10.celebrati,in cessione.9.in ca, de reformatione curiæ, cuius decissionis explorationem,& inuentionem,ad banc opinionem tenendam, sibi ascribit Nauar.in dict.cap.quando,de consec.dist.1. in capit.7.num. 31.&.32. quamuis fatetur, de iure decretorum & decretalium, veriorem esse opinionem Abb. & aliorū contrariam tenentium.

Contrariam tamen partem cōtra glossam nostram, & cæteros eius factionis, imò quod prædicti beneficiati non teneantur ad fructuum testitutionem, pro rata omissionis recitationis officij diuini,tenet in puncto iuris,Abb.in dict.c.1. de celebra.missa.num.8.& Prępo.in summa.44.distin. & Syl.in verb. clericus. el 4.num.16.q 23. Feli.in capit. postulasti. num.8.de rescri.quorum opinionem cōmunem esse testatur Didac.Couarr.li.3. varia.resolutio.cap.13.num. 10.in fin. & pro defensione istius opinionis dixit Carolus Molin.in consuetu.Parisiensibus titu.1.§.30.num.35.moribus nec vsu, dictū in illa decissione concilij Lateranensis , minime fuisse receptum, imò quod magis est,nec reipublicæ expedire , quod istud decretum statuatur,ne laqueus iniiciatur multitudini,quod etiam testatur Domi.à Soto.in lib.10. de iust.& iur.q.5. art.6.pag.938. Et tandē concludit quod pro omissione vnius diei,vel duorū dierum,minime scrupulum iniiceret, restitutionis, quamuis peccatum sit mortale. Quando vero orandi omissio vlterius procedit, tunc compositio cum Summo Pontifice,aut eius legato,locum habebit. Et ilico subdit,id quod propter authoritatem dicti concilij dixerim , & sic assignat medium , inter has conclusiones, cui arridit Didac.Couar. dict.lib.3.vari. cap 13.num. 10.in fin. Et etiam dictum medium sequitur Salze. in addition. ad Berna.in dict. cap. 49. Hodie vero ista cessant,nam babemus motum proprium Pij V.non positum in editione prima, qui positus est in secunda ædirione, fol. 166.factus anno 6. sui pontificatus,declarans decissionem Concilij Lateranensis in bunc modum.Statuimus, vt qui horas omnes

omnes canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus respondent, si quotidie diuiderentur: qui vero matutinum tantum dimidiã, qui cæteras omnes horas aliã dimidiam qui harum singulas sextam partem fructuum eiusdẽ diei amittat, cuius etiã meminit Azebe. in l. 27. tit 3. lib. 1. recopila. num. 9.

In.l.41.tit.6.par.1.in glo.2.

1 Clericus in sacris constitutus, contrahens de facto amittit ipso iure beneficium si copula fuerit sequuta. nu. 3.

2 Clericus in minoribus constitutus contrahens matrimonium cum consanguinea sciens non perdit beneficium ipso iure communis contra glossam.

GLos. 2 in verb. El beneficio. Dicit clericus in sacris constitutus de facto contrahens, non est ipso iure priuatus beneficio sed per sententiam priuandus, istam sententiam tenuere Antoni. de Butr. in cap. 1. num. de cleri. coniug. & ibidẽ Ioã. de Imo num. 7. & ab ista dicit Benedict. Capr. reg 97. num. 26. non esse recedendum in iudicando & consulendo, quia matrimonium non tenet Et quod secus est in clerico beneficiato in minoribus constituto.

1 Contrariam tamen sententiam, scilicet quod dictus clericus beneficiatus in sacris constitutus, matrimonium de facto contrahens, perdit ipso iure beneficium, tenet Petrus de Perusio, in. c. 1. de cleri. coniugat. & Bart. Brixensis in cap. quãto, de translat. Episcopi: & ista refertur inter communes in tomo. 1. fol. 174. num 6. per Benedictũ Capram, qui quãuis in reg. 97. dicit contrariam sententiam esse tutiorẽ, & ab ea non esse recedendum in dicta copilatione communium opinionum affirmat istam contrariam infra concilabo.

2 Eadem glo. in versi. si tamen concludit, quod clericus beneficiatus in minoribus constitutus, perdit ipso iure beneficium, etiam si sit nullum matrimonium vt, si cum consanguinea contraxit scienter. Quę conclusio est extentio ad suam superiorem, quæ dicit beneficiatũ in minoribus constitutum, contrahendo matrimoniũ, ipso iure perdere beneficium, quæ indubitabilis est, secundum omnes in d. c. 1. de cleri. coniuga. & etiã accessus & regressus, vt tenet Nauar. in. c. si quando, de rescrip. exceptione. 5. & communem profitetur Didad. Couarr in. 4. c. 6. §. 3. nu. 5. Sed redeundo ad istã conclusionem glos. de qua modo agimus, contrarium video asseruisse Bernar. Diaz à Luco, in sua pract. c. 74. nu. 5. referendo contrarias opiniones, dicit, quod si clericus in minoribus constitutus, contraxit cum consanguinea ignoranter, ipso iure perdit beneficium, si vero sciẽter per sententiam: quia videtur non habuisse animũ abdicandi à se beneficium, & istã distinctionẽ Berna. d. c. 74. dicit cõmunem Bona. Cossa. in tomo. 1. cõmun. opin. fo. 174. n. 12. & Iul. Clar. in pract. §. fi. q. 73. nu. 5. vbi concludit contrahentẽ cũ consanguinea sciẽter, non perdere beneficiũ ipso iure, si copula carnalis nõ sit secuta, ex quibus constat communẽ sententiã Doctorũ ire cõtra glossam nostrã in supradicta cõclusione, quamuis Salzedo in sua practi. cap. 80. in litera F. defendit glossam cum alia communi: quam ego intelligerem, quando sequuta fuit copula.

3 Et conclusio Bened. Capræ, loco supra citato, quæ contra primã glos. istius conclusionem dicit communẽ esse, videlicet q clericus beneficiatus in sacris constitutus, de facto contrahens amittit beneficium ipso iure, erit limitanda si copula fuerit sequuta, & sic etiã erit intelligẽda, prima conclusio glos. nostræ, vt deducitur ex conclusione, Iul. Clar. in pract. lib. 5. q. 73. §. fin. n. 5. ad medium dicentis aut matrimonium est nullum, puta, quia talis clericus erat in sacris constitutus, vel si erat in minoribus scienter contraxit cum consanguinea, & non est sequuta copula carnalis, & tunc non perdit beneficium ipso iure. Et istam etiam dicit communem Bermond. Chochus de cõcubina. fol. 404. in princip. & Bonacossa loco supra citato, & sic conciliabitur conclusio primæ glossæ cum opinione communi Bened. Capr. ita quod dicemus clericus in sacris constitutus, de facto contrahendo, non amittit beneficiũ ipso iure (quæ fuit opinio glo. sequẽdo alios) si copula non interueniet. Et sic venit

I limi-

limitanda opinio Capræ. & aliorũ qui contrariam asserere videntur.

In.l.42.tit.6.p.1.in glo.2.

1 *Clericus adulter est deponendus, et in monasterinm detrudendus, sed iudex potest ex causa seruare istum rigorem, & ex causa minuere.*

2 *Iudex generaliter potest ex causa pœnas minuere, & etiam augere, quia ex causa licet iudici leges transgredi.*

GLos.2. in verb. *Adulterio.* Dicit quod clericus pro simplice adulterio est deponendus, quicquid dixerit Paul. Grilland. in tract. de pœnis omnifariam coitus. vltra. c. si quis clericus. 81. dist. & DD.
1 in cap. vt clericorum. & Bernard. Diaz in pract. in. c. 79. adde DD. in tomo. 2. cõmuni. opinio. fol. 476. col. 2. qui clericus adulter, etiam detrudendus est in monasterium, quibus adstipulatur Couar. in. 4. decreta. 2. pa. c. 7. §. 7. num. 19. & Bermõcho. de publici concubin. in rub. de adulterio. n 26. pag. 37. additionat. ad Bernar. d. c. 79. in litera B. Iul. Clar. in pract. li. 5. §. adulterium. n. 7. in fin. fol. 1·9. & Petrus Dueñas reg 1c1. limitatio. 2.

At in quantum glo. ista vult probare, quod circa istam pœnæ impositionem, potest iudex ex causa seruare rigorẽ, & ex causa remittere & dispensare, per remissionem quam facit Hosti. in summa, in tit. de adulte. in §. quę pœna, ad ea quę idem dixit in dict. summ. in titu. de cohabi. cle. & muli. in. §. & qualiter imponatur in quantum allegauit. c. si clericus. & c. Romanus. 81. dist. quæ iura loquuntur in adulteris, cum qua illatione trãsit Salze. in additio. ad Ber. Diaz in pra. in. d. c. 79.

Minime dictam conclusionem fateor colligi posse, ex dictis & allegatis per Hosti. quia ipse in. d. titulo de adulteri. in. d. §. quæ pœna, in initio, dicit clericũ propter adulterium esse deponendum, & in monasterio detrudendum, & ad agendũ; de penis imponendis mulieribus se remittit, ad. §. quam penam, de cohabita cleri. & mulie. & sic ista remissio nihil prodest glo. istæ ad fundandam suam illationem.

Nec minus proderit dicere. d. Host. in dict. tit. de cohabi. cleri. & mulie in. §. & qualiter imponatur allegasse. c. si clericus. & . c. Romanus, quæ disponunt in adulterijs, & quod sic eius conclusionem, quæ in calce. §. est, deberi extendi, tam ad fornicatorem, quam ad adulterum. Nam respondeo quod allegauit. d. capitula ad probandum in genere, quod fornicatio est peccatum mortale, & in toto. d. §. tantum loquitur de clerico fornicatore, & non de adultero. & sic quod tantum eius conclusio sit intelligenda in casu, & in quæstione, de qua agit.

2 Sed quãuis hoc sit verũ, quod ab Host. in locis citatis non possit deduci supradicta cõclusio, scilicet quod iudex potest ex causa in imponendo penam propter adulteriũ seruare rigorẽ, & ex causa remittere, & dispẽsare: tamẽ conclusio ex se vera est, & verissima, & ad omnia delicta extendenda. Iudex enimuero ex causa potest penas augere, & minuere. & ita dixit Inno. cõmuniter approbatus, quod ex causa licet iura transgredi. in cap. 1. de consti. & Host. in summa, in titu. de accusatio. in. §. quis sit effectus accusationis, qui in multis casibus exemplificat, & Abbas in. c. fi. de constit. n. 12. & Bart. in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de ijs qui notant, infam. Hippoly. in sing. 182 & Abb. in. c. nisi de offic. deleg & Tiraq. in tract. de penis. tempe. ponẽs sexaginta & quatuor causas principales, ex quibus pœnæ minorantur, ex quibus infertur intellectus à dicta. l. 14. tit. 26. *De las penas.* lib. 8. recopil. disponentem, quod iudices. penas legũ non minorent neque temperent, de quo etiam habetur per Auenda. in ca. prætorũ. 2. pa. c. 16. nu. 3. & per Didac. Couarru. in lib. 2. varia. cap. 9. numer. 8. dicta enim. l. 14. procedit tantum in casu quo loquitur, vt fraudes cessent, & sic non disponet generaliter, sed in illo casu speciali.

In.l.43.tit.6.par.1.in glos 2.

1 *A notorio concubinario vel fornicario non licet missam audire etiam nulla monitione præmissa limitatur, & intelligitur certis modis, & ab ea disceduns multi contra glo. num. 2.*

3 *fornicatorẽ publicum non esse ipso iure suspensum quo ad se, & quo ad*

alios

alios ante denunciationem asseruimus, contra glossam & communem.

GLos.1.in ver. *De officio e de beneficio*. De cuius materia dixi in.l.38.supra isto titul.in glo.3.

1 GLo.2.in ver. *Algun hijo della*. Cõcludit quod à notorio cõcubinario, vel fornicario, nõ licet andire diuina, etiam nullá præmissa monitione superioris, quia talis est suspẽsus ab officio & beneficio, & celebrando efficitur irregularis, secundũ Abb.&Syl.in ver.cõcubinarius, in sum. & Bern.Diaz in prac.c.73. glo.duo facit cõcludit, & assignat rationẽ cõclusionis, & qualiter ista habeant locũ videbimus.

2 Quantũ ad conclusionẽ vbi dicit, diuina officia nõ esse andienda à publico concubinario vel fornicario, per tex.in.c.nullus.&.c præter.32.dist.& in.c. vestra.de cohabit.cleri.& mali.inquã intelligendã esse cum limitatione asignata, per Nauarr.in summa.in.c.25 n.78.vbi dicit magnam dubitationẽ de hac quęstione inter doctores versari, & resoluendo cõcludit: tũc peccatũ mortale incurrere missam à dicto fornicario vel cõcubinario notorio audientẽ, quãdo ipse auditor causam dedit tali sacerdoti celebrãdi, & credit sacerdotẽ celebrantẽ esse impœnitentẽ. Et ita causam dictã dedit efficienrẽ, quod alias sacerdos missam minimẽ diceret, nisi impulsus esset ab auditore. Ista limitatio est diuinatoria, & ita ipse Nauar d.c. 25.n.80.quasi oculis cõniuẽtibus in aliũ germanũ & verũ sensum ad. d.c. nullus. & ad.c. præter transit. videlicet, ꝙ tunc dicta capitula procedẽt & locum obtinebunt, quãdo suspensio huiusmodi fornicarij denũtiata fuerit, & publicata, secundum san.Antoni.in.2.pa.tit.9.c.10.§.1. vers.6.& Syl in ver.missa.el 2.q.3.n.3.& Maior.in.4.dist.9.in fi.& d. Mar.Azpi. Nauar.in.c.laboret n.10. de pœni.dist.6. fol.171.& Did. Couar.in.c.alma. de sent. excommu.in.6. in.1.pa.relectio.in.§.2. n.10.per extrauagantẽ, Marti.5.quæ postea cõcilio Basileensi renouata fuit, cuius litera refert idẽ Nauar. vbi supra. & Antoninus loco citato, & Couarru.d.§.2. n.7.quãuis. d. Nauarr. suo alto ingenio defensar, idem esse dicendũ de suspenso, qui adeò notorie & manifeste suspensus est, quod nulla tergiuersatione celari potest, ac de illo qui publice denũciatus est, à nu.11.cũ pluribus sequentibus. & fũdat suam sententiã in eo quod in. d.concilio Basilæensi, excipitur excommunicatus adeô notorius, ꝙ nulla potest tergiuersatione celari, arguẽdo à parilitate rationis, Ad cuius sententiã animũ applicare nõ possum, quia indubitanter si id conciliũ voluisset, cum excõmunicatum excipit, exciperet etiã alios, scilicet suspensum, & interdictũ, neq; potuit eos obliuioni tradere, cũ ab eis excipit excõmunicatũ: neque eadem ratio in omnibus versatur, quia magis odiosus & nociuus est excommunicatus rei publicæ Christianæ, quam suspensus vel interdictus: neque ipse doctissimus Nauar.à quo cũ doloris corde discedo, quia eũ magnifacio respõdet sufficienter, ad.l.non aliter ff.de leg.3.& ad c.ex literis desponsa. neque ita bene sedarentur conscientiæ proborũ, qui finis est extrauagãtis. Et pro ista mea sententia facit quæ Couar.in.d.§.2.n.10.dicit, & secundum hęc intelligẽda est glos.ista.

3 Et ad conclusionẽ glo. reuertẽdo, vbi dicit ꝙ dicti clerici publici concubinarij celebrãdo irregularitatẽ incurrunt, quia sunt suspensi: dicta conclusio tũc procedit, & dicitur cõmunis, & vera si celebret ante actã pœnitentiã secundũ Abb.in.c. vestra, de cohab cleri.& mu & Chosmã. in pragm.sanctione, tit. de cõcub.& Gũsal.à Villa.in.c.de suspẽsione, in tract.de irreg.Guido Papa. q.558. & secundum alios multos, quos refert Didac. Couarr. in Cle.si furiosus.Pij Pa.§.1.n.5.& Mar. Azpil.in.c.si quãdo, de rescri.col.53. qui dicit cõmunẽ, & in summa, in.c.25.n.76. Ab ista tamẽ cõmuni conatur discedere d.Did.Coua.vbi su.fol.14 col.1.per multos, qui cõtrariã sententiã defendũt, quia licet esset verũ, quod notorius fornicator sit ipso iure suspensus, quo ad se & quo ad alios (quod negauimus supra num. 3. quo ad alios in fine, ante denunciationem) & sic in suspensione celebrando efficiatur quilibet irregularis, per text. in c.1.de senten.& re iud.in.6. & in.c.1, de sent.excommu.eo.lib.tamen hoc procedit, quando directè à iure imposita est suspensio propter delictũ in eius pœnã non de ea quæ ratione cuiusdam honestatis, ab ipso canone fuit imposita potius ob decorem, quam in pœnã directam criminis, & ipsius delinquẽtis, sicut hác de casta corpore viciatus celebrans, non effici-

 tur

tur irregularis, alia noua irregularitate, vt tenet Abb. in.c. si celebrat, de cleri. excõmu. minist. & Gonsal. à Villadiego in tract. de irregul. in.c. de suspensione. & eum Couar. loco citato, num.5. colu. 14. hanc dicat esse magis cõmunem nõ durum erit recedere a communi sententia. Imo libenter discedo ab ea, & etiã à sententia glos. nostræ per supradicta in.n.2. & distinctionem, Abb. in dict.c. si celebrat, num.4.&.5.& Henri. Buic. ibidem, â num.10. cum pluribus sequentibus. & nouissimè nobis suffragatur D. Salzedo in pract. cano. in cap.79. in additione, in ver. irregularis.

In.l.45.tit.6.par.1.in glo.3.

1 *Clericus pro aliquo fide iubens potest debitore non soluente soluere creditori de fructibus beneficij, quamuis patrimonium habeat.*

2 *Clerici beneficiati de consuetudine approbata possunt obligare pro debito fructus beneficij.*

3 *Clericus potest de reditibus beneficij petere congruam sustentationem, & reliquum reddatur creditoribus.*

4 *Beneficiatus ita potest de reditibus beneficij dispensare, sicut de suis bonis patrimonialibus.*

1 GLo. in vet. *De sus Iglesias.* Dicit, quod si clericus fide iussit pro aliquo, quod debitore nõ soluente tenebitur soluere de proprio patrimonio, & de reditibus beneficij. Quæ cõclusio locũ habet ordine seruato, vt patrimonio deficiente tũc in fructibus beneficij executio fiat, vt testatur Bart. & Alex. in.l. cõmodis. ff. de re iudi. n.2. & Vincen. Herculanis ibidẽ.n.5. & Bart. in.l. à diuo Pio. in.§. in venditione, eo. tit. & idem in.l. stipendia. C. de executio. rei iud. cum glo. ibi, & Abb. in.c. peruenit. de fide iusso. num.12. qui multa adducit Duenas reg.275. limitatione.11.

Prædicta cõclusio Bart. & Alexan. erit nobis valde dubia, si tamẽ volumus Abb. sentẽtiã sequi, in.c. cũ esses, de test.n.27. & aliorũ quos ipse allegat, & Host. & Ioã. Andr. & Imo. in.c. reprehẽsibilis, de appella. & Archi. in.c. statutũ.§. assessorẽ, de rescrip in.6. asserentiũ solutionẽ non esse faciendã in reditibus beneficij, pro debito à beneficiato cõtracto, ratione administrationis rerũ suarũ, vel alicuius negotiationis, vel vti si debitũ cõtraxit pro ædificãdis ædibus suis, quia solum habet vsum in dictis reditibus pro cõgrua sustẽtatione sua, ac suorũ & residuũ est pauperum: & quãuis ipse sit administrator, debet dispensare ad pias causas. Quæ cõclusio approbatur per Mart. Azpi. Nauar. in apologia, de reditibus eccles, q.2. monit. 26.n.1.f.149.col.2. in quantũ dicit, ꝙ si beneficiarius nõ habet alia bona, vnde satisfacere posit creditoribus, ꝙ tanquã pauper poterit ipse recipere reditus beneficij & dare creditoribus. & idem Abb. in.d.c. peruenit.n.12. ad mediũ, de fide iusso. dicit, aut cõtraxit pro patrimonio suo conseruãdo, vel fortificãdo, seu aliter quam pro sustentatione sua, vel ecclesię vtilitate, & credo firmiter, quod de rigore iuris inspectu statu beneficiorum & deputatione, non debet aliquo modo de reditibus beneficij satisfacere creditoribus.

2 Prędictis nõ obstantibus veritas est, ꝙ possunt clerici de cõsuetudine approbata, obligare oẽs fructus sui beneficij, & de eis soluere creditoribus, vtcũq; debita cõtracta sint, & sic ipse Abb. d.c. peruenit dict. numero.12. dicit, quia hodie clerici appropriãt sibi omnes reditus, & disponunt ad libitũ, vnde visum est curiæ, & alijs iudicibus, ꝙ melius esset vt darent suis creditoribus, quã vt disperdãt in aliã causam. Facit etiã pro ista parte, ꝙ quamuis receptior sit sententia, ꝙ clericus non potest conueniri vltra quã facere potest secundũ glo. in.c. studeat.50. dist. & in decis. Capellæ. Tolosa.246. fo.545. inter decis. can. & tenet Bart. in.l. mulierem. ff. de his quibus vt indig. & in.l. miles. ita.§. mulier. ff. de test. mili. & Andr. Barba. sicut in.c. Odoardus de solutio. & in cap. olim. el.2. de rest. spoliat.

3 Tamen cõmunis practica recepit, vt clericus excõmunicatus ꝓ aliquo debito ciuili admittatur ad faciendũ sequestrationem fructuũ sui beneficij, & data sibi cõgrua pro sustentatione portione creditores reliquum fructuum in rationem debiti recipiãt. Ita dixit Colle. in. d. capit. olim in curia vidisse seruari & de ista consuetudine testatur etiam Steph. Aufre-

fre. in additio. ad decisionē capellæ Tholo.246.& Guid.Pap.in decis.delph.in.q. 138.&.q.562. faciunt pro ista parte, & contra Abb.& Nauarr.loco citato, quæ modo dixi,& alia quæ Domi.Fran. Sarmien.congessit,in tract. de redditibus Eccles.2.pa.cap.2.num.1. vbi dicit,quod beneficiatus ita potest de redditibus sui beneficij disponere, ac de rebus patrimo-
4 nialibus. & idem ibi.4.par.cap.6.num.4. vbi testatur,quod non solum est vsusfructuarius formalis, scilicet iure seruitutis, sed causalis iure dominij Et sic conclusio glos.manet communiter approbata, per Viui.in tomo.1.communi.opinion.in tit. de Episc & cleri fol.157.num.53. & ibidē etiam contra Nauarr.approbatur opinio Dom Fran.Sarmien.in.d.tom.1.fol.156. nu.42.col 2.verb.quę dico infra in. l. 55. isto titulo in glos.1.

In l.48. tit.6. par.1.in glo.4.

1 *Clericus potest cognoscere de causa criminali per delegationem Regis vel associationem ad alium iudicem, dum tamen non dicat sententiā sanguinis.*

GLos.4 in verb. *El Rey*. Dicit quod clericus potest cognoscere de causa criminali, per delegationem Regis, vel associationem ad alium iudicem, dum tamē ne dicat sententiam sanguinis, cui adde Abb.in cap. sed nec.nu.5.ne cleric. vel mona.& in cap.clericis eo.tit.numer.11. & Anton.de Butr.ibi,num.2 &.3.prædicta conclusio limitatur, quando ad vnam vel aliam criminalem, talis clericus delegatur: quia non potest generalis officialis esse, secundum eosdem ibidem.

2 *Laicus etiam ratione omissionis iustitiæ à iudice sæculari factæ non potest conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico, quamuis minor vel miserabilis persona increpantur Hispaniæ Episcopi quod manus Regis osculantur, eo quod sunt superiores in iurisdictione spirituali, à qua dependet sæcularis.*

2 *A voluntate principis dependens censetur impossibile.*

3 *Rationes quare iudex Ecclesiasticus non debet perturbare iurisdictionē laicam, & quod non sit idem finis iuris ciuilis & canonici.*

4 *Iudex Ecclesiasticus in casibus, in quibus potest contra laicos procedere, poterit suā sententiā cōtra eos executioni mādare, capiendo eos, & carceribus mancipādo, si hoc præscriptū habuerit.*

5 *Iudex Ecclesiasticus potest in causis criminalibus, in quibus cognitio causa ad ipsum pertinet ante vel post sententiā laicos incarcerare cōtra cōmunē.*

6 *Iudex Ecclesiast. pro condēnatione in causa ciuili executioni mādanda nō poterit laicos incarcerare, nisi aliud suadeat.c.3.de refor.cōc.Trid.sess.24.*

GLo.8.in verb. *Adezir al Rey*. Mouet quæstionē tex.in.c.licet. & in.c.ex tenore, de foro cōpe. quā ibi DD. tangunt an miserabiles personæ, vt sunt pauperes, viduæ, & pupilli, quibus per iudicem sæcularē iustitia nō administratur, poterunt adire Episcopum pro iustitia consequenda, & referēdo multas conclusiones canonistarū, dicit glo.nostra. Hoc tamen difficulter obtineretur in practica, in istis regnis, in causis mere prophanis, quę sunt de iurisdictione Regis. Imo quod impossibile sit, prædictam conclusionē Canonistarū practicari affirmo, per.l.3. ti.1. lib.4.recop.& per.l.10.& l.14.eo.tit. & lib. quibus legibus sancitū est, ne iudices Ecclesiastici, in iurisdictionē sæcularem se intromittāt, quia iurisdictio Ecclesiastica est distincta à iurisdictione sæculari, vt tradidit glo.in.c. nouit, de iudicijs, & idē voluit Innocen.3.ibi. nō putet aliquis quod iurisdictionem Illustris Regis Francię perturbare, aut minuere intendimus: cum ipse iurisdictionē nostrā, nec velit nec debet impedire. Et quia totus iudiciorum ordo prauerteretur, si Papa scriberet contra iurisdictionem Regis, vel èconuerso. Ideò spiritualem & temporalem gladium reciprocare, inquit Hostien.& Ioann. And.in capit. solitę, de maiori & obedien. tradit late Ioā. Ig-

ne. in reper. l.necessatios. in. §.nō alias.
n.23.ff.ad Syllani.& habetur per Didac.
Perez in.l.2.tit.1.lib. 3.ord col. 774. &
Ioannē Lupū in rep.c.per vestras de do-
natio.inter vir.2.notab.§ sed est pulchra
dubitatio.n.16.vbi dicit, quod vna iurif-
dictio alteri debet seruare honorem &
preeminentiā, quāuis secularis iurisdi-
ctio sit inferior & ab spirituali deriuarur,
& sic Archidia. reprehendit Episcopos
Hispaniæ qui osculātur manus Regis,in
c. duo sunt.96.dist. quam limitat Cardi.
Alex. ibi, in fi.nisi sit comes simul. &
Ioan.de Turrecre.& Aegi.de Bellamera,
nu.1.& dixi supra impossibile esse,quod
in practica obtineātur in nostro regno,
quod miserabiles persone laicæ,in causis
ciuilibus,etiā prætextu omissionis iudi-
cis laici,in administranda iustitia possint
corā iudicibus Ecclesiasticis, causas suas
agere contra alias personas laicas,per. ll.
regni supra allegatas,quia iurisdictionē
2 regiam hoc modo, maximè diminutū iri
videremus. Et daretur via qua oēs causæ
fori secularis trahātur, trahiuè possint ad
Ecclesiasticum, vt pro hac parte notauit
Nauar.in.c.nouit.de iudi.notab.6.in con
futatione fol.165.quāuis in certis casibus
cōtratiū cōcludat: & nō quod in eo velim
excludere Regis potestatē vel præscri-
ptionem immemorialē, per quas iurisdi-
ctio in laicos in causis mere sæcularibus
à iudicibus Ecclesiasticis acquiritur, quæ
præscriptio iustū titulū præsupponit.se-
cundū Cnua.reg.possessor.2.pa §.4.n.6.

Et vltra rationem quare iudex Eccle-
3 siasticus non debet iurisdictionē laicam
perturbare sup.assignatam per DD. &
aliam quam assignauit Palaci.ub.d. nu.
16.addo aliam quæ erit ratio rationis.Di
xerunt etenim quidā ne ordo iurisdictio
num præuerteretur, alij quod vna iuris-
dictio alteri debet seruare honorem.Ego
addo,quia vtraque iurisdictio tendit ad
eundem finem,vt testatur Fortunius Gar
cia in tract.de vltimo fine in initio.n.5.
nam ll.conditæ sunt vt cogantur vel in-
struuntur homines ad bene beateque vi-
uendum secundū tex.in.c. factæ sunt.4.
dist.accedit etiā,quod quemadmodū Ec
clesiastica iurisdictio debet versari ad ge-
neris humani conseruationē, iuxta id q̃
æternæ saluti cōuenit,per tex.in.c.vt ani
marū,de consti.in.6.ita iurisdictio sæcu-
laris idē efficere debet, quia licet.ll.ciui-
les genus humanū.quoad sæculū conser-
uent.Ita tamen cōseruare debēt,vt illa cō
seruatio ad verā alterius sæculi conserua
tionē tendat,vt in auth.quomodo opor-
teat Episcopos in principio , ergo natu-
raliter necesse est vt dictæ iurisdictiones
ne se inuicem impediāt, imo se coadiu-
uēt,ita licet ad aliū finē,arguit Menoch.
in arbitra.casu.198.nu.42.fol. 458.

Tamen in dicta ratione non multū in-
sisto,quia est contra glo.cōmuniter rece
ptam,in.c.cū contingat,de iure iuran.in
ver.debet,quā defensat D. Nauar.in tra
cta de finibus humanorū actuum,in se-
cunda finis diuisio.n.29. & etiā pro glos.
defensione,in d c. cū contingat,propu-
gnat Michael Vulcurnius in tract.de re-
gi.mundi,vol.14.1.p.q.5.in princip. qui
bellissimè per quatuor distinctiones dis-
currit concludendo contra.d.Fortuniū.

Venio nunc finaliter ad vnā multū vti
4 lem questionē,an iudex Ecclesiasticus in
causis in quibus potest cōtra laicos pro-
cedere,poterit etiā sententiam ipse exe-
cutioni mandare,nō petito auxilio bra-
chij secularis quæ valde per canonistas
ventilata est: sed gratia breuitatis referā
tantū nouissimos nostrates autores. Et
Mencha.in tract.de succes.creatio.3.pa.
§.22.n.18.& in.n.19. concludit ab omni-
bus receptū esse, posse dictam sentētiam
exequi prelatū in laicos,si id præscripse-
rit.Idem fatetur Ioan.de Palaci.Rube.in
d.rep.c.per vestras notab.2.in. §. sed est
pulchra dubitatio.n.17.allegans.l. regni.
quæ hodie est.l.14 tit.1.lib.4.recop. quæ
ita disponit : *Porende defendemos que no seā*
osados de hazer execucion en los bienes de los
legos,ni prēder ni encarcelar sus personas,pues
que el derecho pone remedio cōtra los legos que
son rebeldes,en cumplir lo que por la Iglesia ju
stamente les es mandado,y enseñado.Conuiene
a saber que la Iglesia inuoque la ayuda del bra-
ço seglar. Et hoc est quod censuit Iul.Cla.
in pract.§.fi.q.37.nu.8.dicens vnū tamē
volo vt scias quod Episcopus in crimi-
nalibus communis fori, in quibus po-
rest procedere contra laicos non po-
test illos personaliter capi,aut carcerari
facere,sed tantūmodo per cēsuras cōtra
eos procedere,quibus obstare videtur.c.3
conc.Trid. de reformatione. sess. 24. Et
hanc dicit cōmunem & seruatam Galliæ,
in qua quæstione Dida. Couarr.in prac.
qq.c.10.num.2.distinguit tripliciter hu-
iusmodi

iusmodi: si consuetudo est præscripta, quod iudex Ecclesiasticus, habens alicuius causæ cognitionem aduersos laicos, posset eos capere & carceribus tradere, vsus hic erit omnino seruandus, quod notauit Bal. in cap. significasti, de officio deleg. nec obstare inquit legem regni supra allegatam.

5 Secundo, quotiescunque iudex ecclesiasticus legitimè aduersum laicum, criminali iudicio, vel sententiam tulerit, vel cognitionem vel examen culpę, ad punitionem instituerit, iure poterit laicum ipsum capere, & in carcerem mittere, etiam consuetudine seclusa, vt Domini num. 9. & Franc. testantur. n. 2. in capit. cum Episcopus, de officio ordin. in. 6. & Felin in cap. significasti, de officio, de leg. num. 2. & Aufre. in tract. de potesta. Eccle. super laicos in prin. vol. 14. f. 390. per tex in c. attendendum. 17. q. 4. & in c. contra idolorum. 26. q. 5. quibus addo Paric. de Pute in tract. synd. 2. vol. tract. in c. clericus. nu. 2. fol. 366. qui dicit executor citans clericum, de mandato iudicis laici, potest per Episcopum capi, & incarcerari, & officio priuari.

Tertio & finaliter concludit, quod si de executione sententiæ, alicuius iudicis Ecclesiastici actum sit, vt laicus cogatur soluere eam quantitatem, in qua iuste ab eo iudice damnatus, ciuili iudicio fuerit, tunc plane non poterit iudex Ecclesiasticus, laici bona propria capere autoritate, neq; ipsius condemnati personam, ad rei iudicatæ executionem, imo potius tenetur auxilium iudicis secularis, ad hãc executionẽ inuocare. Et sic inquit accipienda, quæ pro communi opinione adducta fuere, quamuis Mencha. d. §. 21. non audet omnino à cõmuni recedere, maximè hodie. c. 3. Cõcil. Tri. ses. 24. de reforma.

In.l.49.tit.6.par.1.in glo.2.

1 *Edicta non operantur citationem peremptoriam cum limitationibus.*

1 GLos. 2. in ver. *Amonestar tres vezes*: text. cum glos. probant regulã, quam ponit Bart, in. l. ad peremptorium. ff. de iudi. scilicet, quod edicta non operantur, citationem peremptoriam, nisi expresse dixerint. Quam sententiam sequitur Abbas in. c. consuluit, de officio, delegat. & Barba. in clem. 1. de exceptio. n. 10. limitatur prędicta conclusio glos. ex Barto. & Abb. quando citatio fiat per iudicem pro tribunali sedentem, vel nuncius citaret coram iudice, quia ista citatio habet vim peremptorij, vt notauit Hippoly. in l. de vno quoque. ff de re iudi. & Iasso in l si procuratori. ff. de verb. oblig. num. 3.

Secundo limitatur in edicto Episcopi, publicè denunciantis in synodo constitutionem synodalẽ, ne clerici se intromittant in illis, quæ eis sunt prohibita, sub pœnã priuilegij clericalis. Tale etenim edictum peremptoriam citationem continet, Host. in summa, in titu. ne cleri. vel monachi. in. §. quæ sunt permissa, in fine. de quo per Ioan. Gracia. reg. 160. & Iul. Clar. q. 36. num. 20.

1 *Clericus tenetur gabellas soluere de rebus, quæ causa negociationis vendet, quãuis non sit monitus: monitio de hoc seruit, vt cætera bona patrimonialia subsint etiam præstationi gabellarũ & est communiter.*

2 *Clerici negotijs sæcularibus se immiscentes sunt pro ipsis negotijs Regibus subiecti: & ita ideo quando mercantijs si irreciuntur de re eas tangente subsunt principi.*

3 *Clericus regulariter est immunes à vectigalibus collectis, & alijs muneribus.*

4 *Clerici primæ tonsuræ non gaudent immunitate non soluendi collectas aut vectigalia, quamuis requisita in concilio Tridentino faciant.*

5 *Quæritur an fraudator gabellarum teneatur in foro conscientiæ ad restitutionem. num. 7.*

6 *Concessio gabellarum seu alcaualarum facta fuit Regi Alfonso Vndecimo ad expugnationẽ Algezilarũ.*

7 *Rogitus principis imperium est.*

8 *Inæqualitas in solutione Gabellarum probatur.*

9 *Gabellæ hodie debētur ratione nouæ cōstitutionis non antiquæ cōcessionis.*

Lex generalis potest mihi sine causa auferre mihi bona secundum Bart. cui multi aduersantur.

10 *Vectigalia seu gabellæ de nouo imponi possunt per principem non recognoscentem superiorem ex causa.*

11 *Quatuor requisita iustificantia impositionem gabellarum.*

12 *Rex Hispaniarum potest gabellas constituere in suo regno ex causa iusta, quia est Monarcha, nec Imperatori recognoscens.*

13 *Hodie causa subiugandi infideles hæreticos iustificatur gabellæ impositio, quia noster magnus Philippus est murum, & ante murale sanctæ Ecclesiæ Romanæ.*

14 *Quantitas solutionis dictæ gabellæ probatur iusta, & habere analogiam, vel proportionem.*

15 *Gabellæ onus non dicitur reale, aut personale, vel mixtum sed est onus conuentionis seu obligationis.*

GLo.3. in ver. *Las franquezas.* Per legem istam, & per text, in cap. fin. de vita & honest. cleri. vult, quod ad hoc quod clericus negotiator amittat immunitatem, non soluendi gabellas, quod debet prius ter esse monitus à suo prælato, vt desistat à negotiatione, & quærit, an. l.3. in quaterno gabellarum, quæ nunc est. l. 7. tit. 18. lib. 9. recopilatio. disponēs quod omnis clericus exercens mercaturam, ad gabellas teneatur, erit per legem istam limitanda, & dicit quod non, quia. d. l. 7. nunquam consequeretur effectum; si priusquam gabellam teneretur reddere, ter esset monendus. Et sic cōcludit, quod de bonis quę negotiationis causa tractat tenebitur etiā nulla monitione præmissa soluere gabellas: & quod ad hunc effectū monitio nihil operatur, sed ad hoc vt cætera bona patrimonialia subiaceant statutis & consuetudinibus laicorum, eo quod ista bona suggerunt facultates ad negotiandum: allegat inter alia pro ista sua conclusione consil. Federi. de Senis, absque numero quod situm est sub nu. 207. hæc sunt glossæ istius substantialia.

Contra glossæ conclusionem, in quantum dicit clericum teneri de mercantijs gabellas nulla præcedente monitione soluere, tenuit Antoni. de Butr. in d. cap. fi. de vita & honest. num. 4. & ibi Ioan. de Imo. num. 3. & Abba. ibi. n. 5. & Feli. in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de const. nu. 68. & idem Abb. in. 1. pa. consil. 6. in fin. vbi dicit quod si gabellæ de mercantijs clericorum soluuntur, non præcedente monitione, eo est, quia laici non patiuntur eas introduci absque solutione. Et Card. consil. 12. Bal. in. l. vsurpationem. C. de vectigal. Specu. in tit. de immun. Eccles.

Sed prædictis Doctoribus non obstantibus, glos. nostræ sententia est verior, & communis, scilicet, quod de mercantijs clerici teneātur gabellas soluere, nulla expectata monitione. Quam conclusionem post Lapum in c. quanquam, de censi. in. 6. tenuit ibi Domin. num. 7. & Phil. Franc. ibi num. 5. per text. ibi, & per cle. præsenti de censibus. quæ iura manifestè bene pōderata probant, & ibidē Cardinal. n. 12. & istā sententiam secutus est Nauar. in summa in. c. 17. num. 201. & Mencha. in tract. de succes. creat. 3. p. §. 26. à nu. 58. vsque ad num. 64. & ibi infert ad decisionē. d. l. 3. in quater. gabellæ, quæ nunc est. l. 7. titu. 18. lib. 9. recopila. dicens iustam & iuri canonico consonā esse. d. legē & inde infert ad validitatem aliarum legum conditarū, per principes contra clericos: sequitur. d. conclusionē Petrus Dueñas, reg. 100. fol. 11. vbi dixit tunc clericus dicitur negotiari, quando nō mutata forma quod emit vēdidit, quę opinio fuit Abb. in. d. consil. 6. pa. 1. n. 2. Sed latius per Bertach in tract. de gabellis 7. p. n. 10. & 11. vol. 11 tract. & Boss. in ti. Vect. soluere qui teneātur. n. 3. in prac.

2 Prædicta cōclusio extenditur primo, & ampliatur, quod clerici negotijs sæcularibus se immiscentes, sunt pro ipsis negotijs Imperatori subiecti, vel alteri principi, qui æqualē in terris suis habet iurisdictionem, vt notauit Antoni. de Rotellis in tract. de potest. Imperatoris & papę

in §.plus videtur num. 3. fol.312. vol. 14. tract. idem testatur.d.Mencha.vbi supr. numer.78.eadem ratione dicemus, quod cũ clerici mercatores se immiscent prophanis,tunc eos ligari quoad bona, quibus se immiscent, legibus prophanis ad vectigalia reddenda, & etiã quoad forũ, si quæstio emergat super solutione dictarum rerum, & ad difficultatem text.in cap.fin.de vita. & honest. & ad.l. istam, quæ iura dicunt trinam debere præcedere monitionẽ,respondet glo.ista,& Abb. d.c.fin.nu.9.vt supradictum manet: scilicet,talem effectum dictam trinam monitionem operari, vt omnia bona patrimonialia clericorum,faciat statutis & cõsuetudinibus laicorum subiacere.

Sed ista non erit bona solutio, si vera esset sententia dicentium ,clericos immunes non esse,à collectis ordinarijs & extraordinarijs: quia si immunes non sunt à dictis collectis,nihil monitio operatur: & sic erit superflua prouisio.tex. in.d.c. fin.sed re vera, opinio ista non est recepta,quamuis multi eam tenuere Canonistę,vt refert eos sequendo Dec.in.c.Episcopus,num.19.de præbend. & dignit. & in cap.cum.M.de constit. & tenuit Restaurus Castaldus in tractat.de imperat. quæst.101. & Balbus in tract. præscripr. 5.p.q.5,num.2:& Ripa.in respons.in tit. de leg.& longa.consuet.cap.2.nu.7.

3 Sed Ioann.de Amicis cons.146.num.1. dicit,quod clericus non tenetur ad solutionem collectarum,pro rebus patrimonialibus, & sic dicit esse impossibile in actu practico obtinere contra cõmunem, quicquid supradicti. DD. dixerint,eandem sentẽtiam sequitur Nata.cons.280. num.5.vol. 2. & Ioann.Ant. de Nigris. super capitul.Reg. Neapol.in cap.98.numer.4.vbi dicit hoc non habere difficultatem,& Roland.à Valle.cons. 16.in.fin. vol.4.l.6.tit.18.lib.9 recop.

4 Prædicta tamen conclusio,de iure Regni limitabitur ad clericos in sacris constitutos,non tamen ad illos qui prima tõsura,& quatuor minoribus ordinibus fuerint insigniti extenditur, quamuis habitum, & tonsuram differant clericalem, & faciant omnia requisita per Concilium Tridentinum,ad gaudendum immunitate fori: quia nihilominus isti tenẽtur soluere gabellas,& collectas ordinarias, & extraordinarias,etiam de rebus patrimonialibus,vt cauetur.in.l.2.titul.4.libro.1. recopil.

5 Quæro tandem de vna quæstione satis per DD.ventilata,& dubia, an ista gabella quę ratione negotiationis imponitur,in foro conscientiæ debeatur: & eam defraudantes teneãtur ad restitutionem, eodem foro: & in primis dico,quod Domin.à Soto in lib.3. de iustit. & iur.q.6. artic.7.fol.267.concludit deberi, si petatur, quod si secus non deberi : quia satis est quod quisque dum tributum petitur soluat obedienter, vt per eundem habetur eodem loco fol. 268.col 2. vbi censet istud vectigal,seu alcauala,nõ exacte ad vngem exigendum: quẽ sequitur Auen. in dictio.in verb.alcauala,qui etsi se non bene explicat, tamẽ innuit ius exigendi has gabellas,non plene in Regibus Hispaniarum radicatum esse: quia si istud ius, vel dominium, dicti Reges haberent, ad illas gabellas,seu alcaualas consequẽdas, consequens esset,quod subditus, vel vassallus,nullatenus posset eas retinere,&in foro conscientię teneretur ad restitutionem, tanquã alieni detentator: istæ syllogismus esset bonus, si bene formatus probaret minorem,scilicet, quod in foro conscientię fraudator, & detentator gabellarum,non teneretur ad restitutionẽ, sed cum hoc non probat nescio qualiter fundet, Reges Hispaniarum non habere ius seu dominium in exigendis dictis gabellis: insuper cõmemorati. DD.locis citatis,pręmittunt ad suæ opinionis roborationem,prędictas alcaualas, seu gabellas cõcessas fuisse,Regi Alfonso,in bellũ regni Granatensis: sed veritas est, quod dicta alcaualatum concessio, primitus indulta fuit Regi Alfonso.II. in expugna-
6 tionem ciuitatis nuncupatæ Algeziras, non spontanea Regni concessione, sed ad instantiam,& continuas dicti Regis preces,cui dicta concessio facta fuit in illam expugnationem solum,vt latius habetur in ipsius Regis chronica in.c.264.&.265: anno ab Incarnatione Domini. 1380. & hanc enarrationẽ approbant histosiographi Garibay, & Doctor Gundissalus de Illescas.1.part.c.fin lib.5. in chronographia summorum Pontificum, ex quibus patet dictos Reges esse in possessione, vel quasi suscipiendi, & exigendi dictas alcaualas à 206.annis,& supra.

7 Contrariam sententiam, quod defraudantes

dantes dictas gabellas peccent si sunt iu-
stę, tenet Abb. in cons. 13. vol. 2. nu.6. &
Bart.in.l.vectigal.ff.de public. & vectig.
quiįdicit fraudans gabellam non tenetur
Deo, nec mundo, intelligit ipse de iniu-
sta, secus de iusta: idem assertum est per
Felin.in cap.1.de constit.nu.41. & Aret.
in reg.possessor de reg. iur.in. 6. col.15.
& Bald.in.l.fin. C. de iure aure. annulo
num.3.& Barb.in additio.ad. d. Bald. in
d.l.fin.alios referens, & per summistas
Sylu.in verbo.gabella.el. 4. nu.4. & per
Bertachi.in tract.de gabellis. 9.p. in vol.
11.tract.fol.39.n.1.quibus accedit Alfon-
sus à Castr.lib.2.de potest.legis pœnalis
cap.2.fol.136.pag.2.in medio, quos om-
nes comitatur Medin. in codic.de rebus
rest.q.13.fol.48.& Couar in reg.peccatū
de reg iur.in.6.p 2.§.5.num 5.f. 43.& est
cōmunis secundum eundem, & Mēchac.
in tract.de successio creatio.1.p.§. 10.nu
mer.648.fol.277.qui dicit, fraudator ve-
ctigalis, non minus in foro conscientiæ
tenetur quam fur. secundum Caietan. in
summa, in verbo.vectigal. huiusque fa-
ctionis est Segur.de bonis lucratis cōstā-
te matrimonio, nu.233.

Ratio autem, quæ mouere potuit do-
ctissimum Dominicum à Soto, & Auen
dañum, vt à cōmuni discederent eā cre-
do fuisse, quod dictæ gabellę, alcaualas
nuncupatę fuerunt concessę ad tempus,
ob certam causam quæ iam diu cessauit:
vel quod rogitu principis talis concessio
7 facta fuit, qui rogitus, in principe impe-
rium est.l. Titia. ff. de verbor. obligation.
cui nullus resistere debet l.fi.tit. 13. lib.3.
ordin. & Mench. de testa lib.3.§.26.n 55.
fol.133.& quod sic videtur non ex libera
voluntate dictam concessionem proces
sisse, vel saltē non ex tali voluntate, quæ
obligaret non soluentem ad restitutionē
in foro animæ. Facit pro ista parte, vt re-
fert Auend. vbi supr. argumentum â ces-
sante causa, quod est validum, vt habetur
per Tiraquel.in tract. de cessante causa,
in reg.1.nu.42. & Rebuf. in constitutio.
in prooemio, num.14. ita quod cum cau-
sa cessat, ob quam concessio facta fuit di-
ctarum gabellarum, cessent ipse gabellę.
8 Facit etiam pro hac opinione, inęqua
litas quę in solutione istius gabellę inest,
ex qua redditur iniusta, & sic inefficax
ad obligandum in foro conscientiæ: de
inæqualitate constat, eo ipso quod vide
mus, homines mercatores & negotiato-
res, non habentes in bonis duo millia du
cara aurea, & soluentes pro istis gabellis,
sepæ sępius plus septuplo, quam alij qui
sine tali negotiatione vitam agunt, qui
ditiores sunt: & sic vnus portat pondus
& ęstus, alter vero immunis remanet:
quas rationes inęqualitatis adducit frat.
Alfonsus à Castr.in lib.1. de potest.leg.
pœna.c.5.fol.40.quæ omnia minime cō
munem destruunt, & sic pro eius defen-
sione respondeo ad dicta fundamenta:
rationibus nouiter per me adductis.
9 Primo, quod nunc dictę gabellę, seu
vectigal, aut alcaualę, non exiguntur, ne
que soluuntur ex virtute primitiuæ cō-
cessionis, & sic cessant omnia fundamen
ta partis aduersæ: sed ex vi cuiusdā no-
uissimę legis, quę facta fuit per Reges
Catholicos, quę hodie est.l.1.tit.18.lib.9.
recopil.quæ vt iusta obligat omnes etiā
in foro conscientiæ: & pro ista lege fa-
cit, quod quāuis verum sit, vt quod meū
est. Rex sine causa non potest mihi aufer
re: per viam tamen legis potest, ergo be-
ne potuit sancire prędictam legem, im-
ponendo dictam gabellam: minor pro-
batur per Bar.in.l.Antiochensium.ff. de
priuileg.credit.cui suffragatur Bald.in.l.
rescripta col.penul.in fin.C. de precibus
imperatori offerend. dicens, quęlibet ra
tio motiua principis pro causa habetur.
Nec obstant in contrarium adducta per
Innoc.& Ioann. Andr.& Anton. de But.
in.c.quę in ecclesiarum, num.23. de con-
stitutio: quia satis constat de causa iusta
in dictarum gabellarum impositione.
10 Facit etiam conclusio indubitabilis, om
nium tam Iuristarum, quam Theologo-
rum consensu approbata, vectigalia, ga-
bellas, seu alcaualas, posse de nouo impo-
ni â principe non recognoscente superio
rem, ex iusta causa. tex.l.2.& 3. C. noua
vectigal.imponi non posse, & Ias.in.l.de
quibus, num.45.ff.de leg. Panorm. in.c.
innouamus de cēsib.l.3.C. de annuis trib.
lib.10.Cuman.cons.162.circa fin.Capic.
decisio 148.in princip.Salicetus in.l. ve-
ctigalia, la.2.C. noua vectigal.impo. non
posse Bertachi.in tract.de gabell.1. part.
num.1.&.13. Aegid.Bossa.in tit.vectiga
lia, qui nō possunt imponere, nu.1.&. 10.
fol.693.Innoc.Ioan.And.Panor. & DD.
d.c.innouamus. Felin.in cap 1.numer.41.
de constit. Et ad iustificandam gabel-
larum

larum impositionem quatuor requiruntur.

11 Primo, quod imponatur ab habente postatem, putà Rege vel principe non recognoscente superiorem. Secundo, quod imponatur propter iustam causam finalem, vt sunt publicę vtilitates, vti stipendia militum, pontes, defensio viarum, & regni, & fidei. Bart. in l. vniuersi. C. de vectigal. arg. text. in cap. si quis Rompetas. 14. q. 3. iuncto tex. in d. c. innouamus. de censi. & c. peruenit. & cap. Apostolus. eod. titul.

Tertio, quod imponatur, circa iustam causam materialem, puta circa laicos, nõ circa clericos, nisi in casibus à iure permissis. Quarto vt imponatur, secundum debitam causam formalem, vt imponatur seruato modo, prout necessitas exigit, & subditorum, & negotiorum facultas patitur, vt resoluit Sylu. in summa, in verbo gabella, el. 3. num. 8. & sic tota ratio iuste imponendi dictas gabellas cõsistit, in potentia, in causa iusta, in subiecto in proportione per quas partes ad demonstratione̅ iustificationis, d. l. 1. tit. 18. lib. 9. recop. discurram.

12 Et quoad potentiam satis præ se constat, Reges Hispaniarum eam habere, cũ nec Imperatori subsint, vt habetur per glos. in cap. Adrianus. el. 2. 63. distinct. & in capit. & si necesse, ibi, & per Ioann. de Pala. Rub. in repet. Rubric. §. 2. numer. 18. & traditur per DD. in cap. per venerabilem, qui filij sint legi. quia est Imperator, & Monarcha in suo Regno, sicut dixit Cassa. in consuet. Burg. super procemio, num. 2. 3. & 4. fol. 15. de Rege Francorum, imo Regem nostrum in terris censeo hodie, Regem regum, & dominum dominãtium.

Quantum ad causam iniquam, quod olim dicta gabellarũ solutio in dicta fuit, ob paganorum, seu maurorum expugnationem, quæ causa vigebat tempore primę concessionis, & tempore constitutæ, l. 1. in d. titul. 18. sed qualiter prout nunc, eadem causa vigeat; & multo maior (proch dolor) ipsa Anglia domatista errorum & heresum docet, nec non &
13 Alemania, & Belgarum pertinacissima gens: an ne omissam pro iustificatione d. l. 1. faciam, illam Turcarum gentẽ, adeo superbientem, & totum Christianismũ perturbantem, & deuorare cupientem quarum truculenti rabiei, nisi noster magnus Philippus (quem iam non Philippum, sed Macedonis Philippi, magnum filium existimo) se opponeret, & barbaricam superbiam frangerat, totam fere nobilissimam Italię prouinciam, deuorauerat gens illa iniqua, & sic cum Rex noster, sit murum & antemurale, contra tam ingentem infidelium inundationẽ, nullus mente compos erit, qui de iustificatione causæ dubitare poterit: sed quãuis dicta causa, pro qua d. l. 1. fuit constituta, & concessio facta hodie non duraret, adhuc Rex poterit iuste petere dictas gabellas, si paratus est, & propositum firmiter habeat ea facere, ad quod vectigal institutum fuit necessitate adueniente, secundum Ray. quem citat, & sequitur Hostiens. in summa titul. de censibus in §. ex quibus, nu. 10. ad medium arg. text. in cap. nobis in fin. 11. q. 2. & text. in l. si vno. ff. locati. Angel. de Claua. in summa, in verbo pedagium, num. 6. prope fin. & Sylu. in verbo gabella, el. 3. numer. 10. & Glossator noster infra in l. 5. tit. 7. par. 5. in glos. 1.

Quoad tertium requisitum postulans, vt imponatur gabella circa iustam causam materialem, satis notũ est, dicta exactio gabellarum non extendi ad clericos in sacris constitutos, qui negotiatores, vel mercatores non sunt, vt supra notaui in glos. ista in initio.

14 Ad quartum autem requisitum deueniendo, vbi exigitur, vt imponatur d. gabella, secundum debitam causam formalem, putà prout necessitas requirit, & subditorum facultas patitur: dico dictam legem primam moderamen continere, & æquitatem exigendo vnum ex decem: illa autem dicitur excessiua, & barbarica exagio gabellarumque excedit tertiam octauę partis, secundũ Bald. in l. 2. nu. 3. C. de iure aureo annulo, quem Fel. d. c. 1. num. 41. de constit. ad hanc conclusionem allegat, qui nihil dicit, de quantitate, quæ licitam vel illicitam faciat impositionem, sed qui in hoc bene loquitur fuit Rebuf in l. cũ qui vectig. ff. de verbor. signific. pagin. 149. in versic. vectigal, vbi dicit, vectigal dicitur octaua pars eius quod vehitur, & ideo exactores istius gabellę dicuntur octanarij: & hoc est quod Felin. intendit dicere: ergo videtur non esse dictam exactionem gabellarum rigu-

guro-

gurosam, & acerbam, si redatur ex decem vnum: ista etenim taxa sufficit quod in sua generali dispositione sit equa, vt probatum manet ad sui iustificationem: neque ista stricte, & amare suscipienda est conclusio dicta. Sylu. vt in perpendenda necessitate causę impellentis, ad dictam impositionem, & facultate subditorum, statera indigeamus: ex quibus satis constat, qualiter qualitates iustificantes impositionem gabellarum concurrant in d. l.1 tit.18.lib.9.recopilatio. & ad aliam inęqualitatē, de qua d.l.1.redarguitur, videlicet, quod mercator, seu negotiator pauper, soluit in dictis gabellis plus multo duplo, quam diues qui absque mercantijs viuit: quod multum vrgere videtur. Re- 15 spondeo, quod gabellę onus, non dicitur onus reale aut personale, vel mixtum, sed est onus conuentionis, seu obligationis, vt dixit Bald.in.l.1.C.de contrahen. emptio. num.3.& Ocphal. cons.58. num.35. lib.1.& refert Iosephus Ludou.in tom.3. comun.opin.fol.487.col.1.in fin. & sic non est necesse, quod seruetur illa ęqualitas. quę in oneribus realis personalibus, & mixtis, seruatur.

Ex omnibus igitur supradictis cōstat dictam.l.1 tit.18.lib.9 recop. esse iustā, & gabellas defraudantes teneri in foro conscientię ad restitutionem, vltra peccatum: ideo caue ne te decipiat doctissimus Domin. à Soto, loco citato, & Aren. in d. suo dictionario nam vidi mplios cōfessarios in hoc esse deceptos, & absque vlla cunctatione absoluere fraudātes gabellas, etiam nondum satisfactione facta. Sed ego nec confitentes, nec cōfessarios absoluerem nisi satisfactione pręmissa.

In.l.51.tit.6.p.1,in glos.4.

1 *Quando clericus, vel ecclesia sit immunis à collectis, & muneribus personalibus, & quod clerici tenentur quando appropriatum est ipsi rei tributum.*

GLos.4.in verb. *Por razon de sus personas.* de materia istius glo. scilicet, quando ecclesiae, vel personae ecclesiasticae, sint immunes à muneribus personalibus, & à 1 collectis vel tributis, facit vnam regulam Petrus Dueñas in reg.1002 vbi dicit, regulariter non teneri: ampliat.5.modis. & limitat.18.fallentijs, quibus tota ista glo. elucidatur: vbi tenet, quod clerici tenentur ad solutionē tributorū quando apropriatum est ipsi rei, vt in fallentia.2 habetur, & in.l.11.tit.3.lib 1. d. recop. adde etiam quod priuilegia concessa ecclesijs, quoad earum bona, non extendūtur ad clericos quoad eorum patrimonia, nisi in casibus iure expressis, vt notauit Abb.in cap.ecclesię sanctę Marię.de const.& ibi Dec. dicit cōmunem, & Couarr.lib.1.variarū. resol.cap.4.& habetur per Ficardum in tom.1.commun.opinio.fol.161. nu.124.

1 *In Regis aduentu posse hospitari in domibus clericorum non in monasterijs.*

GLos.7, in verbo. *Posar* probat in aduē- 1 tu principis posse hospitari, in domibus clericorum non autem in monasterijs vel ecclesijs, de quo.l.7. titul.3.lib.1. recopilat, & eod.lib.l.8.tit.2.

In l.52.tit.6.p.1. in glo.5.

1 *Episcopi & Cardinales habentes terras à Rege non astringuntur ire personaliter cum eo ad bellum admittuntur ad praestandum seruitium personale, aut reale per substitutum.*

2 *Clericus in sacris, vel in minoribus si beneficiatus est non retinet fœudum pro quo praestandum sit seruitium personale.*

3 *Papa, secundum Bald. & glossam istam non potest dispensare in irregularitate, iuxta licet contrarium recepit praxis.*

4 *Qui in pugna licita percutit aliquem armis si ex percutione illa non sequitur mors, vel mutilatio non efficitur irregularis, quamuis alij in ea occubuerint secus autem in illicita, quia in actibus illicitis, quae non est*

for-

formalis intentio, vt ex ea sequatur homicidium efficitur virtualis, & ex ea sequitur irregularitas.

GLos.5.in verbo.*Deuen yr*.in prima cõclusione dicit, quod prelati tenentes terram à Rege, cum eo debent ire personaliter per legem istam, quia quãdo vassallus interuentu suæ personæ, potest cõferre magnum cõmodum, & auxiliũ domino suo, tenetur ire personaliter, vt tradit Bal.in.§.fin.col.fi.de pace iura firm. in vsibus fœudo.hactenus glo.

Quæ decisio legis intelligenda est, cum sequenti distinctione: aut fœudatarius est Episcopus, aut Cardinalis, aut clericus in sacris constitutus, vel etiam in minoribus si sunt beneficiati, aut in minoribus constituti, & non beneficiati.

1 Primo casu quando Episcopo, vel Cardinali, aliquod fœudum est deuolutũ iure successionis, & id tetinent: ne dignitas eis potius decrementũ, quam augmẽtũ attulisse videatur, admittuntur ad præstandũ quodcunq; seruitium, siue reale, siue personale, per substitutum: non autẽ præcise tenetut personaliter, vt notauit Carol.Ruin.cons.42.num.10.lib.1.& ista met.lex probat, in quantum dicit. E *si por ventura ellos non pudiessen yr, deuen embiar sus caualleros*: nã istud verbũ (*no pudiessen*) intelligendũ est, quia nolunt, aut quia non possunt: vt fertur de vulgari substitutione, vbi parificantur nolle, & nõ posse, secundũ Bart. & DD.in.l.1.ff de vulg. & pupill. subs.

2 Si autem fœudum deferatur clerico in sacris, vel etiã in minotibus cõstituto, si beneficiatus est, non retinet fœudũ pro quo sit præstandum seruitium personale. Si vero sit in minoribus constitutus, & non beneficiatus, admittitur ad fœudum sicut merus laicus, vt post longam disputationem concludit Iul.Clar.lib.4.§.fœudum.q.78.pagin.146 & ad rationem gl. de dicto Bald. dicendum, quod loquitur Bald.in laico: quæ conclusio habetur ex Ioann.Bapt.Calcialupo in tract.fœudo. vol.15.in tract.doct.q.75.& Dona.à Fin. tomo.1.cõmun. opinio.fol.164. nu.186.

3 Noto glos.eandem in versic. an possit Papa dare licentiam, clerico pugnandi in bello iusto, sine metu irregularitatis, & pro parte affirmatina quod possit, allegat Abb.in cap.clerici el.1.num.5. de vita & honest.cleric. qui citat Calderinũ, & gloss.ista transit disputando, & tandẽ videtur residere, in Bald.opinione in cõsil.439.vol.5.vbi dicit, est aduertendum, quod licet Papa potest dispensare cum homicida, in homicidio perpetrato, vt in cap.at si clerici, de iudic. tamen secus in perpetrando: quia non potest dare licentiam delinquendi, nec parcere, quod nondum est. l. si areo. ff.de fideiusso.l. si vnus.§.illud.ff.de pact.& alia subdit, & tandem dicit, non potest clericis concedere, quod ipsi manu propria possint hominẽ occidere: sed pro iustitia exequenda, possunt gladij potestatem, alijs committere: item potest permittere clericis, quod iniusto bello, dent consilium, & auxilium, tam gentium, quam pecuniarum.

Pro opinione tandem Abb. loco citato facit, quod semel fuit dispẽsatum cum homicidio futuro, in casu licito, per Papam Paul.III. anno Domini.1535.in quodam rescripto concesso, domino Alfonso Cardin. Hispalensi Archiepisco, ad cognoscendũ de homicidio facto per quosdam fratres, qui suum prouincialem proditorie occiderunt, cuius clausulæ tenor talis est. Nos autem tam illos, qui ad capiendum, & detinendum, inquirendumque, & examinandum dictos malefactores, quam etiam executioni demandãdi sententiam, contra ipsos, insuper ligitime ferendam, vel alias quomodolibet, in eos premissorum occasione, manus in iecerunt violentas, etiam si ad vltimũ supplicium deueniendum, excõmunicationis sententiam â canone generaliter promulgatam, irregularitatisque, & inhabilitatis, aut alias censuras, & pœnas ecclesiasticas minime incurrisse, nec incurrere, sicque per quoscunque iudices iudicari, diffiniri & interpretari debere, sublata eis. & eorũ cuilibet aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & autoritate decernimus: huius rescripti ad alium finem meminit Bernard.Diaz in practic.c. 90.fol.251.& ideo de sententia Abb.& Calder.non est hesitandum cum in curia: sic practicari vidimus contra glos.& Bald.

4 Noto etiam eandem glos.in versic.nota etiam, vbi dicit, quod quando clericus licite in bello inest, percutiendo, & feriẽdo

do aliquem, si clarũ est, quod ex tali percussione non fuit secuta mors, vel mutilatio, licet alij in pugna illa per alios sint mortui, non efficitur irregularis, secundum Abb. & alios quos allegat in cap. petitio de homic.

Ratio autem istius decisionis est, quia qui bellantibus iniusto bello assistunt, nõ præsumitur habere virtualem, nec formalem intentionem occidendi, etiam si armis ictibus, & percutionibus in dicto bello assistat, victoriam vult non occisionẽ, per text. in cap. igitur cum tribus sequentibus. 23. q. 8. & in cap. continebatur. de clerico percusso. & in capit. 3. eod titul. & in cap. penul. de homic. & istam rationem reddit Nauarr. in sum ma. in cap. 27. num. 113. vbi respondendo ad aliqua contraria, & ad text in c. fin. de homic. in. 6. vbi dicitur, quod mandans aliquem verberari, licet expresse inhibeat occisionẽ, si mandatarius tamen finem mandati excedens occiderit, mandans efficitur irregularis: assignat rationem differentiæ, quam nimis extollit (haud iniuria equidem) videlicet, quod voluntas & intentio, in actibus illicitis, quæ non est formalis, vt ex ea sequatur homicidium, efficitur virtualis, & ex ea sequitur irregularitas, si homicidiũ sequutum fuerit: cum mandando, culpę reus effectus est, & hoc euenire posse debuerat cogitare: quæ voluntas, & intentio, in licitis, si ea ex natura sua formalis non erat, nunquam efficitur virtualis, vt ex ea sequatur irregularitas, etiã si homicidiũ sequatur. Quę ratio differentiæ verificatur in dict. cap. fin. de homicid. in 6. & in prelato merum & mixtum imperium habente, qui ad regimen ciuitatis mittit pretorem, qui licet hominem occidat iustitiam exercendo, non ex eo prælatus efficitur irregularis.

In.l.53.tit.6.par.1.in glo.1.

1 *Clerici de fructibus suorum beneficiorum possunt libere disponere tãquam eorum Domini.*

2 *quando dubium est de aliqua quæstione inter Doctores præponderat illa pars, quæ pro se habet consuetudinem, & hinc est quod clericus potest Hispaniæ de reditibus ecclesiasticis maioratum constituere.*

GLol 1. in verbo. *Que los ganẽ con derecho.* De ista quæstione quã mouet glo. vtrum clerici de fructibus beneficiorum
1 possunt libere disponere, tanquã eorum Domini, vel an tantũ necessaria possunt assumere. & an sint vsuari, vel vsufructuarij, reprobatis multorum opinionibus in l. 40. supra titul. 5. glos. 3. & in. l. 45. supra isto tit. in glo. 5. cum cõmuni asseruimus essev sufructuariũ, & etiam habere vsum fructum causalem, vt notauit d. Episcopus Mentisen. in 4. part. de redit. ecclesiast. cap. 6. nu. 4 & quamuis non desint multi contrariam partem tenentes, quos refert doctissimus Martin. Azpilqueta. Nauar. in tract. *De los beneficios y rentas Ecclesiasticas*, per totum: & in sua summa, & in apolagia de reditibus Ecclesiasticis.

Tamen cõmunis, & receptior sententia est, prædictos beneficiatos, ad libitũ posse per cõtractus inter viuos, vel in vltima voluntate, de dictis fructibus disponere, sic testatur Didac. Couar. in cap. cum in officijs de test. num. 9. & Domin. à Soto. lib. 10. de iustit. & iur. quæstio. 4. artic. 3. fol. 893. & 894. d. Domin. Fran. Sarmient. 2 part. capit. 1. de redit. eccles. sequendo sanct. Thom. 2 2 questio. 185.
2 artic. 7. & Glossator noster in præsenti, sequẽdo istam factionem, adducit vnam bellissimam conclusionem diui Thom. scilicet, quod quando dubium est inter DD. in iure, standum est consuetudini super eo in quo disponit, quam etiam tenet Abb. in cons 25. numer. fin. vol. 2. & Decius in cap. at si clerici. de iud. etiam si in tali dubio, cõmunis opinio esset pro altera parte. Quam conclusionem approbat Sylua Nuptia. lib. 5. num. 64. & eam tanquã indubitabilem refert Ioann. Parl. in lib. rerum quotidia. cap. 1. §. 11. nu. 4. fol. 49. quæ conclusio multum suffragatur, istis dictis Doctoribus, fundantibus præcipuè sententiã suam, in irrationabili, & prescripta consuetudine Hispaniæ: quamuis de iure communi canonũ non desunt fundamẽta: & ideo dixit Ludou. à Molina lib 2. de primogen. cap. 19. numer. 53. & 54. quod de consuetud. Hispaniæ, clericus non solum de reditibus sui bene-

beneficij potest testari, sed etiam maioratum constatuere, quem sequitur, & approbat Matien.l.13.tit.8.lib.5.recopil.& Ioann.Gracian.reg.457.num.3.& itam dicit cõmunem Bellon.cons.3. num.10. &.12.& refert inter cõmunes Emanuel Suarez in tomo.1. cõmun. opin. nu.94. fol.160.& Didacus Perez qui multa refert in.l.2.tit.3.lib.1.ordi. col.115. &.116. Iul.Clar.in.§.testamentum. quæstio.27. in fin.

In.l.54.tit.6.p.1.in glos.2.

1 *Clerici tenentur ad cõtributionem cum cæteris ciuibus in pontium constructione, & itinerum refectione, quæ conclusio per glossam nostram limitatur in subsidium quando laicorum facultas non suppetunt.*

2 *Clerici indistincte tenentur cum laicis in pontiũ refectione, vel constructione, & non in subsidium contra glossam, & alios, & ista dicitur magis cõmunis nu.3.*

4 *Clerici in prædictis oneribus de iure Regni, tenetur in subsidiũ, videlicet, deficientibus bonis proprijs concilij.*

5 *In casu quo clerici ad contributionem cum laicis tenentur quis erit eorum iudex, & dicimus, quod iudex Ecclesiasticus debet eos cogere.*

6 *Iudex laicus non potest ex consuetudine quærere iurisdictionem contra clericos.*

7 *Bona clericorum gaudent eodem priuilegio cum ecclesijs quœad fori priuilegium.*

Quæ in materia de bonis clericorum dicuntur intelliguntur de clericis constitutis in minoribus hodie limitatur.

Bona clerici primæ tonsuræ capiebantur pro executione facienda.

8 *Clerici primæ tonsuræ hodie in criminalibus gaudent priuilegio fori certis modis seruatis.*

9 *Clerici primæ tonsuræ in ciuilibus habentur pro laicis de iure Regni.*

10 *Lex statuens contra libertatem Ecclesiasticam non valet; & quid si in fauorem clericorum statuat de eis mẽtionem faciendo.*

11 *Clerici in minoribus constituti sunt de foro Ecclesiæ lex ciuilis tenet & ligat clericos si iusta est, nec contraria canonibus.*

12 *Legem secundam in tit. 4. lib.1. recopilat. dicimus esse iustam.*

13 *Iure diuino competit clericis in sacris constitutis priuilegium fori limitatur quando quæstio versatur circa spiritualia.*

14 *Clericis in minoribus constitutis priuilegium fori competit de iure positiuo canonico, non diuino, & sic habent locum quæ in.l.fin.titul.4. delos coronados disponuntur.*

15 *Clerici beneficiati in minoribus constituti gaudent priuilegio fori, & assignatur intellectus ad cap.1. de clerici coniuga. & ad.l.2.tit.4. de los coronados, lib.1. recopil.*

16 *Clerici in casibus in quibus tenentur ad solutionem cum laicis per quos iudices compelli possint.*

17 *Referũtur verba.l.12.tit.3.lib.1. recopilat. & agitur de eius iustificatione, & intellectu: nam eo ligat clericos quod se fundat in ratione naturali.*

Cleri-

13 Clericorum bona gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesiarũ limitatur ad casus in iure expressos.

19 Clericorum bona quoad fori priuilegium gaudent eodem priuilegio, quod bona ecclesiarum, & quo ad protectionẽ pertinẽt ecclesiæ.

Limitatur quando in aliqua legis dispositione bona clericorum veniunt principaliter in consideratione sicus si persona consideretur principaliter.

20 L 12.titul.3.lib.1.recopilat. non concesßit executionem illius solutionis contra clericos, sed pignoris captionem, vt Franciæ in certis casibus fit.

GLos.2. in verb. *En las calçadas.* Lex ista
1 decidit clericos teneri ad contributionem, cum cæteris ciuibus, in pontium instructione, & in itinerum refectione, cui consonat.l.11.&.12.tit.3.lib 1. nouæ copilatio. & glo. nostra vult restringere dispositionem istius legis in subsidium, vt tunc clerici teneantur ad supradicta, quã do facultates laicorum non suppeturt, sequendo Ioann.Andr. Hostiens. & Panormit.in cap.non minus, nu.18. de immuni ecclesia & Bart.in.l.ad instructiones C.de Episcopis & cleri.& Paul. ibidem: quę æstimatio relinquitur ad arbitrium boni viri per text.in.l fideicõmis. in § quanquam.ff.de leg 3.qui fundantur in dict.c.non minus. & in cap. aduersus. de immuni.ecclesia.quę iura multum vrgere videntur.

2 Contrariam tamen partem, imò quod clerici in casibus prædictis, indistinctè teneantur cum laicis, & nõ in subsidium, tenet Cyn. & Alberi.in.d.l.ad instructiones.C.de Sacrosanct.Eccles. quia in istis pietas & publica versatur vtilitas: quos sequitur Ripa in lib.2.respons.c 22.numer.5.& Barthol.Cepol in tract. de seruitu rusti.prædi.cap.3.vers.quæro.25. & Bellame.cons.45. & Guidc.Papa. q.78. & dict.Ripa.in tract de peste.in titul. de remedijs ad conseruan.vbert. num.233. cum sequentibus, vbi dicit, istam esse cõmunem opinionẽ, & Bertrand. cons.53. nu.9.vol.1 profitetur esse cõmunem, &
3 Lancel.Contra.in tract.de decurio.lib.1. cap 9.de prætore.§.1.nu.27. cum sequentibus.

Referendo contrariam opinionem tenentes, dicit hanc quam contra glossam asserimus esse magis cõmunem: quę se-
* quitur Nata cons.280.vol.2. & eam posuit inter cõmunes Viui. quem sequitur, & approbat Manuel Suarez in tomo.1. cõmuni opinio..fol.158.num.54.& eandem tenet Didac.Perez in.l.1.tit.3.lib.1. ordin fol.117.qui pro se allegat glossam istam, & Abb.in.c.non minus. de immu. ecclesia, cum contra se faciunt: sequitur etiam istam cõmunem Olanus in antinomia in litera.C.num.38 qui solum citat Capram.in reg 96.num.79.

4 Sed quamuis verior opinio sit, quod clerici indistinctè teneãtur de iure, in prædictis causis cum laicis cõtribuere, & sic legem istam non esse moderandam, vt glos.nostra vult, scilicet, quod clerici teneantur ad dictam cõtributionem in subsidium, quando facultates laicorum non suppetunt: nihilominus limitatur.d. cõmunis de iure Regni, vt tunc.d. clerici teneantur quando bona propria concilij, non sufficiunt ad dictam solutionem, vel præstationem, per.l.11.titul.3 lib.1. nouę recopilat. per quam modificanda est lex ista. vt ostenditur in illis verbis. *Que en estas cosas atales a fallecimiento de proprios, de concejo deuen de contribuyr, y ayudar los dichos clerigos por quanto es procumunal de todos, y obra de piedad.*

5 Restat nunc videre casu quo clerici teneantur ad dictam contributionem, quis iudex erit competens ad districtionem solutionis, & dixerunt Innoc. & Ioann. Andr.in cap 4.de immun.ecclesia. quod in omnibus casibus in quibus clerici tenentur ad contributionem cum laicis, debent compelli per iudicem ecclesiasticũ, quos sequitur Bald. in. l.ad constructiones de Sacrosanct.eccles. & dicit cõmunem Benedict.Capra.d.reg.96. num.79. & refert inter communes Bonacossa. tomo 1 fol.189.num.6.& ita prouisum stat per.l.istam Partitarum: quãuis Olonus in.d.antino in litera. C.num.38.false imponat glo huic, quod dixerit, per iudices sęculares dictos clericos posse compelli, ad d.prestationem: & tandem cõcludit vsu receptum esse, vt commemoratis casi-

casibus clerici compellautur per iudices sæculares ad præstationem: quem vsum ego credo in oleuisse ex dispositiõe.l.12. titul.3.lib.1.recopilat. vt infra ista gloss. melius videbimus numer.19. at videtur, ꝙ ista consuetudo, de qua loquitur Olanus vere nõ obtineat, eo quod iudices laici, ex consuetudine non possunt quęrere iurisdictionem in clericos, cum ab ea sint iure diuino exempti, & ita in terminis tenet gl in.c.fin.de consuet.& similis gl. in c.nouerint, in glo.mag.de senten. excõmun.& ibi Inno.& Cardin. in Cle. 1. de vita & honest.cleri.q.15.& Felin.in.c. ecclesia sanctæ Marię, de const. nu. 6.ad mediũ, & Abb.in.c.solitæ, de maiorit.& obedien. & probat Alcia.in.c. cũ non ab homine, de iud. Dida. Couar. in pract.qq. c.31.cũ limitatione in nu.2. & Iul. Clar.in pract. §.fin.q.36.nu.1.

7 Neq; prædicti iudices se excusabũt, eo ꝙ personã siue coactioue relinquunt, si tamen eorũ bona occupent & distrahant: quia bona clericorũ ita gaudent priuilegio fori, ac bona ecclesiarũ, vt tenet gl.2. in.d.c.ecclesia sanctę Mariæ, & glo.in.c. ex literis, de priuileg.& similis glo. in.c. fi.in verb.facultatibus, de vita & honest. cleri.& similis glos.in.c.similiter. 16. q.1. & Abb.in.d.c.ecclesia, num.7.& Fel.ibi, n.7.& Oldrald.cons.74.de quo infr. melius dicant.nu.18.in glo.ista. Et ista priuilegia, quoad personas & bona, extenduntur etiã ad bona, & personas clericorũ primæ tonsuræ, vt testatur Feli.allegãs alios in.d.c.ecclesia, nu.110.dicens, quæ in materia, dicta sunt de clericis, intelliguntur, etiã de cõstitutis in minoribus ordinibus: & dominus Ziletus cons.109.nu.26.lib.1. & inter cõsilia diuersorũ Doctorum criminalia Plotus, qui dicũt, clericus etiam simplicis tonsurę nõ potest conueniri in ciuilibus, neq; in criminalibus corã laico etiã principe, quos refert Bonacossa. to. moit.cõmun.opin.fol.189.col 1.n.15.quę cõclusio aperte probatur in.c.1. de cleri. coniug.in 6.in illis verbis, trahi nõ posse criminaliter, aut ciuiliter: quãuis ista conclusio sit vera hodie limitatur per cap.6. sess.23. Concil. Trid. & aliter intelligitur, per aliquos DD.c.1 Et in Francia, etiam ante Conciliũ Tridentinũ, bona mobilia, clerici primę tonsuræ, non capiebantur, pro executione facienda, vt testatur Rebuf.in tract.de literis obligat.tom.2.art. tul.2.glo.1 nu.112 & in tract.de literis dilato.tom.1.art.3.glo.1.n.13.in fi in const. si in continenti ostenditur titulus.

8 Hodie vero Regno nostro, prædicti clerici prima tonsura, siue quatuor minoribus ordinibus insigniti, gaudent priuilegio fori in criminalibus, seruatis conditionibus, vel requisitis in d.c.6. Concil. Trident.& l fin.tit.4.lib.1.recopilat.

9 In ciuilibus vero habentur pro laicis nisi sint beneficiati, vt extat prouisum in.l 2.titul.4.lib.1.recopilatio. & ita in feto, quod si iste clericus in minoribus cõstitutus, conueniat alium similem coram iudice ecclesiastico, quod incurret pœnã l.10.tit.1.lib.4.recopil. quæ disponit, vt si laicus conueniat laicum de re mere sæculari corã iudice ecclesiastico quod puniatur certis pœnis.

10 Sed qualiter d.l.2.tit.4.lib.1 procedere potest, & an valeat eius dispositio (cum quodam modo videatur contra libertatẽ ecclesiasticam disponere) est videndum: nã priuilegiũ fori, tã de iure canonico, quã diuino concessum est clericis.c.si diligenti. de foro compet.in.c. 1. de cleric. coniug.vt supra nu.4. manet dictũ in tãtum, quod etiam si lex, vel statutũ disponat, in fauorem clericorũ, non valet si de eis specialis fiat mentio, secundũ Abb in d.c.ecclesia sanctę Marię, num.37.&.26. (quamuis Decius ibi refellat eũ, quia priuilegia concedi possunt per principes clericis, nu.27.cui adde multaque Matienf. adducit in.l.17.tit.11.glo.2.num.12.&.16. lib.5.recopil.& Ioan.Grac.reg.155.) ergo si contra libertatem ecclesiasticam dispositio dict.l.2.est, non tenet secundum ea quę tradit Feli.d.c.ecclesia, nu.69.& illa dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, ex quibus tollitur, vel diminuitur priuilegium concessum ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, â Papa vel à principe, vt testatur Cyn.& Salicet.in authen. Cassa.C.de sacros ecclesijs.& Bald.in.l. cunctos populos.C. de summ. Trinit.& fid.et in auth.statuimus.C.de episcopis et clericis: & idem in marga. innocentia in verb.ecclesia in principio, & Alexan. in cons.210.vol.2.& in cons.16.vol.4.& inf. in.l.2.tit.9.ista.p.gl.19.dixi latius de isto artic.in.l.2.tit.11.gl 2.infr.ista par.

11 Sed per d.l.2. tollitur dictis clericis in minoribus constitutis priuilegium fori, ergo contra libertatem ecclesiasticam

K statuit

ſtatuit: quia dicti clerici in minoribus cõſtituti, ſunt de ſoro eccleſiæ.c.cum non ab homine.de iudi & in capit.2. de ſoro compet.& cap.clericum.& . c.nullus 11. quęſtio.1.& refert Decius d.cap. eccleſia ſanctæ Mariç. num.6.& faciunt pro iſta parte concluſio Menchac. de ſucceſsio. creatio.lib.3.§.26.nu. 58. quę dicit, tunc legem ciuilem tenere, & ligare clericos etiam ſi de eis expreſſe meminit, ſi iuſta eſt, nec canonibus aduerſa: & ſeruanda quaſi ab ipſis ſummis Pontificibus tacite videatur recepta, ergo ſi contraria fuerit canonibus, contrarium erit dicendum: & Didac.Couarr.in epithom.ad.4. lib.c.6. num.18.vbi dicit à ſæcularibus principibus, ius condendi leges, contra Pontificũ decreta, in materia ad Romanum Pontificem pertinenti eſſe remotum: idem tenuit Anton.Gomez. in.l. 49. Tauri. numer.2.& ibi Ioan.Lupus.facit etiam pro iſta parte contra deciſionem. d. l.2. quod ſupra in num.6.in gl.iſta diximus, quod conſuetudine non poteſt acquiri iuriſdictio in clericos, cum ſint iure diuino exempti.

12 Prædictis vero ſundamentis non obſtantibus, quãuis vera ea ſint contrariam ſententiam eſſe veriorem indubitanter cenſeo: ſcilicet, quod dict.l.2.eſt iuſta, & valet, & quod non eſt contraria iuri canonico, & ſi in aliquo ab eo deuiet conſuetudine præſcriptum eſſe, quæ ſequentibus rationibus probantur.

13 Primo, quod etſi communis ſententia teneat, clericos exemptos eſſe à iuriſdictione ſæculari iure diuino, multi tamen ab ea diſcedunt, tenentes priuilegium fori de quo agimus, haberi iure poſitiuo: & ideo Couar.dict.cap.31.num.1. cum alijs pract.quæſtionib.&num.2.diſtinguit, vt communis procedat in his quę vere, ac proprie ſpiritualia, & eccleſiaſtica ſunt, vt ſi quęſtio ſit de ordinibus, de gradibus ſacramentis, & alijs ſimilibus, & quod cætera vero priuilegia fori habeant iure canonico. Sed ſto quod indiſtinctè communis ſententia procedat, & ſic dict.clericis competat dictum priuilegium fori iure diuino.

14 Tamen quoad clericos in minoribus conſtitutis de quibus loquimur non procedit: quia iſti non habent priuilegium fori de iure diuino, vt teſtatur dict. Didac.Couarr. in dict capit.31.numer.5.& Barnerd.Diaz à Luco in practic.cap.90. num.2.prope fio.folio.254. & Ioann.de Palat.Rub.in tractat.de liberta.eccleſiaſtica.2.part.quęſtio.5.& ita conſuetudine vel lege, tacito conſenſu Papę, qui pręſumitur cum ſciat, & non reclamet, aliqua ſtatui poſſunt, contra dictum priuilegium fori in damnum clericorum in minoribus conſtitutorum: vt quaſi in terminis oſtendet Felin. in dict.cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. num 6. in quibus poteſt diſpenſare, & mutare, cum vt dixi ſit dictum priuilegiũ, quoad iſtos de iure poſitiuo, & Abb.in capit.2. de maior. & obedien. ex quibus iuſtificantur, quę poſita ſunt in.l.fin. titulo.4. *De los clerigos de corona.* libro.1. Recopilationis.

15 Secundo pro iuſtificatione iſtius.l. 2. facit quod conſona ſit iuri canonico, in quantum decidit, quod clerici in minoribus conſtituti beneficiati, gaudeant quoad omnia etiam in cauſis ciuilibus priuilegio fori: quod prouiſum extat in Concil.Trid.ſeſſ.23.c.6. eademq; erat cõmunis reſolutio Doctorum, ante Concilium Trident videlicet, vt dicti clerici primæ tonſurę, in ciuilibus cauſis non gauderent fori priuilegio, niſi actualiter alicui miniſterio diuino, in eccleſijs vacarent: & quod verba text.in.cap.1.de cleri. coniug.in.6.dicentia clerici coniugati, non conueniantur criminaliter, nec ciuiliter intelligenda ſunt de conuentione, quę ciuiliter fieri poteſt, ratione delicti, non autem de conuentione, quę mere ciuilis eſt, & à cauſa ciuili deſcendit, vt teſtatur Ioann.Andr.in dict.c.1.& Domin.nu.7. & Anchar.num.3. & Bancher. etiam ibi & Ioann.de Imol.in cap.ex parte.de clericis coniuga num.4. & Montal.in.l.25. titul.9.infra iſta part. & Didac. Couarr. dict.cap.31.num 7.in verſi.prima.in fin. Nec obſtabit iuſtificationi dict.l.2 quod Concil, Triden.dict.capit 6.extendit, ad alios clericos in minoribus conſtitutos exercentes alia miniſteria, in eccleſijs de mandato Epiſcopi, quamuis ſint coniugati: quia contraria conſuetudo, quę Hiſpaniç innoleuit, ratione publicç vtilitatis, vt dicti clerici in minoribus conſtituti, prçter dictos beneficiatos, in cauſis ciuilibus pro laicis habeantur, excuſat, quę approbata videtur, ex Papę tacito conſenſu, vt ſupra dixi: ſed hæc ſufficiãt

quoad

quoad defensionē.d.l.2.vt iam vnde exiui reuertam.

16 Scilicet, ad questionem per quos indices compellendi sunt ad solutionem clerici in sacris constituti casu quo tenētur ad solutionem cum laicis, & cōcludimus per iudices ecclesiasticos compellendos esse suprà num.5.per rationes, & fundamēta ibi adducta, sed nobis obstare videtur.l.12.tit.3.lib.1.recopil. quam Olanus non allegauit ob roborandam consuetudinem, de qua testatur quod dicti clerici compellantur ad dictas prestationes per iudices sæculares, & quia de legis iustificatione agendum est libuit ad verbum eā transcribere.

17 *Si en algunos lugares destos nuestros Reynos fuere ordenado, que se guarden los panes, y las viñas, y los otros frutos de las heredades comunes del pueblo, y fueren hallados que hazen daño las bestias, y ganado de los clerigos: e otrosi fuere ordenado que todos paguen por las heredades que tuuieren, assi legos como clerigos, en adobo de arroyos, e de presas, o calçadas, ò de fuente, o de puente, por escusar de daños las heredades. Y en las guardas de las dichas heredades mandamos, que en razon del pagar las penas, y lo que assi fuere ordenado: que todos, assi clerigos como legos, la paguen assi mesmo por rata lo que les cupiere. Y mandamos, que las prendas se cobren, assi de los vnos como de los otros.*

18 Et sic visa litera.d.l.12.dico, dupliciter disponere in parte secūda.ibi. *Otrosi.* agit de soluēdis expēsis, factis pro cōseruatione bonorū cōmunium, tā clericorū, quā laicorum: ad quam prestationem, tenentur dicti clerici sacris etiā initiati, & possunt per iudices sæculares ad eam cōpelli, non per capturā personæ, sed per fructuū subtractionem, illarū rerum, in quarū beneficio expensæ factæ sunt pro rata: vt de mensoribus notatur, in.l.1.§ fin. ff.si mensor.falsum.modi.dixe. & habetur per Bar in l.cum quæritur.§.fi.ff.de leg.3.& ibi Alex. & Dec. in c.2.nu.107. de probatio.& Auen.in cap. prætọ.c.14. p.2.nu 25.Nec ob istā distributionē, vllā excōmunicationem incurrunt iudices seculares, secundum Nauar.in summ.c.27. nu.115. quos sequitur Alfonsus Azeu. in d.l.12.tit.3.lib.1.recop.nu.1.& Salzed. in pract.crim.canon.cap.55. in sua additio. folio.173.quibus addo, quod ex eo iustificantur supra dicta, quia lex se fundat in ratione naturali, & tunc lex ciuilis ligat clericos, vt bene notauit Feli.in.c.ecclesiæ sanctę Marię.de const. nu. 40. & ratio naturalis in casu nostro est, ne locupletetur cum iactura aliena.l.nam quod naturę.ff.de reg.iur.&.l.nam & naturę. ff.de condictio indebi.addo ꝙ etiam aliā rationem; quod quando clericus gaudet, beneficio statuti laicorū, tenetur eius dispositione, secundū Dec.d.c.ecclesia.n.57 idq; fatetur Bald.in.l.1.in fin.C.de contrahen.emptio.&Abb.in.conf.6.p.1.ex quibus concludendū videtur, in casu de quo agimus, posse iudicem secularē, fructus prædiorum clericorū, pro quibus expensę factę sunt, sequestrare, & eam partem sumere, quæ sufficiat ad contributionem: vt infra num.19.dicemus.

19 In prima vero parte, in quantum dicit, quod animalia clericorū reperta in alienis prędijs, dāna dantia, possunt per iudices sęculares capi, & teneri, & pro eis pignorari, & quamuis verū sit, quod clerici teneantur in dicto casu, pœnas statutorū soluere, pro dictis animalibus damna dantia maxime eo quod ipsi clerici certū est velle vti dicto statuto contra alios casu quo animalia laicorū dānificarent eorū prædia, & sic ipsi necesse est, vt patiātur alius eodē statuto vti aduersus se secundum Bal.l.de quibus.ff. de leg. col.9. & in.l.1.C.de contrah.emptio,&in.l.in legatis.C. ad leg.fal.& in.c. fin. de vita, & honest.cleri.Tiraquel.de retract.§.1. glo.13.fol.100.nu.7. non tamen possunt per iudices laicos cogi, ad dictam solutionē: & idęo dixit Ant.de Butr.in c.grauē. de rest.spolia.quod ad euitandā excōmunicationē, iudices cogant pastores, ad solutionē: & sic cōcludit gl.nostra in.l.24. tit.15.pa.7.quod sunt ad dictam solutionem pęnarū per suos iudices cogendi, & ita cōcludit Dida.Castell.in.l.70.Tauri. n.18.& Auiles in cc.pręto.c.17.gl.1.n.12. fol.159.& Alfonf. Azeu.in.d.l.12. nu.2. quorum resolutioni non obstat, quod bona clericorū gaudent priuilegio fori, cū bonis ecclesiarū, vt notat Abb.in.d.c.ecclesia sanctę Marię.n.7.quia hoc verum solum est, in casibus à iure expersis, quos refert Ioann.Andr.in capit. 1. de cleric. coniuga.in.6.& Speculat.eod.tit. & Cardinal.in Clem.1.de vita & honest.cleric. q.17.&.d.Ioan.Andre.in.c.fi. de vita & honest.cleri.& Feli.in.c.ecclesia sanctæ

Mariæ.de cõst.n.8.9.& 10. & ibi Barba. n.41.vsque ad.n.51.neq; supradictis obstat, quod clericus non potest conueniri actione reali,corã iudice laico. Quia respondeo cum Tiraquel.in tract.de vtroq; retractu.§.32.nu.80.cum seqq. Clericos posse coouenìri coram iudice sæculari pro censibus,seu vectigalibus, quæ pendunt ratione rerum suarũ,& quãuis Galliæ dicit practicari,tamen numerat alios hanc partem,de iure cõmuni fundantes, quæ si non placuerint iterũ respondeã cum Decio dicente. in.c. ecclesia sanctæ Mariæ.de constit. quod quãdo bona clericorum sunt in aliqua dispositione principaliter in consideratione non gaudent dicto priuilegio clericorum. Secus si persona cõsideretur principaliter,quia tunc quæ accessoriæ veniunt gaudent priuilegio clericorum,vt in casu.d.l.12.verifi cari potest. Vbi solum agitur de reparandis damnis in prædijs cõmunibus,tã laicorum quã clericorum, & sic principaliter bona veniunt clericorũ in consideratione: de qua conclusione facit festũ. d. Decius,in.d.c.ecclesia.n.18.& sic procedit,d.l.12 secundum ius canonicũ.Ex quibus omnibus elucidatur nostra quæstio, scilicet in quibus casibus potuerunt clerici cõpelli per iudices sæculares ad solutionem in communibus præstationibus.

20 Sed aliter intelligẽdo dico,quod d.l.12. in nullo casu concessit executionẽ dictę contributionis contra clericos,iudicibus laicis, sed solum permisit vt pignora capiantur,ad hoc vt faciant voluntariè debitam contributionem pro rata,vel damnum datũ soluant: quod si noluerit,tunc ad suum iudicem causa remittatur detento interea pignore, quasi pro obside. vt in simili habetur apud Gallos,vbi clerici coguntur per iudices sęculares, ad recognoscendum chirographum suum,& postquam agnoscunt,causa defertur ad suum iudicem Ecclesiasticum,vt ipse cogat clericum soluere pecuniam debitam, vt testatur Rebuf.in tom.1. constit. de chirographis,art.1.n 5.& Imbert. Rupel.Forẽtium insti.c.24.& Pyrrhus In const.Aurelianes.de executione instrum. c 40.cuius cõsuetudinis meminit etiam Decius d.c.ecclesia.n.57.in fi.vbi dicit,quod tenetur clericus, si instrumentũ recognoscit deponere,vel obsignare pecuniam debitam. Vt eleganter tradit Nicola. Boerius,decis.114.pa.1.& per Alexã.consil. 152.volum.5. & Guido Papa decisio.138. & Petrus Anchar.in.c. ea quæ de regul: iu.n.16.&.c.ex parte.de priuileg.ex quibus manet intellecta,d.l.12.Neque iste intellectus aduersatur cõmuni opinioni dicenti, quod qñ clerici tenẽtur ad aliquã solutionem simul cũ laicis districtio est facienda cõtra clericos per iudices Ecclesiasticos,vt notant Inno.& Ioan.Andre. in.c.non minus.de immu.Ecclesi.& dixi supra.n.5.in ista glos.nam.d.communis loquitur de reali executione.d.vero.l.12. in pignoris captione, aut procedet cum distinctione supradicta Decij , quæ bellissimè legem istam iustificat;aut secundum conclusiones supradictas.numer.18 & 19.vel secundũ distinctionem Doctoris Salzedi.d.c.55.fol.173.vbi distinguendo,inquit,quod si petatur pro expẽsis factis in animalium custodia ex pastura illico de fructibus capiatur,si autẽ pæna quę debetur sine vlla iudicij controuersia,nihilominus per iudicem sæcularem fiat districtio in bonis: quę raro contingit.quia super facti veritate,quasi semper controuertitur,at quando cõtigit, testorita practicari.

In l.55.tit.6.par.1.in glo.5.

1 Pro obtinendo loco honorabiliori in sepultura licet pro ea aliquid temporale dare.

2 Pro Ecclesiæ reparatione, vel fabricæ necessitate,licet aliquid temporale petere pro sepultura,sicut pro celebratione Missarũ, licet ad sustentationẽ petere eleemosynam, quam potest Episcopus tassare.

3 Consuetudo præscripta ad petendum pro sepultura aliquid temporale qualiter induci potest.

De cõsuetudine sepeliuntur oẽs fideles in Ecclesia,& qualiter pro sustẽtatione liceat recipere temporale pro spirituali.

4. Noua impositio, vt pro qualibet apertura sepulturæ qui ius sepelien-

di

di habent certa summa præstetur non iustificatur etiam pro magna fabricæ necessitate.

GLos.5.in verbo.*Per sus sepulturas.* dicit,
ortum habet,à.c. secũdũ canonem.23.
1 quæst.8.& sic noto ex lege ista,& ex di-
cto capit.quod licet aliquod temporale,
pro sepultura relinquere ecclesiæ, quod
spõtaneę dari debet. Pretium autem pro
ea non potest peti,per cap.abolendæ. de
sepul.dicunt tamen nõnulli, contrarium
vsu receptum esse in aliquibus ecclesijs:
ita quod pro dictis sepulturis, vel locis,
vbi mortui sepeliuntur,pretium per cle-
ricos petatur:at pro saluãdo isto vsu, vel
potius abusu.Salazar in lib de vsu & cõ
suetudine.c.10.nu 22. &.24. distinguit:
aut pretiũ petitur pro sepultura simplici
ter, aut pro aptiori loco sepulturæ: pri-
mo etenim casu,cũ sit sepultura quid spi
rituale,secundum glo in.c.fin.de sepult.
in.6.in verb.sepultura, pretium peti non
potest, absq; labe symonię: quod cessat
secundo casu, quãdo locus honorabilior
petitur pro sepultura: quia ecclesia cimi
teria habet, vbi gratis sepeliri homines
possunt. Quę conclusio fuit Domin.Sot.
lib.9.de iust.& iur.q.7.art 1.fo.815.col.1.
in initio: quem ipse Salazar subticuit:&
d.Domin.à Sot.ad adducta pro parte cõ
traria respondet; quod per opposita, ni-
hil aliud prohibitum est,quam ne id ven
datur pacto compulso,vt sit de necessita
te sepulturę,quod nõ sepeliatur, qui ter-
ram non emerit: quod cessat dato cimi-
terio vbi sepeliri possunt.

2 Sed ni fallor,prædictũ vsum venditio
nis,non credo vllis in ecclesijs viguisse:
sed quod pro reparatione ecclesię,aut ne
cessitate fabricæ,eleemosyna petatur ali
qua:quod licuit,& licet,sicut clerico,pro
sua sustentatione & alimonia,eleemosy-
nã licet petere, & accipere, pro celebra-
tione Missarũ: quæ conclusio in tantum
procedit,quod dicta eleemosyna, potest
per Episcopum tassari,secundum locorũ
& temporum qualitatem,& varietatem,
etiã augẽdo,si non est sufficiens,quæcõ-
muniter pręstatur sustentationi sacerdo
tis,cui naturaliter alimonia illius diei de
betur,sicut mercenario conducto,qui di-
gnus est mercede sua:nã qui altario deser
uit,de altario viuere debet: & hinc est,
quod decimę personales nõ possunt prę-
scribi,si desunt prędiales,vnde parochus
alatur:vel ad hoc non sint sufficientes,vt
notauit Petrus Pau.Paris.cons.25.vol.4.
& Barth.Cœpo.cons.13.crim. & summa
armila. in verb.decimæ,& Guido Papa;
decisio Delphi 284.Couarr.c.17.num. 8.
lib.1.varia.Didac.Perez in.l.1.tit.5.lib.1.
ord.col.205.& Alfons.Azeu.in.d.l.1.eo.
tit.& lib.recop.nu.12.& sic intelligenda
sunt verba.l.17 tit.20.ista part.dicentis;
decimas personales esse soluendas, non
obstante contraria consuetudine,scilicet,
si prędiales non sufficiant.

Et hinc etiã est,vt non teneatur bene-
ficiatus curatũ habens,residere si fructus
beneficij non sufficiãt,ad sustentationẽ:
vt notauit Imò.in.c.ex parte,de cleri.nõ
reside.& Abb.in.c.extirpandę.§. quia ve
ro de pręben.nù.22.& Syl. in summa,in
verbo.beneficiũ,el.4.nu.3.per text.in.c.
vnio.10.q.3.deniq; cũ stipẽdij datio, pro
Missis dicendis,non sit mera liberalitas,
sicut beneficij collatio,eo quod descẽdũt,
ex necessitate causatiua,vt probatur in.l.
si quis pro vxore,in vers.(non enim do-
nat.qui necessarijs oneribus succurrit.ff.
de donatio.inter vir. & vxo.) & de iure
naturali debeatur,vt diximus,Episcopus
qui statuere potest.c.si quis non venerit,
de maior.& obedien & gl.in.c. vt anima
rũ.de const.in.6. poterit dictæ legis natu
ralis determinationes, & interpretatio-
nes dicere: vt late habetur per Fort.Gar.
in.l.1.§.hoc ius.ff.de iust.& iur.nu.66.&
sic statuere,tassando dictã eleemosynam
quæ pro celebratione Missarũ clericis erit
pręstãda,inspecta locorũ qualitate,& tẽ-
porũ varietate: itaq; tam sepulturã dan-
ti,quã rem sacram ministrãri, licebit ex
dictis causis eleemosynã accipere,& pe-
tere:magis ęstimando,officiũ charitatis,
quod exercetur,sepulturã dando defun-
cto,quã pecuniã quæ pro ea datur: & si
illis,non cõcederentur supradicta,nisi pe
cunia mediãte,vt late habetur per Nauar.
in.c.quando,de consec.dist.1.c.6.nu.27.
fol.200 &in.c.inter verba.11.q.3.corol.2.
pag.81.nu.285.& per Couar.lib.1. varia.
c.20.nu.5.loquentes de illis, qui diuina
officia ministrant,propter stipendia.

Tertio etiã,excusari receptio pretij ꝓ
3 sepultura potest,ex cõsuetudine,quę in-
troducta fuisset à principio,quadã præsta
tione volũtaria,et pia affectiõe fideliũ,ad

subleuandas necessitates ecclesiarum: quę tanquam ecclesijs vtilis, & laudabilis, præscriptibilis est: vt habetur per Abb. in cap. ecclesiæ onus, & in cap. suā. & in cap. ad Apostolicam, numer. 3. & 5. de symon. quem dicit communiter receptum. Felin. in dict. cap. suam. num. 2. & ratio quam supra assignauerunt. Domin. à Soto, & Salazar, procedit (quamuis de consuetudine, hodie fere omnes fideles, in ecclesijs sepeliantur: vt testatur glos. in capit. nullus. 13. quęstio. 2. quam citat gloss. nostra infra, in. l. 1. titul. 13. ista par. 10. gloss. 7. & fuit conclusio Aegidij Bellameræ, in cap. quibus. 13. quæst. 2. dicens, lex ista fuit multum rationabilis, & male seruatur, nam in ciuitatibus, hodie nō sepeliuntur extra ecclesias, nisi pauperes) quia etiam intra ecclesiæ limites, repetiuntur loca honorabiliora.

Quarto, & finaliter, receptio pretij pro sepultura excusatur, ex quadam singulari conclusione. Caietan Cardin. sancti Xisti, in. 2. 2. quæstio. 100. articul. 3. dicentis, quod cuilibet licet recipere aliquid temporale, pro re spirituali, vel ei annexa, non in modum pretij, sed ad sustentationem, nullo pręcedente pacto, sed ex vi donationis, seu legati, vel ex vi legis, aut consuetudinis: quem Nauarr. approbat in summa, cap. 23. num. 101. & latius dicam infra in. l. 22. tit. 7. ista part. gloss. 3. & sic fabrica recipere poterit aliquid, pro necessitatibus vrgentibus.

4 Aduertendum tamen est, quod non ex supradictis, iustificatur noua quędam constitutio synodalis, iubens vt pro qualibet apertione sepulturæ, ad corpus humanum, soluantur tres argentij regales, fabricæ ecclesiæ: nisi vero dicta fabrica esset pauper, & pro sui conseruatione, dicto subsidio indigeret: nam ius sepeliendi in aliquo loco habentibus ab antiquo, libere conceditur eius vsus. l. ius sepulchri. C. de religio. & sumpt. fune. & in. l. 1. ff. eod. titul. in cap. fin. de sepul. & in cap. cum quis, in cap. is qui, eod. titul. in. 6. de quo late per Cæsar. Lambert. de iure patro. ob quod non poterit Episcopus, etiam statuendo, contra istorum iura eis inuitis, onera & grauamina imponere: cum dictam prærogatiuam, à iure concessam habeant, contra quod Episcopus statuere non potest: maxime in pręiudicium tertij, in totum, vel in partem, arctando id secundum Ioann. Monach. in cap. 1. de sepultur. in. 6. vbi Probus, & Ioann. Andr. colum. 2. post medium, nam ille mutare dicitur, qui aliquid addit, vel detrahit, vt notat Cardin. Alex. in cap. 1. col. fin. distinct. 8.

In l. 56. tit. 6. par. 1. in glo. 2.

GLoss. 2. in verbo. *Casamento.* in quantum probat, cognitionem causarū spiritualium, & ecclesiasticarum, expectare ad iudices ecclesiasticos, confirmatur per Concilium Tridentinum, cap. 12. sessio. 24. fol. 129. & contrarium asseuerans, anathematizatur.

In l. 57. tit. 6. p. 1. in glos. 2.

1 *Quęstione mota de fœudo respondere tenetur vassallus, quamuis sit clericus coram Domino fœudi.*

2 *Clericus non est subditus Regis in cuius territorio habet bona temporalia, & patrimonialia cum certis limitationibus.*

GLoss. 2. in verbo. *Que ge la dio.* dicit, quęstio mota de fœudo, respondere te-1 netur vassallus cotā domino fœudi, quāuis reus sit clericus, approbatur per Marian. Socin in cap. ex transmissa, de foro cōpet. col. 7. & 8. & per Felin. in cap. ceterum, de iud. & Ioan. Gracian, reg. 481. dicentem cōmunem, qui multa in confirmationē adducit, & vno modo ampliat.

In eadem glos. in versic. sed an in patrimonialibus, & temporalibus bonis principis in cuius territorio sita sunt dicta bona, clericus erit subditus, & concludit quod non: quę conclusio confirmatur per Stepha. Aufre. in tract. de potestate ecclesię super laicis, vol 8. tract. Doctorū § nunc autem, nu. 17. & per alios relatos 2 à Dida. Perez in lib. 1. tit. 3. l. 1. ord. col. 113. & quæ dixi supra in. l. 54. l. imitatur ista conclusio, si hęres fuerit clericus alicuius laici, & ratione debiti defuncti conuenitur, quia debet coram iudice sæculari respondere, de cuius veritate infra videbimus in glos. 5.

Secundo limitatur, si clericus mercan-

cantiam exercet, & tertio monitus non desistit, quia etiam in patrimonialibus suberit iudici sæculari, secundum Panormitan. in capit. fin. de vita & honest. cleric. num. 9. & dixi supra isto titul. in l.49. in glos.3. num.1.&.2.& ista dubitatio, & eius decisio etiam quoad clericos in sacris constitutis procedit. nam de clericis in minoribus ordinibus constitutis, in causis ciuilibus, Hispaniæ iudicatur, ác de alijs laicis, dixi supra in.l.54. numer.9.& non gaudent priuilegio fori, vt habetur ex notatis in lib.1. recopilatio in titulo.4. in l.2.&.3. per Azeued.& an in criminalibus gaudent dicto fori priuilegio, prout decisum extat in Concilio Tridentin. in sessio.23. in capit.6. de qua materia late per Didac. Couar. in pract. quęstionib. cap.31.&.32.& per Iul. Clar. in practic. § fin. quæst.36. per totam, & quando ratione enormitatis, iudex sæcularis poterit de clerico etiam in sacris constituto cognoscere, dicit glossa nostra supra in.l.49. in glos.3. isto titul. & ibi, & in glo. supra in.l.65. tit.5. ista par.

1 Clericus reconueniri potest coram iudice laico: districtio autem est facienda per iudicem ecclesiasticum.

GLos.4. in verbo. *Alli deuen responder.* Cócludit clericum in causis ciuilibus, posse coram iudice laico reconueniri.
1 Quæ communiter approbatur secũdum Decium in cap. at si clerici. de iud. col.13. numer.25. quamuis dicat ibi Barb. quod ista quęstio indiget noua decisione principis, tamen cum communi transit Marian. Socin. in cap.1. de mutu. petitio. in articul.5. à numer.24. vsque ad num. 28. vbi posuit tres fallentias quas glo. in pręsenti posuit. & addit aliam, vt limitetur dicta conclusio quoad causæ determinationem: nam quoad districtionem, & executionem facienda est, per iudicem ecclesiasticum: tradidit de prædicta conclusione multa Dueñas reg. 102. & Petrus Nuñez Auendaño de exequendis mandat. capit.1. part.1. numer.32. in fin. & Matth. Gberianus in tomo.1. communi. opinio. folio 189. numer. 9. & Felin. in. dict. cap. at si clerici. num.8.& dict. Dec. in constitu. Parisiens.§.75.

1 Clericus conueniri potest coram iudice laico quando hæres fuit laici cum quo lis cepta fuit cũ duobus ampliationibus.

GLoss.5. in verbo. *Demanda contra aquel lego.* secundum istius glossę intellectum, lex ista disponit, vt tunc clericus
1 hæres laici conueniri possit coram iudice laico, quando cum testatore lis fuit cepta: istam lecturam, & contextum literæ legis approbat Didac. Couarr. in practic. quęstionib. cap. 8. num.3. & numer 4. refert aliam literam quam sequuti sunt Ioan. Lupus in cap. per vestras, & Roderic. Xuarez in.l. post rem iudicatã, & tandem referendo varias Doctorum conclusiones, tenet cum glo. nostra cum qua etiam transit Petrus Nuñez Auend. in.1. part. cap.1. numer.33. de exequendis manda quamuis ab istis deuiauit Villalo. quem refer Vezinus in tomo.1. cõmuni. opinio. folio.188. qui dixit quod de iure istius.l.57. clericus hęres laici poterat cõueniri, ex debito defuncti, coram iudice laico, etiam lite cum defuncto non cepta, & quod Auenda. in loco citato violat literam, & ideo forte dict. Villalob. hæc loquutus est, qui non nouit literam istam emunctam, & limatam per Glossatorem nostrum, quam Rex iussit sequi, & haberi tanquam veram: & ita cum Didac. Couarr. eam amplexus est Dida. Perez in.l.3. titul.13. lib.5. ordin. quamuis Olanus quasi gratia disputationis in antinomi. in litera. C. numer. 28. &.29. cum alijs sequentibus dicit, quod siue d. l.57. dicat (*A demanda*) siue (*Demanda*) quod idem sensus est, & sic quod etiam lite non cepata cum defuncto clericus hæres cõueniri poterit coram iudice laico eo quod hęres est, & representat defuncti personam, quę opinio fuit glossæ in capit. clericum nullus. 11. quęstio.1. & Alberic. in.l. hęres absens ff. de iud. & licet apparenter loquutus est, non existenter, quia de facili responderi potest ad omnia sua argumenta, & ideo, vt ipse testatur existimo somnium.

Quæ conclusio gloss. ampliatur etiam si clericus hęres conueniendus esset ex contracto guarentigio celebrato per defunctum, vt late, & erudite defensat Didac. Couarr. in dict. cap. 8. numer.5. licet

secus esset ratione noxę, vel hypothecę, secundum Abb.d.c.1.nu.33.

Secundo ampliatur quãuis dictus clericus conueniatur petitione hęreditatis, aliavè actione personali, aut reali, quæ tamen non est hæreditaria passiuè, vt aiunt: tamen si ea tractetur super re ipsa hæreditaria: vel vti si agatur vbi sit facienda restitutio fideicommissi, vel legati, vt in.l.si fideicommissum.ff. de iudicijs, quia tunc non est ad sęculare tribunal, sed ad ecclesiasticum vocandus, vt ibidem testatur Couar.

1 Clericus tenetur comparere coram iudice laico ad defendendum laicum cui rem vendidit de euictione.

1 GLos.6.in verbo. *Ante quien faze la demanda a el lego.* Corroborat legis decisionem, quę dicit, clericum ad defendendam rem ab eo venditam de euictione, comparere tenetur coram iudice, vbi iudicium ceptum fuit: cui adde Villal. in tomo.1.cõmun.opin.fol.188.col.1.

In.l.58.tit.6.p.1.in glos.2.

1 Crimen vsurarum esse mixti fori asseritur cum cõmuni quando quæstio est facti, & etiam iuris incidenter quãdo per modum exceptionis opponitur, quia tũc iudex laicus cognoscit etiam de quæstione iuris, num.2.

3 Iudex sæcularis non obstante iudicis Ecclesiastici inhibitione in causa executiua in qua crimen vsurarum opponitur si intra decem dies non docuerit reus poterit iure Regio persequi ipsam executionem.

4 Lex ciuilis potest imponere pœnas super vsurarum crimine.

5 Crimen vsurarum non est mere ecclesiasticum sicut cateræ causæ spirituales in quibus nullam cognitionem habet iudex sæcularis cum limitationibus.

GLos.2.in verbo. De *vsuras.* Refert tres opiniones: prima est dicentium, quod crimen istud vsurarum, eiusq; cognitio, sit semper ecclesiastica: secunda fuit aliorum quod est mixta: tertia fuit reliquorum dicẽtium, quod solũ cognitio istius
1 criminis sit mixta, vbi est quæstio facti. Istam vltimam sequitur gloss. nostra, inhærendo vestigijs Abb. & Felin. in.c.cũ sit generale.de foro compete. ille in numer.17.iste nu.20.in qua quęstione concludit Didac.Couarr.in lib.3.variar.c.3. num.1: vbi post longam disputationem inquit crimen esse mixtum, ita quod iudices sęculares puniant suos subditos laicos, & iudex ecclesiasticus puniat clericos: motus tali ratione, quod vtroque foro vetitũ est, & prohibitum tale crimen, neque canonibus interdicta eius cognitio, iudicibus sęcularibus: infertque insuper, iudices ecclesiasticos habere cognitionem huius criminis, aduersus laicos, citat Carol.illum Molin. in tractat. de contractib.q.10.dicentem, non magis crimen vsurarum esse ecclesiasticum, vel eius cognitionem ad iudicem ecclesiasticum pertinere, quam furti, vel homicidij, quamuis in contrariam, quę cõmunis est se inclinauit dict. Didac.Couar.in.4. p.2.c.8 § 12.nu.5.in epitho.& ab ea in.d. c.3.variarũ discedit, eandem sententiam sequitur Iul.Cla.in pract.§ fin.q.37.n.2. & tandem dicitur mixti fori, secundum magis cõmunem opinionem, secundum Bursa.cons.90.nu.27.lib.3.

2 Sed vere ad integram elucidationem istius quęstionis, distinguẽdum est cum dict.Iul.Clar.loco citato: aut loquimur quando pro crimine vsurarum agitur criminaliter, & tunc nulla est difficultas, quin vterque iudex, tam ecclesiasticus, quam laicus, possit pro ipso crimine criminaliter, contra vsurariũ procedere, vt etiam testatur Couarr.dict.cap.3.variar. num.1. prope fin: aut loquimur quando inter partes agitur ciuiliter, & tunc subdistinguẽdum, aut vertitur quęstio iuris super vsura, scilicet, nunquid contractus sit vsurarius, vel nõ, & tũc cognitio expectat ad iudicẽ ecclesiasticũ, neq; potest iudex sęcularis in ea vllo modo se intromittere: aut versatur quęstio facti super

vsura

vsura, puta quia non refricatur in dubiũ, an contractus sit vsurarius vel ne, sed solummodo repetuntur vsuræ, & tunc laicus est iudex competens. Quæ distinctiones sic accipiendæ & intelligendæ sunt, quando principaliter in iudicio deducitur quæstio vsurarum. Cæterum verò, quando incidenter opponitur per modum exceptionis, contractum esse vsurarium, tunc bene potest iudex laicus cognoscere, etiam super quęstione iuris, & contractum tanquam vsurarium annulare & rescindere, & est communis opinio, tam legistarũ quam canonistarum, & ita seruari in practica testatur. d. Iul. Clar.

3 Et ex ista finali cõclusione, reditur indubitabilis conclusio Angel. de Per. in l.4. §. condemnatum. ff. de re iudi. nu. fi. vbi dicit, quod si petatur executio instrumenti coram iudice sæculari, licet pars contra quam petitur executio, adeat Episcopum, & coram eo petat declarari instrumentum vsurarium, illa petitio nec impedit, neque retractabit instrumenti executionem coram iudice sęculari petitam, quem contra alios sequitur Roderic. Xuarez in repet. ad. l. post rem iudicatã in declaratione legis regni. q.5. num. 15. fol. 353. col. 2. & sequitur intellectus ad. l. 1. tit. 21. lib. 4. recopilatio. vbi pro exceptione legitima ponitur exceptio vsuræ vt super ea iudex pronunciet, etiã annulando contractum, quamuis iudex Ecclesiasticus inhibere eum prætendat, quod non licet de iure, neque de istius regni consuetudine. Notat bene Couarr. in. 4. pa. 2. c. 8. §. 12. num 5. colligans alios multos vbi melius habetur.

4 Secundo, ex supradicta distinctione infertur intellectus ad. l. 4. & ad. l. 5. tit. 6. lib. 8. recopila. disponentes super pœnis vsurariorum, & quod lex ciuilis potuit pœnas super istis imponere, defendet Couarru. in. 4 cap 6. num. 19. & Mencha. de testa. 3. p. §. 16. num. 67.

5 Et prædictis distinctionibus DD. vsi sunt, quia dictum crimen vsurarum non mere est Ecclesiasticum, vt sunt causæ matrimoniorum, decimarum, beneficiorum, & similium, quas refert Nauar. in. c. nouit. de iudi. 6. notab. corolla. 7. in quibus iudex sæcularis nullam cognitionẽ habet, principaliter, nec incidenter, si de iure fuerit quęstio, per tex. in cap. lator. qui filij sint legi. & in cap. tuam. de ordi. cog & in cap. si iudex laicus, de senten. excommu. in. 6. Couarru. in. 4. pa. 2. §. 12. num. 3. cap. 8.

Quæ communis est secundum Ias. in l. quoties, num. 6. cum sequentibus. C. de iudi. vbi limitat nouem modis, & Alex. in. l. Titia. num. 7. ff. solut. matrimon. & Bernard. Diaz in reg. 373. & Eelin. in. c. 2. de sponsal. num. 24. & vna limitatio est, quando de facto est quæstio, quia tũc potest iudex sæcularis de causa spirituali cognoscere: nam licet non potest cognoscere an quis iuridice sit excommunicatus, poterit tamen cognoscere an de facto stat excommunicatus, & quamuis non potest cognoscere, an matrimonium legitimè fuit contractum, bene incidenter cognoscit, an de facto contractum fuit. & sic de cæteris, & ad saturitatem de istis videre poteris, per Ioan. Gracian. reg. 253. vltra dicta per Abb. in c. 2. de donatio. & Eelin. in cap. cæterum, de iudi. & Auiles in. cc. prætorum. cap. 1. in glo. *Mandamos*. num. 11. & Didac. Couarru. in pract. qq. cap. 35. per totum. & Rober. Mara. de ordin. iud. 4 pa. 11. distinct. n. 34. Tamẽ hæc conclusio limitatur secundũ Nauarr. in. d. c. nouit. notab. 6. nu. 44. fol. 153. vbi ponit aliquos casus in quibus iudex sęcularis non potest cognoscere de causis Ecclesiasticis, etiam in quæstione facti.

In. l. 60. tit. 6. p. 1. ad text.

1 Clericus falsarius literarum Regis vltra degradationem inuritur nota in facie.

Non est inurenda facies hominis cũ duobus limitationibus.

2 Binas contrahens nuptias, qua pœna puniatur, & in quo sit correcta. l. 16. tit. 17. pa. 7.

3 De iure partitarum rusticus blasphemus vritur in labijs, & refertur opinio Didac. Couar. & Dueñas qualiter. ll. partitarum & ordinamenti, circa blasphemos corrigantur.

4 Statutum vel lex posterior derogat priori, quamuis de ea mentio non fiat si disponit correctiuè.

5 Ponuntur fundamenta, per quæ à sententia Couarru. & Petri Dueñas recedimus.

6 A Dida. Perez sententia etiam discedo, & assignatur verus intellectus ad.l.7.tit.4.lib.8.recopil.

1 NOto text.in quantum dicit quod falsarius clericus literarum, vel sigilli Regis, vltra degradationem inuratur nota in facie, ei contraria videtur. l.6. titu.31. pa.7.dicens, quod pro nullo crimine, facies hominis erit signanda, & etiam .l. si qui in metallum. C.de pœnis. & ibi per DD.pręcipue Angel. & Parie.de Pute. in tract. de re militari.in cap. incipiente duo in singulari certamine. num.4. vol. 12.tract. Pro cuius solutione dico, quod de legibus oppositis regula constituitur, scilicet quod facies hominis non debet signari.

Et limitatur in casu legis nostræ, quando sigillum principis falsauit clericus, ad quam pœnam imponendam non arctatur iudex Ecclesiasticus, cum lex ista corruat ex defectu potestatis.

Secundo limitatur in illo, qui viuente prima vxore cum alia contraxit, nam debet signari in fronte ferro candenti, de quo cautum est hodie in.l.5.tit.1.lib.5.nouæ recopilat. quæ transcripta est à l. 3. titu.1.lib.5.ordin.& à.l.6.tit.15.libro.8. eiusdem ordin.per quas. ll. dixit Dueñas in reg.290.num.3. correctam esse. l. 16.tit.17.pa.7. quæ in eodem casu disponet, in qua resolutione multum errauit.

2 Inspecta litera .d.l.5.tituli.1.& .l.6.titu.15.quarum verba sunt. *Que de mas de las penas en el derecho contenidas, que sea herrado en la frente.* Et sic aperte constabat nõ esse correctorias dictas .ll. ordinamenti, d.l.par.eandemque literam & contextũ obseruat hodie.d.l.5.titul.1.lib.5. recopi. Sed quod praxis in vsum tantum recepit pro dicto delicto punire reum, in vrẽdo ei in fronte literam.q. testatur Glossator noster in dict.l.16.tit. 17. pa. 7. in glo.fin.& Didac.Couarru.in epitho.ad 4 in 2. pa.cap.7.§.3.nu.6.qui late loquitur de pœna istius criminis. Ex quibus constat practica inspecta bene loquutum fuisse dictum Petrũ Dueñas: hodie apertius prouisum extat, in.l. 8.titu.20.lib.8. recopila circa pœnas istorum contrahentiũ cum muliere secunda, viuente prima vxore sua, vel marito alterius, cuius verba sunt: *Mandamos que la pena que esta puesta por las leyes de nuestros Reynos, cõtra los que se casan dos vezes, en caso que se les auia de poner pena corporal, y señal, se commute en verguença publica, y diez años de seruicio de galeras.*

Prædicta practica non obstante video d.l.16.partitarum manere, quo ad alias pęnas in viridi obseruantia ex dispositione istius.l.8.& ex dispositione .l.7.tit.1. libro.5.nouæ recopil. quæ expresse cauit d.legem.16.par.manere in cæteris pœnis in obseruantia integra: cuius verba etiam oportet inserere, vt arbitremini an bene dixerit Matien.in.l.5. tit.1.lib.5.recopi.in glos.3.num.3.in quantum asserit d.l.7.eo.tit.& lib. esse correctam per.d.l. 8.tit.20.supra relatam, & verba.d.l.7. hęc sunt. Y *declaramos que la pena de destierro de cinco años a alguna isla, de que habla la ley de la partida sea y se entienda para las nuestras galeras, y por esto no se entienda diminuirse las penas, que segun derecho y leyes destos nuestros reynos se les deue dar, atenta la calidad del delicto.* Sed perpensis huius legis verba, &. d.l 8. ibi: *En caso que se les auia de poner pena corporal y señal se comute en verguença publica, y diez años de seruicio de galeras.* Manifeste nobis ostenditur, quo ad reliquas pœnas pecuniatias, manere incorrectã.d.l.16.part.&.l.7.quam modo retulimus, & quod solum fuit commutatio facta, quo ad pœnas corporales. Et postquam in hac sententia steti, vidi eãdem placuisse Didaco Perez, in dict.l. 3.tit.1.lib. 5. ordin. col.45 & etiam bene inspectis verbis Matiensi, credo idem voluisse dicere. Sed hoc adnotare volui, ne aliquis decipiatur, eo quod multum resolutiue dixit per.d.l.8.corrigitur.d.l.7.& de alijs pęnis statutis contra istos binas nuptias cõtrahentes, viuis ambabus vxoribus de facto ad libitum reperies per supradictos DD.enumeratas. Hodie vero dictum delictum committentes puniuntur
3 tur per inquisitores, tanquam suspecti de hæresi, eo quod sacramentum matrimo-

nij illudere videantur, ob quos eos verbe ribus affligunt, & ad triremes mittunt.

Tettio limitatur in blaſphemo maledicente Deo, vel eius genitrici intemeratæ Mariæ, per .l.4.tit.28.pa.7. vbi rusticus signatur in labijs pro blaſphemia, quæ.ll. parritæ approbantur in.l.1.&.2.tit.8.lib. 8.ordi. Sed quia reperio circa blaſphemos, nonnullas.ll. varias pœnas statuiſſe, & circa hoc DD. varié cenſuiſſe, referam ubiter ſententias Doctorum, & quid de eis cenſiam, & quæ.ll. ſint correctæ, & an in toto vel in parte. & Petrus Dueñas regu.290.num.2.dicit quod per.d.l.2.tit. 8. lib.8.ordi: corriguntur.ll. partitæ in.d.titu.28.& etiam.l.1.tit.8. lib 8 ordina. & quod omnes ſupradictæ. ll. corriguntur per pragmaticam 1. in volumine pragti. & per pragmaticam.72. Toletanam conditam anno.1525. & per pragma 69.anni 1528. eandemque ſententiam amplectitur Didac.Couarr.in cap. quamuis pactum in.2.pa.§ 7.num,11,

4 Nec mirum eſt quod ita iſti viri docti cenſuerint, quia ad hoc anſam præbuit, quod quando ſtatutum minuit pęnam, derogat pęnæ primi ſtatuti.l.quod cum eo.§.ſi poſt deſertionem.ff. de re milita. Bal.in.l.2.in fin. C.de rebus credit. ſicut per poſteriorem derogatur etiam prima lex.c.1.de conſtit. in. 6. quamuis de ea mentio non fiat in ſecunda, quę concluſio tamen procedit, ſi lex diſponat correctiue, ſecus ſi interpretatiue vel ſuppletiue, vt habetur in.l.non eſt nouum.ff.de legi.& in.l.fi.C.ſi contra ius vel vtilit. publi.& ibi per DD.

5 Sed tandem neſcio qualiter ſententia Petri Dueñas, in.d.reg. procedere poteſt, & Dida.Couarr. in quantum dicunt per l. 2. ſupradictam corrigi. ll. pa. in. dict. titu. 28. &.d.l.1.d.tit.8.lib 8. ordin. cum vidimus quod dicta .l.2 ordinan. dicat, *Aliendo de las dichas penas*, videlicet de numeratis, in dict.l.1. ordin. & ſic videtur pęnibus in dict. l. 1. ordin. non derogari per dict.l.2.eiuſdem lib. & titu. imo addere, nec minus videtur derogata. d.l. 2. per pragmiticas ſupra relatas, cum. d.l. 1.& ord.2.tranſcriptæ ſint in.l.1.&. 2.tit. 4.lib.8.recopil.nouæ, & nihilominus dictæ pragmaticæ ſint incorporatæ, in.l.5. & 6.eiuſdem lib.& titu. Ex quibus infertur in totum non eſſe correctas dictas.ll. puta primam & ſecundam ordinamenti, in dict titu 8 lib.8. quę vt dixi ſunt. l. 1. & 2.in dict.tit.4.recopil.ideo quod non eſt danda contrarietas, inter. ll. eiuſdem editionis & codicis, & maximé in eodem titulo, ſecundum Iuſtinianum, in. l.1. §. nulla.C.de vetere iure enucle. & in.l. 2. §.erat enim.& in. §.contrarium, eodem titu. notat Cynus in.l.ſi duo.C per quas perſonas nobis acquiri. quem ibi ſequitur Bal.& Roman.conſil.104. & ſic videtur non poſſe dictorum Doctorum opinionem procedere abſolute.

Ideo pro iſtius quæſtionis elucidatione aio, quod.d.l.1.tit.8.lib.8. ordin. quæ nunc eſt.l.1.tit.4.lib.8.recopilatio.nouę, diſponit principaliter & expreſſe de blaſphemis dicentibus: *De reniego de* Dios. Et alia verba blaſphemiæ, & nullas alias pęnas conſtituit, quam contentas in legibus, pa.7. tit. 28. niſi quod iudex dictas blaſphemias non puniens, puniatur amiſſione officij: ſed dicta.l.2. ordi. quæ eadẽ eſt in ordine in dicto titulo 4. In noua recopila. quæ incipit, *Aliende de las penas dichas*. Etiam non minuit dictas pęnas impoſitas, per parritarum leges, imo addidit, vt oſtendunt verba poſita in initio eiuſdem legis: & ſic de nouo diſponit, ꝙ blaſphemans in curia Regis, vel intra quinque leucas, puniatur centum verberibus, & linguę abciſione: ſi vero extra curiam etiam abciſione linguæ, & dimidia parte bonorum, quę. ll. in quantum approbant pęnas legum parritarum, in d. tit.28.pa.7. derogatæ ſunt & indeſuetudinem abierunt, ſicut ipſæ ll. parti.& in blaſphemijs contentis in dicta.l.5. &.6. titu.4.lib.8, nouæ recopi. Sunt itidem.d. ll.1.&.2. rogatæ, nõ autẽ circa pęnas illorum dicentium, renego Deum: nam tunc iudex talem blaſphemiã diſsimulans, punietur amiſsione officij, vltra diſpoſitum in.l.20.tit.6.lib.3.nouę copilatio. vbi diſponitur quod propter omiſsionem in punitione blaſphemiæ, maneat per triginta dies in carceribus: quod intelligendũ eſt de omiſsione in blaſphemijs contentis, in dicta l.5.& 6.dict.tit.4. recopila. non de expreſſa, in dict.l.1. nam propter eam vt diſpoſitum extat in dict.l.1. punietur omiſsione officij: & ſic patet quo ad hoc dict.l.1.non eſſe correctam. Idem dicendum eſt de dict.l.2.recopila. nam quamuis per dictas pragmaticas, quæ contentę ſũt in.d..l.5.&.6. quo ad illas blaſphemias

in eis

in eis expressis, & similes. d.l.2. sit correcta, non vero quo ad blasphemum dicentem (*De reniego de Dios.*) Quia per d. ll.5.&.6. non extat prouisum. Et maior ratio puniendi pęna exacerbiori, hunc blasphemum dicentem, renego Deum inest, quam alium dicentē abnego Deū, vt constat ex eo quod dicitur, scelestissimum enim crimen est, cuius nuptu conditi sumus, cuius prouidentia gubernamur abnegare, sed prodigiosum est ipsum renegare: vt notat Didac. Couarr. in cap quamuis pactum.r.pa.relectio.§. 7.nu.9.fol.52. Illa nanque particula (re) denotat vehementem animi affectum, ve verbum redamo ostendit, & etiam frequentationem actus, vt vidimus in verbo, renascor, renauigo, & relego, & sic tāquam peccatum grauius, punietur pœna grauiori, puta vltra pęnas contentas in dict. l.2. punetur pęna decem annorum in galeis, quod probatur apertius in.l.7. dict. titul 4. lib. 8. nouæ recopilat. quæ aliter intelligi non potest, in illis verbis. *Maudamos que demas de las penas corporales, que por las leyes y pragmaticas destos reynos, estan puestas a los que blasphemaren de Dios nuestro Señor, sean condenados en diez años de galeras.* (quæ pars legis loquitur de renegantibus Deum, de quibus loquitur d. l.1 &.2 clariusque verba sequētia d.l.7. demonstrant) Y *que ansi mesmo enel caso que conforme a las leyes y pragmaticas destos reynos enel especie y generos de juramētos en ellas contenidos por la tercera vez se pone pena de enclauar la lengua demas de la dicha pena en el dicho caso sean condenados en seis años de galeras.* Quem casum ponet dict.l.5. titu. 4. libro. 8. recopila. Et sic ista dict. l.7. in par.1. prouidet in blasphemia, quæ dicit, renego Deum, de qua loquuntur. d.l.1.& 2.tit.4.recopila. quas finit in sua viridi obseruantia, quo ad pęnas ibi contentas, & in fine circa alias, in quibus disponit d.l.5. in tertia blasphemia.

6 Et sic etiam est intelligenda. d.l.7. & ea quæ inuoluit Didacus Perez in dicta l.1, tit 8. lib 8. ordina. in additione, pag. 207. vbi postquam retulit pœnas constitutas per ll. ordi. & pragmaticarum. Ait adde quod hodie est aucta alia pęna, ex l.7.tit.4.lib.8.recopila. vbi pro prima vice, vltra pęnam carceris per mensem mittendus est blasphemus ad triremes, per spacium decem annorum, & pro secunda vice mittitur in exilium, & mulctatur pęna mille morapetinorum, & pro tertia, vltra quod clauo affigitur lingua, mittendus est ad triremes per spacium sex annorum, & ita practicatur.

At vbi ipse Didacus Perez dicit, vltra pęnam carceris per mensem, mittendus est blasphemus ad triremes, ego dicerē vltra pænas positas in.l.2.titu.4.lib.8.nouæ recopila, mittendus est blasphemus ad triremes, quia dict.l.5.recopila. de cuius dispositione loquitur Didac. Perez, non meminit istius blasphemiæ (*Reniego de Dios.*) Sed de alia scilicet abnego Deū, quæ lingua nostra sonat, *Descreo de Dios* Neque ipse Didacus se explicuit, pro qua blasphemia prima mittendus est blasphemus vltra pænam carceris per mensem in triremes. Ex quibus constat inuolute loquutum esse & non exacte. d.l.7. perpendisse, ad supradictam sententiam tenendam nos suasit, sedulitas euitandi legum correctionem, & verba. d.l.7. in initio posita, reualidantia pęnas legum circa blasphemos. Et quod nullam reperi legem derogantem legibus primæ & secundę titu.4.lib.8.recopila. & quod non mutatur stare videtur.l. præcipimus. C. de tempori.appella. & quod dictam differentiam inter. d.ll.1.& 2.ordi. quæ eædem sunt in ordine in dict.tit.4. libr. 8. recopi. & pragmaticas sępius dictas censuit Petrus Nuñez Auenda. in cc.præto. 2.pa.c.5 nume.14. vbi bene istam materiam tractat, & ideo à mea conclusione & sententia non discedam nisi aliud consuetudo contraria suadeat, cui standum erit vt satis bene resoluet d.Auenda.d.c. 5. num.13.&.14.

Et an iracundia blasphemum excuset à pæna, tetigit Host. in summa. §.fina.in titul. de maledi.col.1.& Abb.in capit.2. de maledi.& tangit glossa nostra infra in summa.1.glo.in tit.28.pa.7.& Auenda. 2.p.c.5.num.12.in cc.prætorum, vbi concludere videntur leuius esse puniendum: quibus obstare videtur S.Thom.2.2. q. 13.art.2. quem corrupte allegat Auenda. vbi supra. nam dicit quod quando verba imaginaria proferuntur, quorum significatio non consideratur, non habet proprie rationem blasphemiæ, & sic videtur dicendum liberum esse ab omni pæna, sed quamuis vera sint, quæ sanctus Thomas dicit, eo quod voluntas & delibera-

tio

tio deficit, tamen quia aliqua delicta puniuntur sine culpa, ex causa, ideo vtcunque blasphemia proferatur eredo blasphemus puniendus, saltim pœna carcerationis per mensem, si mente tamen compos est.

In.l.61.tit.6. par.1.in glos.3.

1 Clericus pro homicidio qualificato deponitur & traditur curiæ sæculari contra glossam & communem vltra tria crimina.

1 GLos.3.in verb. *Homicidio.* Querit an pro homicidio qualificato clericus debeat degradari, & tradi curiæ sæculari, refert opinionem Abb in capit. at si clerici de iudi. num.39. & Petri Anchar. in reg. ea quæ de reg. iur. dicentium, quod sic. Contrariam tamen opinionem, quod degradari non potest pro dicto homicidio qualificato, tenet Bernard. Diaz in pract. cap.90. fol. 247. mihi, quam glos. nostra sequitur & dicit communem, licet dicat in tribus casibus deficere.

Primo fallit, quando clericus etiam presbyter occidit vel parauit insidias ad occidendum Pontificem suum, cap. si quis. 11. q. 1.

Secundo fallit, quando dictus clericus commisit parricidium.

Tertio fallit in proditione patriæ, quia in patria sunt parentes, & etiam Pōtifex vbi bene defendit glos. nostra.

Communis tamen affirmat, clericum non esse degradandum, nisi pro tribus criminibus, scilicet hæresis, falsi commissi in literis Apostolicis, & conspirationis in proprium Episcopum, quam dicit cōmunem Guiller. Bened. in. q. de homi. nnmer. 3. quę stat post Rep. c. Raynuntius, & Follerius in pract. crim. cano. fol. 272. num. 23. in alijs, aut quantumcunq; grauibus, sufficit sola depositio, ita vt si occiderit summum Pontificem, & paratus esset se corrigere, non debet degradari, sed in perpetuos carceres mitti & detrudi, & istam dicit communem cum dicta ampliatione, & neruose defensat Aegid. Bos. in pract. crimin. in titul. de foro competen. num. 136. & huiusmodi asserit Iul. Clar. in pract. §, fin. q. 36. vbi dicit, sed certe quicquid sit de iure, contrarium obseruatur in practica. num. 36. & cum ista cōclusione transit Petrus Fichard. tomo. 1. communi. conclusio. fol. 162. nume. 141. sed dict. Guillerm. Bened. d. q. de homicidio, sequitur opinionem Abb. & Ancha. in reg. ea quæ, de reg. per multa funda. nume. 40. & sic nolit se fundare tantum in pract. ex quibus concludendum contra glossam & communem est.

Titululus septimus.

De los Religiosos.

In.l.1.tit.7.par.1.in glos.1.

1 Commendatores sunt personæ Ecclesiasticæ & gaudent priuilegio canonis & fori.

2 Vota tria, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, quāuis necessaria sunt ad perfectam religionem tamen aliquādo limitata religioni adhærent.

1 GLos.1. bene ad partes disputat, an milites ordinum qui commendatores nuncupantur, gaudeant priuilegio fori saltem in criminalibus, & concludit esse cōpromissum in hac quæstione, circa commendatores sancti Iacobi, & quod decidi ad plenum non potest, nisi visis priuilegijs: sed oculatissimus ille nostras Nauar. in Apolog. de redi. Ecclesia, monit. 55. in fin. q. 1. Concludit dictos commendatores esse personas Ecclesiasticas, & sic gaudere priuilegio canonis, & fori, ex doctrina Host. Ioa. And. Ant. Ponor in c. vt priuilegia, de priui. & tenet Diuus Antoni. par. 3. titu. 11. cap. 2. & Syl. in verbo, Ecclesia. el. 1. q. 5. & in ver. excommunitio. el. 6. q. 5. & Domin. Fran. Sarmien. minime abnegat esse personas Ecclesiasticas, in 4. par. c. 1. num. 13. de reditibus Ecclesiast. & eandem conclusionem eleganter probat Fortu. Garci. in consil. præstito, pro militia sancti Iacobi. 2. pa. versic. præterea licet. Frater Domin. à Sot. in lib. 8. de iust. & iur. q. 5. artic. 3. dicit milites hoi, vel commendatores, non esse simpliciter

pliciter religiosos, quia coniugiũ, & rem vxoriam, omnino pugnare videtur cum religione, & quamuis ista sunt vera, non ex eo infertur, non esse personas Ecclesiasticas, aut dicto priuilegio fori, nõ gaudere, cui Dominico respondere potest, non ista præcise sunt tria vota de substan
2 tia religionis, quin quandoque limitata, religioni etiam adhæreant, quamuis ipsa necessaria sint ad perfectam religionem, vt quod votum paupertatis intelligatur, in particulari, non in communi, vt etiã quod votum continentiæ intelligatur in castitate coniugali, vt in istis militibus sancti Iacobi, qui etsi vxores ducunt, tamen religiosi sunt, & tria vota substantialia profitentur, non exacta neque præcisa, quod eleganter ostendit post Fortu. Garci. loco citato, Didac. Couarru. in 4. pa. 2. cap. 3. §. 1 num. 18. quæ omnia faciũt pro conclusione Nauar. vbi supra dicentis istos commendatores esse personas Ecclesiasticas, & gaudere priuilegio fori & canonis, sed tandem potius laicis quã religiosis assimilantur, & sic succedunt in maioratu religiosos excludente; vt notauit Molina de Primogen. lib 1. cap. 13. nu. 58. Auend. in c. prætor. c. 26. li. 2. nu. 11. Azeue. in. l. 14. num. 2. tit. 5. lib. 3. recopi. prçter commẽdatores Diui Ioannis, qui Rodienses nuncupantur, quia isti sunt veri religiosi eo quod tria vota faciunt sicut cæteri religiosi, vt refert Azeue. vbi supra, num. 1.

1 Profitens religionem hac conditione, vt liceat sibi bona, vt propria retinere: & ita ea de nouo acquirere etiã prælato inuito talis professio non tenet, & conditio vitiat actum.

2 Professio facta cum tali conditione, vt liceat sibi aliqua bona retinere pro necessitatibus valet.

GLos. 2. in verb. *Proprio*: Mouet vnã pulchram quæstionem, in qua multũ variant DD. vtrum religionis professio, emissa cum tali conditione, vt sibi liceat bona retinere, vitietur ipsa professio, vel conditio reijciatur, & actus firmus maneat, scilicet dicta professio.

In qua quæstione glos. nostra sequendo Ioan. de Imo. in c. cum. M. Ferrariensis, de constit. & alios tenet quod licet talis conditio sit accepta à prælatis, professio tenet, & conditio reijcitur. Sed ista quæstio enodari non potest nisi per distinctiones. Et ideo Didac. Couarru. in 4. par. 2. cap. 3. §. 1. num. 18. distinguit in hunc modum:

1 Aut profitens hac conditione professionem emisit, vt sibi liceret bona liberè acquirere, & vt propria sibi retinere, etiã prçlato inuito & istam professionem inquit irritam esse, quia est contra religionis substantiã, cum supradicta conditione minime paupertatem profiteatur, & in isto casu loquitur glos. in cap. fin. de conditio. apposi.

2 Aut profitetur sub hac conditione, vt sibi liceat retinere quandam domum, vti propriam cum bonis iam acquisitis, & tunc valet professio reiecta conditione, text in cap. fi. qui cleri. vel vouent. Et ita intelligenda est glo. in auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccles. quicquid dixerit Iaso dict. auth. num. 37. in contrarium. & Decius ibi, quos refellit Fran. de Ripa in c. cum. M. Ferrariensis, de consti.

Quam conclusionem sequitur essentialiter Salzed. in addit. ad reg. 521. Bernard. Diaz dicens: si religiosus in professione regulæ paciscitur, quod liceat sibi habere aliqua bona, pro suis necessitatibus ingressus valet, quia in tali pactu, intelligitur habere illa bona tanquam obedientiarius secundum Abb. in cap. insinuasse, qui cleri. vel vouent. & Iaso in. d. auth. ingressi. n. 33. quamuis Anton. Rube. in. l. non solum. in. §. morte. ff. de noui. oper. nuntia. num. 90. hanc conclusionem impugnet, cuius sententia tũc procedet, quando profitens sic ea bona reseruat sibi, vt intendat ad nuptum Abbatis non posse remoueri. Si vero profitens in professione ipsa pactum faciat expressum, quod sibi retinere liceat proprietatem aliquorum bonorum, & ea de nouo acquirere, tale pactum vitiat ingressum, vt habetur per glo. mag. in cap. 2. de statu monacho. & glos. in cap. cum ad monasterium. eo. tit. & hanc sententiam dicit communem prçter alios, Alciat. in. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verb. obliga. nu. 19. & totum mundum eam tenere à qua nõ est recedendum, quicquid dixerit in cõtrarium vocando eam communem, Iaso in

d. auth.

d.auth.ingressi.n.37. disputando quinq; conclusiones à num.33. secundum Fran. Vinium, vbi dicit à sententia Alcia. non esse recedendum in iudicando & consulendo, in tomo.1.commu.opinio.fo.165. num.11.& pro ista etiam concludit Ioan. Gracian.reg.320.num.2.

In.l.3.tit.7.pa.1.in glo.1.

1 Professio religionis siue à viro, siue in fœmina emittatur ante decimum sextum annum impletum non tenet.

GLos.1.in verb. *Vn año.* Quærit profi-
1 tens religionem, quã ætatem debeat habere. Et dico quod hodie iure nouissimo, siue vir, siue fœmina, non potest religionem profiteri, nisi sexdecim annis expletis, & professio ante hanc ætatem non tenet, per cap.15.sess.25. Conci. Triden. vbi etiam infirmatur, si ante annum approbationis professio fiat.

In.l,4.tit.7.pa.1.in glo.2.

1 Impubes oblatus inuitus religioni per parentes aut tutores potest exire, quandocunque intra quinquẽnium.

2 Lapso quinquẽnio restituitur minor ad agendum de vi illata in religionis ingressu, & quæritur an ei currat præscriptio.

In præscriptionibus inductis post.l.fi. C. in quibus causis restit.in integrum non est necessa. per statuta aut constitutiones currit minoribus præscriptio.

3 Minor 14. annorum habetur pro maiori in causa spirituali, & restitui potest.

GLos. 2. in verb. *Catorze años.* Hodie per dict.c.15.sessio.25. extenditur tempus vsque ad decimum sextum ætatis annũ.

GLos. 6. in verb. *No pueden salir ende.* In versic. nota quod neque parentes, neque tutores possunt offerre filium impuberem inuitum, & si inuitus fuit obla-
1 tus potest exire, quandocunque, hactenus glo. sed hodie ista actio quod metus
* causa, aut quod vi limitatur ad quinquennium, per text. in.c.19. sessio.25. in Concil. Triden.

2 Sed quero an minor poterit restitutionem petere, aduersum lapsum temporis illius quinquennij, casu quo ei currat præscriptio: quia si verba Bart. in.l. fin. C. in quibus caus. rest. non est. nu.14. & 15. per tex. ibi, inspexerimus, defendi poterit, quod istud quinquenniũ non currat minori, quod magis est vi, vel metu professionẽ facienti, eo quod quãuis potest in genere cogitare quis, de eo quod ignoratur, tamen nõ in specie. Et sic quod cõplectatur iste casus sub dispositione. d. legis finalis, sed altiorem indaginem postulat. quia de eius intellectu magna versatur quæstio, inter Bart. Bal. Paul. Et pro ista etiam conclusione, quod. d. minori dictum quinquennium non currat, facit conclusio, quam posuit in hac materia, Balb. in tract. præscrip. volum. 8. tract. 1. pag. 6. par. princi. in. 23. casu. nu. 39. fo. 65. mihi, dicens, minori non currit hodie prescriptio. 10. vel. 20. annorũ, vel minoris tẽporis, & quia multũ obstãt quę ipse dicit ibi, in sexta fallentia, scilicet. Sexto fallit generaliter in omnibus præscriptionibus inductis, post. d. l. fin. C. in quibus causis. per leges & constitutiones nouas, aut per consuetudinem vel statuta generalia: dicã dato quod casu nostro minori profitenti currat prescriptio quinquennij, erit cum spe restitutionis, eo quod lęsus videatur, in ipso lapsu temporis, vim, aut metum allegãs, Paul. & Bar. num. 13. dict. l. fi. & ita asserit Mencha. de testa. pa. 1 §. 10. num. 45. vers. tertio pondero

3 Sed in casu de quo agimus, non caret scrupulo dicere quod minor restitui potest: nam in causis spiritualis potest ipse agere, & baber sine autoritate curatoris, legitimam personam standi in iudicio, si decimum quartum ætatis annum impleuit. c. si annum. de judi. in. 6. de quo dubitauit Accurtius in. l. ait prætor. ff. de de mino. in glo. 1. & etiam glos. in capit. ex parte, de testi spoliat. eo quod tanquã maior admittitur ad causam. Sed dictæ glos. & similis alia in. l. 1. C. si de momẽt. pos-

possessio.fuerit appell.tenent quod in dictis causis spiritualibus, lesus restituitur quas approbat Petrus Ancha.in dict.c.si annum,num.3.in fin. quem sequitur Philip.Fran.ibidem,num.6.probat text. in cap.accepta,de rest.spoli & quæ ibi Nauarr.dicit,& Didac.Couarr.in lib.1. varia.resolutio.capit.5.numer. 5. cum sequentibus.

1 *Qualiter qui profiteri vult sit interrogandus, & quo ad moniales.*

GLos.7.in verb. *Preguntar*. Lex & glos. dicunt qualiter qui religionem profi-
1 teri vult sit interrogandus à prelato hodie circa moniales, datur forma, in capit. 17.sessio.25.in Concil.Triden.fol.162.

In.l.7.tit.7.par.1.in glos.3.

1 *Professio tacita vel præsumpta hodie etiam vires obtinet, vbi consuetudo viget seruatis dispositis in capit.15. sessio.25. Concil.Triden. videlicet vt 16.annum habeat, & per annum in approbatione steterit de consensu superioris.*

2 *Ante ingressum religionis cuilibet est libera facultas testandi, & etiam post professionem inter liberos.*

3 *An testamentum factum ante religionis ingressum rompatur post ingressum.*

4 *Concilium Trident.in sesion.25. in capit.16.venit ad temperandã conclusionem dicentium, quod ante religionis ingressum, licet cuilibet donare, & de bonis suis contrahere ad libitum, non tamen disponit circa vltimas voluntates, quia .l. si vnquam non habebat locum per agnationem monasterij.*

5 *Illarem datorem diligit Deus.*

6 *Iudicis autoritas interecedens non præsumitur ibi dolus, quia reputatur bonus vir.*

7 *Testamentum vires assumit post mortem testatoris.*

8 *Testamentum continetur appellatione contractus quod improprie fit et largo sumpto vocabulo, nec procedit, quo ad legum correctionem.*

9 *Legitima monasterij hodie de iure Regni erit quintum, & post factam professionem poterit filius in tertio meliorari contra glossam nostram.*

10 *Ad obligationem voti tria esse necessaria videlicet deliberationẽ propositum & promissionem deliberatio requiritur ad excludendum motus primi animi.*

11 *Propositum est in voluntate, id est dilectio vel consensus, quæ voluntas iuxta deliberationis consensum proponit operari.*

12 *Promissio est necessaria ad voti conceptionem vltra propositum & iura decentia sufficere absolutum propositum intelligenda sunt de proposito cũ promissione firma.*

13 *Signa quæ inducunt præsumptionem professionis tacitæ limitantur ad propositum cum promissione cordis, & sic intelligitur glossa nostra.*

Tamen per dicta signa intrandi religionem compellebitur qui dederit in foro fori, quamuis non sit cum cordis promissione.

GLos.3. in ver, *Si quando entre en la orden*. In ver.illis, quia quando ingreditur renunciat sæculo, facit testamentum, transfert bona sua in hæredes, & legatarios, ista signa ponit lex nostra sequendo Hostiensem, ad inducendam tacitam professionem,

fessionem, vel voluntatem manendi in religione, quem profitendi modum, non esse in vsu hodie existimo: sed si in aliquo loco, talis vsus viguerit, obseruandus erit, seruata decisione, Concil. Trid. in sessio.25.cap.15. videlicet quod monachandus decimum sextum annum expletum habeat, & quod per annum steterit in probatione. Et cum istis procedit. c. super eo. &.c. ad nostrũ, de regula. & c. vidua.27.q.1.&.c.1. eo.tit.lib. 6. nec obstabit text.in.c.19.d.Concil. Trid.in. d. sessio. dicens, finito tempore nouiciatus, superiores, nouicios quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è monasterio eos eijciant, quia si id prælati nõ fecerint, & dicti nouicij susceperint habitum professorum, aut vbi habitus non sunt distincti, post annum & tres dies, in religione permanserint, cum animo permanendi in ea, quod erunt taciti professi. per commemorata iura, vbi nõ fuerit contraria consuetudo (nam istam professionem tacitam non memini legisse, per d. Concil. Triden. reuocatam esse. & sic casus omissus habetur pro omisso. c. 1. susceptum, de rescrip. in.6.) concurrere videtur superioris consensus, vt latius habetur per Syl. in summa, in ver. Religio. el.3. num. 19. vbi totius materiæ difficultas euacuatur. Quæ, resolutio nõ procedet in foro conscientiæ, nisi vltra propositum habuerit cordis promissionem. & quid in foro fori latius dicam infra ista glo. nume. 13. vbi limitatur istius glossæ conclusio.

2 Glos. tamen cum tex. notant testamenti ordinationem, innuere voluntatẽ perpetuo manendi in monasterio, & religione, si sæculo renunciauit, & alia fecit, quę Hos. in sua summ. notat, in tit. qui clerici vel vouentes matri. contrah. possu, nu.6. post medium, ex quibus tacita vel præsumpta inducitur professio. Quam conclusionem ego noto, ad probandam aliã mihi satis veram, puta, quod ante ingressum religionis, cuilibet est libera facultas testandi. per tex. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. Eccle. & in. §. illud. in authen. de monach. collat.1. & in. c. quia ingredientibus. 19. q.3. Abb. c. in pręsentia, de proba. n.49. quicquid in contrarium dicat hodie procedere D. Ioã. Gutierrez, vt infra videbimus. Sed huic conclusioni supersedendo nunc, quia inferius disputabitur, venio ad aliam quæstionẽ magis dubiam, puta, an dato quod, dictum testamentum possit fieri, ante primum religionis ingressum, anullabitur per secundũ verum religionis ingressum, id est, professionem, in qua quęstione variè Doctores censuere.

3 Anto. de Butr. in. d. c. in præsentia à n. 30. refert sex opiniones cõtrarias, & tandem n.32. distinguit, inter conferentem expresse bona sua. cũ religionem intrat, nulla mentione de testamento facta, & tacitè ea conferentem. Primo casu subdistinguit sic, vel incõtinenti post testamentum conditũ, bona sua tradidit, vel ex interualo. Primo casu, non videtur reuocasse, sed potius cõtulisse ad tempus vitæ suæ, non est enim verisimile, quod ita incõtinenti, voluerit mutare animũ suũ, arg. l. non ad ea. ff. de cõditio. & demõst. secundo vero casu, quando ex interualo, tunc pręsumendum est voluisse mutare.

Secũdo tandem casu principali, quando tacitè cõtulit bona, tenet testamentũ indistinctè quia nõ videtur reuocare voluisse. Et subiungit, quod licet monasterium debeat babere suam portionẽ, poterit eam consequi, aliter quam rompendo testamentum; cui in hac parte refragatur Abb. in dict. cap. in præsentia, num. 52. dicens: nullo iure probari, quod monasterium habeat legitimam: sed Benedict. Capr. reg. 103. nume. 31 vocat cõmunem sententiam Butrij, in quantum dicit, quod si minus legitima relinquatur monasterio, mortuo testatore monacho ad supplementum aget, & quod si nihil relictum sit, rumpitur testamentum instar natiuitatis posthumi. per. l. 1. & 2. ff. de liberis & posthumis. & d. posthumo. C. de bonorum possessio. contra Tabul. quam refert inter communes Bona. Cossa. 1. tomo, pag. 166. num. 25. & . 26. & . 27. sed alia fuit opinio Bart. in dict. authen. si qua mulier, nume. 8. dicentis, testamẽtum factum ab eo. qui religionis professionem minime cogitauerat, professione secuta. rumpitur solũ quoad legitimam, postionẽ monasterio cõpetentẽ: quem Dom. Couar. in ca.2. de testamen. numer. 5. sequitur & dictam sententiam Bart. dixit communem Didac. perez in l.1. titu. 2. libr. 5. ordinamen. pag. 67. Et quod testamentũ rumpatur per religionis ingressum, vt dixit etiam Durandus

de arte testa. titulo.3. cap.9. quam dicit communem Vezi.in 2. tomo communi. opini.pag.40.colum,2.num.13.intelligẽdum est, quando monasterio non fuit relicta sua legitima portio, quæ hodie per leges regni est quintum, vt infra dicemus. Si vero dict. legitima ei relinquatur manebit testamentum firmum, eo quod ratio cesset querelandi. Et in hac resolutione omnes supra dicti DD. concurrũt.

Præter.d. Ioan. Gutierrez, in c. quamuis pactum, in verbo, dum nuptui tradebatur.num.4. vbi indistincte concludit, testamentum vtcunque factum, ante religionis ingressum non teneri, per text. in cap.16. sessio.25. Concilij Triden. cuius verba libet in pręsenti referre, vt ea quilibet posit perpendere.

4 Nulla quoque renunciatio aut obligatio, antea facta, etiam cum iuramento. vel in fauorem cuiuscunque causę piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione. Ex quibus verbis per sequentia fundamenta, existimo nõ recte fuisse locutũ .d. Ioann Gutierrez, nam.d.capit. 16. non venit ad limitandã factionem testamenti, sed ad corrigendum, & limitandum sententiam dicentium, quod ante ingressum religionis potest quilibet disponere de bonis suis, in tantum quod poterat donare omnia bona sua, & quod per ingressum monasterij non reuocabitur postea talis donatio, sicut reuocaretur per natiuitatem filiorum. l. si vnquam. C. de reuocandis donationib. vt tenet Bartholus in authentic. nisi rogati. C. ad Trebell. & Iaso in authent. si qua mulier. C. de sacrosan. Ecclesijs. nomer.23. in fin. per text. in §. illud, in authen. de monachis, collat.1. (in illis verbis. Illud quoq; decernimus, qui in monasterium introire voluerit antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis vti, quo voluerit modo) quia dispositio .d. l. si vnquam, non habet locum in filijs fictis, sed veris, vt tenet Alber. de Rosa. in dict. l. si vnquam, colum. vlt. & Fran. Aretin. in l.1 col.17. ff. de testa. & Tiraquel. in. d. l. si vnquam, fol.333. numer. 42. & 43. & 44. & numero. 48. dicit, tamen ex alio capite reuocabit vsque ad legitimam: quæ sententia consona est superiori cõmuni relatę, num.3.

Ob quod ea mens fuit. d. c.16. impediendi, vel saltem limitandi hos contractus propter vitanda aliqua damna, & fraudes, quæ ex dictis contracti-
5 bus & donationibus procedebant: nam aliquando eueniebat quod charitatis feruore aliquis religionem ingrederetur cũ animo ibi permanendi, qui tamen tempore probationis refrigeratus, & onera religionis fastidiens, reuertens ad sæculum aut super bonorum recuperatione rixa, aut lis oriebatur, aut remanebat nudus, & pauper, vel saltem inuitus, eo quod se bonis expoliatũ videbat, assumebat ordinẽ, quod Deo displicet, nam hilarem diligit datorũ. c. iã nũc. 28. q. 1. & c. tunc. 33. q. 5.

Item in. d. c.16. prohibentur dicti contractus, ne fiant in fraudem legitimæ quę ecclesiæ vel monasterio debetur, vt probatum manet, & ideo authoritas Episcopi, vel eius vicarij interponitur, quia vbi interuenit, præsumitur, in iure nec dolũ nec fraudem, vel simulationem intercedere, vt notant DD. in. l. cũ hi. ff. de transactio. per tex. ibi præsumitur etiam bonus vir .l. continuus actus. ff. de verbor. obliga. §. cum ita.

In testamenti factione, ista inconuenientia dari non possunt: cum testamentum sit de ambulatorium vsque ad mortem, postque aditã hęreditatem, de iure ciuili, suum robur obtinet. l. 1. ff. de testa. l.3. ff. de adimen. lega. l. nec nos. C. de capti. & post limi. reuer. & in eo, neque falsus, neque fallendi consiliũ, habuisse testatorẽ præsumitur: secundũ Bart. in. l. is qui. ff. de vulg. & pupil. subst. & Alciatũ in. l. verba, contraxerũt. ff. de verb. signi. quæ est optima conclusio, ad nostrũ thema, neque monasterium defraudari potest in testamento, sicut in cõtractu, quia vt manet dictũ, habere debet suã legitimam portionẽ, vt etiã prouisum manet de iure partitarũ, in. l.17. titu .1 pa.6. vbi monasterium ęqualiter cum filijs testatoris succedit. Nec huic conclusioni obstat, d. l.17. in principio, disponens, quod monasterium ingrediens, non potest testari, quia loquitur de secundo ingressu, qui efficaciter fit per actualẽ professionẽ, vt notauit satis bene glossa nostra ibid.

Nec verba. d. c. 16. sessio. 23. Concil. Trid. adaptari possunt ad testamentum, cum

cum dicat (nulla obligatio, seu renunciatio,) quæ nomina nullatenus ad testamentum possumus adaptare, eo quod. l. 20. ff. de verbo. signif. dicat, verba contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi ius: & clarum est quod ista nomina (obligatio & renunciatio) includuntur sub illis verbis, contraxerunt, gesserunt: quia ipsa sonant contractũ: neque dicto Ioanni Gutierrez proderit dicere, quod de cõtractibus ad testamentũ, valet argumẽtũ. l. fi. C. de rebus alien. nõ alie. si quis priores. §. cæterum. C. de secundis nuptijs. & per glos. in c. 1. §. item sacramenta de pace iuramen firman. in vsibus fœud. Et habetur per Euerardum in locis suis, loco. 17. nam respondeo, dictum argumẽtum procedere, quando est in omnibus eadem ratio, vti quando prohibetur alienatio bonorum, ne à familia exeant: tũc dicta dispositio extenditur, vt alienatio, non possit fieri, etiam in testamento: secus autem erit, si diuersa militet ratio, nam tunc non fiet extensio, & cessabit dictum argumentum, vt videri potest in multis casibus, quos refert Alciatus in. d. l. 20. ff. de verbor. signif. & quod in casu nostro curret diuersa ratio, satis probatum manet.

Nec etiam dicto Doctori Ioanni Gutierrez, proderit dicere, quod appellatione contractus, venit testamentum: nam hoc fit impropriè & largo sumpto vocabulo, vt docet Decius Consil. 660. numero. 10.

Neque minus dicto Ioanni Gutierrez suffragatur arg. supra. d. de contractibus, ad testamentum, quia respondeo, non currere, si ex eo sequatur legis derogatio, vt in casu nostro videri potest: in quo si dictum argumentum procederet, derogaretur auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. Ecclesijs disponens, quod ingredientibus religionem, liceat testari, & authen. ingressi. eodem titulo, quam sic eam intelligit glos. ibi, ac etiam derogatur. text. in dict. §. illud, in authen. de monachis, collatio. 1. in quantum probat, quod quilibet ante religionis ingressum poterit testari: ex quibus omnibus constat, dict. capit. 16. Concil. Trident. loqui in contractibus tantum, ex quibus non poterit extensio fieri ad testamentum, maxime, quia si de testamentis vellet Papa disponere, ipse dixerat, neque cogitandum reliquerat nobis.

At licet probatum maneat, monasterium habere debere, legitimam portionem cum communi restat videre, quæ sit de iure Regni, monasterij legitima portio, & dico quod stantibus legitimis liberis, erit quintum, nam reliquum est filiorum, per. l. 12. titu. 6. libro. 5. recopila. noue. & per l. 8. titul. 8. eo. lib. vltra quã partem, filij per parentes grauari non possunt: nec etiam in tertio, quamuis per. l. 2. titu. 6. lib. 5. recopila. liceat meliorationem inter filios facere, & monasterium, habeatur loco filij: nam dictæ ll. regni, habent locum in veris filijs, non in fictis, vt satis abunde notauit Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. fol. 335. nu. 43. & 44. & in isto artic. glos. nostra, in. d. l. 17. tit. 1. pa. 6. in verbo, *vna dellos*, dicit, quod post professionẽ. si pater testamentũ fecerit, ex priuilegio dictæ auth. si qua mulier, quod non poterit filium legitimũ meliorare in tertio, quia lædit monasterium, quã in sua finali conclusione reprobat, Molina, lib. 2. de primoge. fol. 297. nu. 57. & 58. & finaliter post multa dicit, quod quo ad partẽ quintam procedit glos. nostræ sententia.

10 In eadẽ glo. 3. in vers. inter cætera refert tria esse necessaria, ad obligationem voti, scilicet deliberatio, propositũ & promissio, & concludit cũ S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. quod ex sola promissione obligatur vouens, in qua materia vltra multa bene adducta, per glossam, addo Domi. à Soto lib. 7. de iust. & iur. q. 1. fol. 597. cum alijs sequentibus, vbi disputat, an ista tria videlicet deliberatio, propositũ & promissio, simul requirantur ad constituendum in obligatione vouentẽ, & concludit quod sic, quia promissio ex faciendi proposito proficiscitur, propositũ vero cũ sit actus deliberatæ volũtatis deliberationẽ rationis antecedit: ergo tres isti actus, sunt ad votum, ordine necessarij, deliberatio requiritur ad excludendum primos motus, vel turbationes animi, & ignorantia, ne votum fiat, quia plena deliberatio in hoc consistit, vt homo iudicio cognoscat quid faciat. Et ideo vouens voto, non obligatur, si præcitus fuerit ira vel calore, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tolleret, vbi tamen illa rationis lux prestat, quæ facere possunt, aut meritum, aut mortale delictum, tunc

votum obligat per text. in capit. sic nobis, de regula, vbi clericus qui nimia egritudine laborans, religionem vouit, ad habitus susceptionem compellitur. c. sunt qui ope. 17 q 4. quia ad hoc vt votum factum, calore iracundiæ non obliget, talis esse debet, quæ prorsus alienationẽ mentis inducat, secundum Decium in. l. quicquid. ff. de reg. iur. & ibi Cagno. nume. 6. Roma. in singul. 608. Anto. de Butr. & Abb in capit. dudum, de conuers. coniu. quibus manet probatum, quæ sit deliberatio, & quantum necessaria sit, ad voti susceptionem.

11 Ad secundum requisitum, quod est propositi interuentio etiam necess. eiam esse fatetur glossa nostra, & omnes quia post deliberationem, quę est necessaria, est in voluntate propositum, hoc est dilectio & consensus, quo voluntas iuxta deliberationis sententiam proponit operari.

Tertium requisitum necess rium ad dicti voti conceptionem, post propositum est pron issio, quia in eo cor sistit obligatio, & non anteà; quicquid Inno. & Host. & alij in capit. consulti de regula dicant, asserentes sufficere propositum ad obligationem voti, absque promis-
12 sione, saltem quando iam res incepta est, vt cum quis cum proposito manendi in religione induit habitum: ita vt ibi iubeatur esse religiosus, per text. in dict. capit. consulti, qui text. non probat dictã conclusionem, neque id sentire vult Innocen. quippe qui loquitur de proposito promissione firmato, secundum Domi. à Soto dict. lib. 7. de iust. & iur. quęst. 2. fol. 602. col. 1. in fin. quę resolutio fuit Panormita. in cap. literarum. num. 2. in fin. & num. 3. de voto & voti red. sequendo sanctum Thomam. 2. 2. q. 88. artic. 1 cui addo, eundẽ Tho in 4. distin. 38. q 1. ar. 1. circa medium, & Arched. in c quę bona. 17. quæst. 1 & glo. in summa. 17. q. 1. & Anton. de Butr. in cap. ex parte, numer. 3. de censi. & Syl. in ver. votum, el. 1. nume. 2. sequendo Abb. in dict. cap. literarum, dicit iura quę dicunt propositum absolutũ seu deliberatum obligare, vt habetur in capit. nuptiarum. & capit. qui bona. 17 q. 1 & dict. cap. consulti, de regul. intelligenda sunt de proposito cum promissione firma, & istam sententiam sequitur tota schola Theologorum, quam approbat Caieta. in d. 2 2. q. 88. artic. 1. col. 4. & noster Nauarr. in sua summa. c. 12. num. 26. dicit propositum religionem intrandi, sine promissione tacita vel expressa, etiam si habitum sum mat, non est votum. & sic non procedet opinio Abb. in d. c. consulti. num. 3. in fin. dicentis. (Cõclude ergo quod iste de quo quæritur, & consimiles non sunt veri religiosi, sed peccant mortaliter stando in sæculo & non intrando religionem, ex quo propositum habuerunt, mutandi perpetuo
13 vitam, ratio est, quia ex tali proposito videtur Deo vocasse.) vel ad minus limitanda per supradicta & sic sunt limitanda illa sex signa, quæ posuit Host. in c. statuimus de regular. & in summa, in titu. qui clerici vel vouentes. numer. 6. & Philip Franc. in dict capit. non solum. num. 2 eod. tit. in. 6. vt intelligantur de illo qui talia signa dedit relinquendi sæculum, cum promissione cordis. Vnum tamen mihi videtur, vt habetur ex Doctoribus citatis & iuribus, quod in foro fori, vbi non iudicatur de occultis. c. inquisitionis de senten. excomm. c. literas, de resti spoliat. iste qui similia signa manendi in religione dederit, & sæculum omittendi, compellebitur ad omnino sumendam religionem, si post annum probationis dicta signa data fuerit, per ea, quæ. DD. dicunt in dict cap. consulti & cap. statuimus & in dict. capit. super eo. de regula & in capit. non solum. eo. titu. in. 6. nec obstat cap. 15. sessio 25. Concil. Trid. cuius decisio, quamuis vt professio intra annum emissa non valeat, extenditur tam ad expressam quam ad tacitam, non derogat tacitæ professioni, seruatis duobus requisitis, vt sup. num. 1. notauimus in glos. ista.

In.l.14.tit.7.pa.1.in glo.2.

1 *Abbatissa potest permittere, quod montales labores manuum suarũ conuertant in proprios vsus, & vsus mobilium per prælatos concedi potest, quantum supellex statui paupertatis conueniat.*

GLos. 2 in verb. proprio, probat pet. cũ cum ad monasterium, de stat. monacho.

mona-

monachos non posse habere proprium, licet abbatissa potest permittere, quod moniales labore manuum suarum conuertant in proprios vsus & necessarios. Et sic in Concil. Triden. in. c. 2. sessio 25. folio. 156. stat cautum, ne religiosi bona mobilia siue immobilia possideant tanquam propria, etiam nomine conuentus, quam ius mobilium vsus, ita per prælatos concedi potest, quantum supellex statui paupertatis quā professi sunt, conueniat.

In.l.22.tit.7.pa.1.in glo.3.

1 *Monasterium pauper potest de dote monialis pacisci pro sustētatione.*

2 *Monasterium diues potest de dote consueta, quāuis opulenta pacisci, quia licet aliquid temporale pro spirituali recipere, non in modum pretij, sed pro sustentatione.*

GLos 3. in ver. *Porque lo reciban en la orden* Hic agitur de quæstione, quę per DD. refricatur tanquam difficilis, an liceat monasterijs monialium pacisci de dote, super recipienda moniali. Et cōcludit gl. nostra cum Antoni. quod licet de dote pacisci, respectiue ad temporalia, pro sustentatione monialium, vt habeat vnde viuat, quando conuentus commode non potest sustentare maiorem numerum, & istam dicit esse commune Theologorum, & nota inquit, quia Canonistæ loquuntur cum tremore, hactenus glos.

1 Pro cuius elucidatione distinguo sicut glos. aut monasterium est diues, aut pauper. Isto casu communiter omnes concurrunt in ea sententia, quod poterit de dote pacisci. quod si diues est conuentus non liceat pactionem super dote hinc, vltra glossam nostram, & per eas relatos, tenuit Syl. in verb. simonia, nume. 15. & Domin. à Soto, lib. 9. de iusti. & iure. q. 6. arti. 2. fol. 810. col. 4. in fin. vbi concludit moniales, dotes amplas exigendo, eis non indigentes, simoniam committere, saltem præsumptiue, quia cum victus est abundans, præsumitur pecuniam recepisse, pro ingressu religionis. sed pro elucidatione istius vltimæ partis, ego subdistinguo.

2 Aut istud monasterium opulentum & diues, pactum fecit de dote non consueta recipienda, aut de consueta, primo casu procedit conclusio gloss. Syl. & Dom. à Soto, vt præsumptiue dicatur, monasterium simoniam contraxisse. Secundo vero casu, quando pactum tantum est de dote consueta, dico simoniam non incurrere veram neque præsumptam, quia diuiti etiam licet aliquid temporale recipere, pro re spirituali, vel ei annexa, non in modum pretij, sed ad sustentationem, (non præcedente pacto) sed ex vi donationis, vel legati, vel ex vi legis, aut consuetudinis, vt testatur Caietanus. 2. 2. q. 100. artic. 3. & refert Martin. A zpil. Nauar. in summa cap. 23 num. 102. ergo ex vniuersali consuetudine, quæ vbique viget, scilicet indotatas virgines non accedere ad monachatum, poterit conuentus dotes exigere consuetas absque labe simoniæ veræ vel fictę, cum actum faciat lege vel consuetudine permissum.

Nec huic conclusioni obstat, quod amplæ exigantur dotes, si hoc de more sit: quia nemo est qui ambigitur sumptibus & expensis amplioribus, mulieres nobiles & illustres, quamuis moniales indigere pro alimentis, quam humiles & plebeię. Et sic magnificentiori apparatu vti monasteria opulenta & magnifica, quam humilia & paupera, & in villis constituta oportere, arg. tex. in cap. de multa de præbend.

Ergo dictę moniales, exigendo dotes etiam amplas, pro ingressu alicuius puellę, consuetas tamen, non committunt simoniam. & ad capit. quanquam de simo. respondeo quod limitatur, quando aliquid temporale pro spirituali datur, pro sustentatione ex vi legis vel consuetudinis, vt in simili diximus de eleemosyna recepta pro sepultura, & de eleemosyna data clerico pro sacrificio in. l. 55. supra tit. 6. ista pa. in glos. 5.

In.l.31.tit.7.pa.1.in glo.2.

1 *Monachus fugitiuus acquirit monasterio quamuis à prælato expul-*

ſus ſine conſenſu capituli, ſecus tamen ſi eum monaſterium expulit.

2 GLoſ.2.in verb. *Aquel auer.* Dicit monachus fugitiuus, quicquid acquirit, acquirit monaſterio, per tex. in cap. Abbates.18.quæſt 2 & quęrit quid ſi ſit expulſus à monaſterio, & quid ſi monaſterium eum neglexerit reuocare, in quibus quęſtionibus loquitur remiſsiuè. Cui addo Bart. Brixienſem in ſuis. qq. Dominicalibus. q 8. in vol.17. tract. Docto. ſol. 33. vbi arguit ad partes, & concludit quod ſi Abbas cum conſenſu capituli expulit monachum, non acquirit monaſterio, ſin autem Abbas eum expulit, ſine conſenſu capituli, cum delictum prælati non noceat eccleſiæ, acquirit monaſterio, & ibi late in. q. 7.

Titulus octauus.

De los votos.

In. l. 1. titul. 8. par. 1. in gloſ. 2. De liberatione, & propoſito, & promiſsione, quæ ſunt ad votum neceſſaria ſatis diximus in. l. 7. tit. 7. ſupra.

1 *Vere votum non eſt in baptiſmo, ſed profeſsio fidei & Chriſtianæ religionis, & aſsignatur ſingularis intellectus ad iſtam legem.*

2 *Peccatum duplex committens duplici pœna puniri debet.*

NOto text. quem ad hoc Gloſſator nõ notauit, quia indiget expoſitione, & ideo ad verbum refetã, cuius verba ſunt. *E el voto que es para bien hazer, ſe departe en dos maneras, el vno es de premia, y el otro de voluntad. El de premia es aquel que es tenudo de guardar todo Chriſtiano, aſsi como la promiſsion que cada vno faze por ſi, o la que fazen ſus padrinos por el quando recibe el baptiſmo, que reniega del diablo, e de todas ſus obras, e promete de guardar la fe de nueſtro Señor Ieſu Chriſto, e los mandamientos de la fe catholica. E por eſta razon quando peca el hombre deſpues del baptiſmo doblaſe la culpa. Eſto es, porque haze pecado mortal e porque quebranta el voto que prometio de guardar pero no le deuen dar penitencia como por dos pecados mortales, mas como por vno. porque fue acrecido en ſi, por ayuntamiento de otro.*

1 Compilatores harum legum partitarum, ſequi videntur opinionem multorum aſſerentium, vere votum eſſe in baptiſmo de cetu. quorũ fuit magiſter ſententi. in 4. diſtinct. 38. idque indicat lex iſta, in illis verbis: *Doblaſe le la culpa, e eſto es, porque haze peccado mortal, e porque quebranta el voto que prometio de guardar.* Qui intellectus ad iſtam legem, licet ſecundum ordinem literæ ſuſtineri poteſt, tamen erit reprobandus, ſimul cum ſententia Magiſtri ſententiarum & ſequacium: nam verior & receptior opinio eſt contraria, ſcilicet quod in baptiſmo, vere votum non fiat: quia illa verba chatecuminum interrogantia, an velit baptizari, an abrenunciet ſathanæ, an credat & eius reſpondentis, abrenuncio, volo, credo, tantummodo ſunt, profeſsionis legis, & religionis Chriſtianæ, & aſſumptionis noui ſtatus, & non ſigna noui voti, ſuadeturque id alia potiſsima ratione, quia baptizari eſt præceptum neceſſariæ obligationis, vt habetur in canone. 5. de baptiſmo, ſeſsio. 7. Concil. Tridentin. vouere eſt liberi arbitrij, & opus conſilij. Quam ſententiam multis alijs fundamentis confirmat & defendit Thomas à Vio. Cardi. ſancti Xiſti. 2. 2. quæſtion. 88. artic. 2. in verſic. ad ſecundam, cuius verba ſunt. Ad ſecundum vero dubium, de voto baptiſmi dicendum eſt, quod nõ eſt ibi proprie votum, nec Chriſtianus quando fornicatur peccat dupliciter, videlicet contra præceptum, & contra votum, ſed ſimpliciter contra præceptum grauius tamen peccat, quam infidelis, quia dignior eſt propter Sacramenta, quibus imbutus eſt, ſecundum Sanctum Thomam. 2. 2. quæſt. 10. articulo. tertio Quam ſenteniam etiam fortiter defendit Palud. in 4. diſtinctione 38. quæſtion. 2. articulo. 2 & Domin. à Soto per eadem fundamenta, in libro. 7. de iuſt. & iure. q. 1. artic. 3. in. §. ad primũ igitur fundamentum, fol. 610. column. 1. & Martin. Azpil. Nauar. in ſumma, in cap.

cap.12.num. 32. Sed quantum coniectura ducor, lex nostra istam factionem secuta est, vt apparet ex illis verbis: *Pero no se deuen dar penitencia, como por dos peccados mortales, mas como por vno, porque fue acrecido en si por ayuntamiento del otro.* Quę verba sunt declaratoria clausulæ pręcedentis, quia si centire velit, quod duplex peccatum committeretur, in qualibet præcepti transgressione, ratione voti, & pręcepti, duplice pœna esse puniendum transgressorem diceret, vt testantur qui duplex peccatum committi asserunt: ex
2 quibus infero legem istam velle centire, non esse votum proprie in baptismo, quasi præceptum adiectu, sed quasi quędam circunstantia peccatum aggrauans, vt ostendunt verba illa: *Mas como por vno, porque fue acrecido en si por ayuntamiento del otro.* Quam conclusionem supra probauimus ex diuo Thom. 2.2. quæst 10. arti. 3. & ibi approbat Caietan. & Syl. in summa, in verb. votum el.1.num. 5.

Nec huic interpretationi obstabunt verba istius legis in initio clausulæ apposita quæ sunt. *El depremia est aquel que es tenudo de guardar todo Christiano*: quia ibi large & improprie loquitur, votum assumendo pro professione Christianæ Religionis; vt clarius lex ipsa aperit, vbi dicit paulo inferius, interpretando quid sit votum necessitatis dicit: *El depremia es aquel que es tenudo de guarder todo Christiano, asi como la promission que cada vno faze por si, o la que fazen sus padrinos por el.* Et hũc intellectum, quem huic legi assigno, ex dictis constat esse germanum literæ & menti, & ex eo quod hanc communem sententiam, sequitur Hosti. in summa, in tit. de voto & voti redempt. in §. quod sunt species votorum, num. 2. à quo lex ista sumpta fuit.

Titulus nonus.

De las descomuniones.

In.l.2.tit.9.pa.1.in glo.1.

1 *Absolutio criminis hæresis hodie pmissa est Episcopis et nõ eorũ vicarijs.*

GLo.1. in verbo. *Heregia.* Dicit absolutionem sacramentalem criminis heresis, reseruatam esse Papæ, quæ hodie Episcopis reseruata est, sed non eorũ vicarijs, per cap. 6. sessio. 24. in Conci. Trid.

1 *Qui solo verbo clericum potuit defendere dicendo caueas ne istud facias, si non fecit & clericus maneat offensus erit excommunicatus; idemque est de illo qui potuit & non fecit ratione officij.*

2 *Qui obuiare potuit delicto inferendo contra clericum & non obuiauit, excommunicatur quatuor concurrentibus intellectus ad cap. quanta de senten. excommun.*

3 *Non obuians volenti iniuriam inferre contra alium non punitur de iure ciuili & canonico communiter receptum, quia non omnis qui concenut delicto est particeps cum duabus limitationibus, & vna ampliatione ad. l. 4. tit. 23. lib. 8. recopi. nouæ.*

GLos. 8. in ver. *Pudiendo.* Ad cuius meliorem expeditionem præmitto verba istius legis. *Lo quinto es, si alguno que sea poderoso en algun lugar, que vee que quieren ferir, a algun clerigo o religioso, e non lo desien de pudiendolo, o auiẽdolo de fazer de su officio.* Et iste est quintus casus secundum ordinem literæ, in quo incurritur in excommunicationem ipso iure.

1 Qoam conclusionem tex. glos. extēdit etiam ad illum, qui solo verbo potuit dictum clericum defendere, dicendo offensori caueas ne istud facias, sciens statim abstensurum esse ab illa offensa: quāuis ratione officij vel potestatis non poterat defendere, quia dolus præsumitur si potuit obuiare, & non fecit, & finaliter dicit, quod cessante dicta potētia & officij obligatione, de quibus. l. loquitur, non currit in istam excõmunicationē, si nolens se rumoribus immiscere, vel ex negligentia non obuiauit dictæ offensæ, quæ duę legis conclusiones, scilicet quādo quis ratione potentiæ, vel officij tenebatur obuiare, approbantur per glos. in. c. quante, de senten. excommu & per Abb. ibi bē, n. 6. dicentis dictũ. c. quantæ

 proce-

procedere, quoties quis habet potestatẽ publicam, aut priuatam iure familiæ, in ipsum percussorem, idemque procedere in eo, qui dolose desinit obuiare, & quod dolus præsumatur eo ipso, quod quis pręsens fuit, & potuit obuiare, & non obuiauit secundum Panormitanum in dict. capit. quantæ, num. 8.

2 At in quantum glossa nostra, sequendo Abb. in dict. quantæ. nu. 8. dicit, quod si præsens potuit quis obuiare offensæ alicuius clerici, & non fecit, quod tunc præsumitur dolus, in quo casu lex nostra loquitur, limitanda tamen est, quãdo quatuor concurrant casus, videlicet potentia impediendi offensam, & obligatio ad id, & quod dicta obuiatio fieri possit absq; damno personæ rei familiaris, & honoris, & quod delictum manifeste sit esse tale, & quod manifeste fiat: vt vltra alios melius notauit Nauarr. in cap. non inferenda. § 2. num. 18. vbi pro hac vltima limitatione, ponderat. d. c. quantæ per bona fundamenta: quibus quatuor concurrentibus, si non obuiat delicto, remanet excommunicatus, quia præsumitur delicto consentire dolose, & reputator particeps delicti, secundum ea quę per DD. notantur in cap. dilecto, de senten. excommun. in. 6.

3 Licet regulariter non omnis qui alicui offensæ consentit, præsumitur delicti fautor, vel particeps, vt etiam ipse Nauarr. bene notauit, vbi supra, n. 15. ob quod cõmunis opinio tenet, de iure ciuili non delinquere, ille, qui delicto potuit & noluit obuiare, nec qui malefactorem non indicauit, qui licet de iure canonico delinquat, non tamen puniendus erit in foro exteriori, vt testatur Gratus consilio. 1. post nume. 47. lib. 1. & Carre. in practi. crimin. fol. 252. nume. 19. ex fol. 379. nume. 63. Plaça de delict. lib. 1. capit. 28. numero. 29. Bolog. in. l. capitalium. §. famosos, numero. 92 ff. de pœnis. Didacus Couarr. in regu. peccatum. 2. pa. §. 3. nume. 4 Orosi. in. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & ibi Corra. num. 12 & ibi Claud. numer. 168. Decius in. l. culpa caret. ff. de regulis iuris & in capit. 1. de officio, & potestate, Iud. de lega. & Barba. ibi, nume. 64 & 58. vbi dicit, quod nisi crimen est contra publicam vtilitatem, non obstans non punitur, etiam de iure canonico. tenet supradictam conclusionem additionator ad Bernardum Diaz in regula. 184. & Ioann. Gratian. regul. 120. numer. 1. & 2. & Iulius Clarus in practi. in. §. finali, quęst. 87. nume. 3. post medium, vbi inquit. quisquid glos. in dict. l. culpa dixerit, quod etiam de iure canonico non punitur non obuians delicto, & si delinquit, cum potuit & noluit, & hanc dicit magis communem contra Plaç. vbi supra capit 18. post numer. 31. vt notauit Ias. in d. l. vt vim. numer. 13. & hanc dicit communem Viuius. 2 tomo commun. opinio. fol. 485. nume. 27. in foro contentioso, secus in foro conscientia, & quid circa istum forum bene per Nauarr. in capit non inferenda per totum, & sanctus Thomas. 2, 2. quęst. 79. & ideo dicit Ambrosius, qui non repelleret iniuriam à proximo, si posset tunc iam incurri peccatum ipse.

Limitatur proxima conclusio communis in crimine læsæ maiestatis, secũdum Iul. Clar. vbi supra.

Secundo limitatur in seruo qui tenetur dominum defendere etiam periculo suæ vitę. l. cũ dominus. ff. ad Syllani. l. si. titul 8 pa. 7. & in filio, qui nisi patri opẽ ferat punitur. l. viri. ff de rebus dubijs & in authen. vt cum de appellatio. cogno. § illud quoque. & ista seruient pro ampliatione, ad l. 4. tit. 23. lib. 8. recopila. quæ ponit casus, in quibus quis non tenetur occidendo hominem de occisione.

1 Libertas Ecclesiastica nõ potest grauari per statutum vel legem aut consuetudinem.

2 Statutum laicorum disponẽs quod solutio debiti non possit probari per testes non ligat clericos.

3 Clerici volentes seruare consuetudinem vel legem laicorum debent ea vti forma seruata legis vel consuetudinis, & infertur ad intellectum l. sexta, titulo quarto libro quarto recopilatio.

4 Ecclesiastica libertas læditur,

quando

quando clericis vel ecclesijs prohibentur, quæ non sunt prohibita à lege Canonica, vel diuina, ex qua infertur ad intellectum multarum legum Regni.

5 *Mulier attento iure huius Regni non potest contractus facere etiam ad pias causas in vito viro.*

GLo.19.in verb. *La trezena*.tex.asſignat
1 aliam excommunicationem, quæ est
13.in ordine iſtius literæ, contra grauan-
tes Eccleſiaſticam libertatem, in cuius cõ
firmationem gloſſ.citat.c.nouit.de ſent.
excomm.& nil aliud facit. Ratio eſt quia
dicta libertas eccleſiarum, nõ poteſt gra-
uari per ſtatutum, neque legem, nec con
ſuetudinem ſęculariũ.c.grauem.de ſent.
excõ. c. fi.de immunit.eccleſia. in.6. per
Panor.in.c.1. de conſuetu. & Rebuf. ſu-
per.ll.Regias conſti.tomo.3. in tract. de
cõſuetu.& vſu.& Styl.in præfacio.n.56
Petr. Dueñas reg.143. & Petrus. Paul. Pa
rienſ.conſ.27.vol 2. Dida. Perez. in.l 1.
tit.3.lib.1.ordin.col. 95. & ibidem in l.2.
col.118.vbi infert ad intellectum certarũ
legum Regni. Bernar. Diaz à Luco. reg.
140.vbi.ſatis bene per eius additionato-
rem Salzedum habetur per Anto. Imol.
Abb.Decium & Felin.in.c. Eccleſia ſan
ctæ Mariæ.de conſtit.

2 Quæ autem ſtatuta, vel.ll dicantur gra
uamẽ inducere Eccleſiaſticę libertati vl-
tra citatos.dd, in.d.c.eccleſia ſanctæ Ma
riæ, & Abb.in.c.ſi duobus.nu.7.de appel
la.& Bar.in Auth.Caſſa.C.de ſacroſ.eccl.
videndus eſt Cyn.ibi.& Guido Papa ſin
gul.196.& Hippol.ſingul.29. vbi inquit,
ſi ſtatuto caueatur, quod ſolutio debiti
non poſsit probari per teſtes, quod cle-
rici eo non arctantur. Et ſic poterunt per
teſtes probare. Idem tenet Abb. in conſ.
84.vol.1.& 72.nu.1.2.3.quam materiam
tangendo, dixit Iaſo.in.l.de quibus.ff.de
legib.nu.13.ſequendo Bal. ibidem in Re-
3 peti.col.10.in. q.6.fol 23.quod clerici vo
lentes, poſſunt vti conſuetudine laicorũ,
forma ſeruata conſuetudinis. Vti ſi con-
ſuetudo diſponat, quod inſtrumenta exe
cutioni mandentur, niſi lapſi fuerint de-
cem anni. tunc etenim clericus non pote
rit petere executionem, dictis decem an
nis elapſis. Quę concluſio facit ad intelle
ctum.l.6.tit.4.lib.4.recop. per quam ius executionis, per decennium pręſcribitur, etiam cum mala fide, vt per DD. habetur in.l.63. Tauri, quę eadem eſt, & per Parla.in.c.1.rerum quotidia.

4 Illa dicuntur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, quę prohibent clericis, non prohibita à lege Canonica, vel diuina, & iſtam dicit communem poſt alias prius relatas. Feli.in.d.c.eccleſia ſanctæ Marię n.69.& Couarru.in reg. poſſeſſor.2.par. §.4.num.8.vbi dicit illud.eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, quo aufertur ab eccleſijs, vel clericis, id quod iure cõmuni omnibus eſt libere conceſſum. Vt adnotauere ſupradict.DD.in d.c. eccleſia. & ex iſtis ſingulariter inferri poteſt ad multas.ll.iſtius Regni, loquentes de ſolennitatibus teſtamentorum: quas ſingulariter notauit Mench.de ſucceſsio.creat.3 p.§.26.num.58.& valere dicit eo quod leges ſunt iuſtę, & contrarium non reperitur expreſſum in iure Canonico, & bene per Molin.lib.2.de primogen. c.10.num.52.

5 Ex quibus ſpecialiter decidi poteſt quęſtio, an valeat diſpoſitio.l.55. Tauri, quę hodie eſt.l 2.tit 3.lib.5.Recop prohibentis omnem contractum mulieris, ſine licentia viri: ita vt extendatur eius vis, ad donationem factam per.d.mulierem, eccleſię vel pio loco.

Et pro parte negatiua, quod.d.l 2.tit.3 lib.5.Recop.non procedat, quo ad donationes Eccleſiæ factas. per dictam mulierem ſine licentia viri faciunt, quę Bal.dicit in.l.generali.C.de ſacroſa.eccl.quod ſtatutum requirens aliquam ſolennitatem ad alienandum, non procedit quando aliquid donatur eccleſiæ. Et ſic mulier quæ non poteſt cõtrahere ſine licentia viri, poterit ſine eius licentia donare eccleſiæ, vel cauſæ piæ: quem ſequi Abb. in capit. relatum, el. 1. de teſt. & faciunt pro iſta parte, quæ Felin dicit in c.eccleſia ſanctæ Marię.de conſtit.n.51. ſcilicet quod ſi.ll. contrariantur Canonibus, io materia miſerabilium perſonarũ, præualent Canones etiam in foro ciuili: idem cenſuit Bal.in.l.1.q fin. C.de ſacroſanct.eccleſijs, Imo.in.l. illa inſtitutio.de hæred.inſt. Alexan.in.l. captatorias.C.de teſta nu.85.& ad iſtam partem ſe inclinat Pala.Rub.in repet.Rubr.§.45 num.4.in fin.fol.28.

Ad quæ reſpõdetur, quod aliud eſt prohibere

hibere, vt sine certa solennitate non contrahatur, in qua prouidetur vtilitati contrahentis, & cum nulla maior sit quã suæ animę consulere, ideo procedit Bald. & Abb. opinio. in dict. vero. l.2. tit.3. libr.5. recopilat. consulitur vtilitati, & cõmodo viri, & ideo mulier ei nocere non potest: & sic etiam si sit in vtilitatem animę suę, mulier sine licentia dicti viri sui, non potest contrahere, quamuis ad causas pias, vt habetur per Didac. del Castillo, in d. l.55. Taur. in versic. nec alios contractus, cuiuscunque sint conditionis: & per Mõtal. in l. fi. tit.12. lib.1. fori. & in. l.13. titul.20. lib.3. eodem lib & Couarr. in reg. peccatum. c.7. §.1 num.2 & 3.4. fol.89. etiam si iurauit contractum, & istam opinionem etiam postea sequutus est d. Palat. Rubi. sibi contrarius vbi supra in. §.68. num 6. & in d l.55 & ista est vera sententia quicquid in contrarium dixerit Tiraquel. de iure maritali l.14. fol.182 quę resolutio melius elucidatur per Roderic. Xuarez in l.13 Regni. per quinque amplationes, & decem. & octo limitationes, & per Petrum Dueñas reg.15. quam etiam sequitur Anto. Gomez d.l.55. nu.1. & Gaspar Baeça de non meliorãn. ratio. dotis filiabus. c 11. num.60. & Matien. in. d.l.2. in glos.1. num 1. & 127.

In.l.3.tit.9.par.1.in glo.1.

1 *Iniuria manifesta afficiens clericum in sua persona satisfactione præmissa absolui potest virtute Bullæ cruciatæ à legitimo confessario, & nu.2. etiam si offensus renuat satisfactionẽ.*

3 *Regulariter pro manifesta offensa quis non absoluitur nisi prius parte satisfacta fallit si satisfactio requirit altiorem indaginem, vel satisfactio non est in posse.*

4 *Priuilegium contra ius, & in præiudicium tertij strictè est interpretandum.*

5 *Priuilegium sapiens beneficium late est interpretandum: agiturque de interpretatione Bullæ Cruciatæ.*

6 *Verba generalia generaliter debent intelligi, & Papæ mens est consulere periculis animarum.*

Et generaliter loquitur quando de pluribus differentibus specie prædicatur.

7 *Si statuto caueatur quod pro homicidio condemnatus non soluerit, intra decem dies centum, quod ei manus amputetur, liberatur dando fideiussores.*

8 *Si fœnerator nolit remittere iuramentum de vsuris præstandis, potest eo inuito iurans absolui à iuramento.*

Percussores clericorum veniunt absoluti quotidie à curia Romana parte non citata duæ opiniones cõtrariæ.

9 *Limitationes ad. cap. si quis suadente. 17. q.4.*

GLos.1. in verbo. *Roma.* Legis conclusio est: manus violentas in clericum eijciens excõmunicatus est, & pro absolutione tenetur ire Romam, in cuius confirmationem glos. allegat. c. si quis suadente. 17. q.4. & nihil aliud dicit.

1 Sed quero an iste percussor, teneatur pro absolutione precisè ire Romam: & dico quod hodie etiam pro iniuria manifesta virtute bullę Cruciatę satisfactione premissa, poterit absolui à cõfessario electo, & approbato, vel à iudice qui de causa cognoscit, sed quid dicendum, si clericus læsus nolit recipere satisfactionem à reo oblatam, & differt eam recipere, aut quia non sufficiens videtur sibi, aut vt vexet dictum reum: & videtur dicendum, quod non erit absoluendus dictus reus, nisi reali satisfactione premissa, tum quia sic indultum sedis Apostolicę id expressit, tum quia iure cautum stat, nullũ pro manifesta iniuria esse absoluendum, nisi satisfactione læsę partis præmissa, per text. in c. ex parte. el 1. de verbor. signi. & in cap. olim, eod. tit. & per DD. ibidẽ, eandem conclusionem affirmat Abb in cap.

cap.peruenit.de appellat.nu.9.& in cap. qua fronte,eod.titul.& in.c. cum contingat.de offic.delegat.Syl.in verb.absolutio,el.1.nu.26.Franc.Ripa.in.c.1. de ind. num.75.Barb.ibi,ou.132.Anton.in tract. excõmun.in tract.docto.vol.16. fol.224. num.11 Nauar.in.c.1.de pœnit.distin.6. num.54.fol.159 & in summa.c.26.nu.7. Couar.in c.alma, de senteot. excõmun. 2.part.§.11.num.11.& faciunt, quod dixerunt Innoc.& Ioann.Andr.à nemioe dictorum Doctorum citati,in cap.solet,de senten.excõmun.in.6.quod si petenti absolutionem,opponatur de manifesta offensa,non absoluatur, & si velit deponere pigoora, pro satisfactione, quod non audiatur: pro qua cooclusiooe facit.l.24. infr.isto titul.

2 Prædictis tameo non obstantibus, dicimus percussorem esse absoluendũ virtute Bullæ, qui cõgruam satisfactionem offert parti obedientiam ecclesię præstãdo, quamuis offensus renuat, forte vt eũ vexet sumptibus,vel vt faciat eũ, si forte obierit, excommunicatum decedere; cum siogulis diebus quis mori potest, vt dixit.l.1.ff.de conditio.& demonstratio. pro qua conclusiooe facit, ꝙ dixit Abb. in cap.quęstioni.nu.9.de appellat. quod licet supradicta conclusio,quod pro manifesta offensa excõmunicatus nõ est absoluendus,nisi parte satisfacta.Hęc tamẽ 3 fallit,quando satisfactio requirit altiorẽ indaginem, secundum Felin. in d.c.cum contingat,de offic.deleg.num.1. &.2. & d.Fran.de Rip.d.c.1 de iud.nu.75 &ideo dixit Abb.in d.c.quæstioni,num.9.quod debet iudex multũ aduertere,oe reus decedat in excõmuoicatione,per tex.in.c. Episcopis.11.q.3.io fin. & pro ista parte facit pulchrum dictum Philip.Fran.io d. c.solet,de seutent. excõmun.in.6.nu.8. quod text.in d.c.ex parte procedit,quando quantitas est liquida,quod si liquidãda est,tunc reus poterit absolui, datis fideiussoribus,vel pigooribus.

Secundo limitatur text.in d.c. ex parte,quaodo satisfactio non est in posse,vt est in quęstiooe proposita, oam formaliter satisfactio fieri non potest, renuente parte offensa,ex quacunque causa sit, & ita dixit Ioan.Cald.io tract.de interdict. ecclesiast.vol.16.tract.fol.258.in.§.ad septimũ & vltimum membrum,si autẽ satisfacere non potest,præstet idoneã cautionem vel iuratoriam si illam pręstare non potest,qui loquitur de dicta satisfactione pro manifesta offensa,num.29. &.30.& in ista sententia fuit Innoc.in.c. pro illorum,de præbend.& in.c.ex publico,de couersio.coniugat.& Didac Couar.in d.c.alma.in.1.part.§.11.num.11. col.4.& Ioan.Grac.in reg.4.nu 3.& pro ista parte confert,quę dicit.l.25.iofr.isto titul.

4 Neque huic interpretationi obstabit dicere,Bullam esse tanquam priuilegium strictè interpretandam,& sic intelligenda de vera,&reali satisfactione,facta parti læsę,& ab ea suscepta, & quia priuilegium contra ius,&in per iudiciom tertij, strictè est interpretãdum, de quo bonus text.in cap.dilectus, de consuetud. &.l. quoties.C.de precib.imperat.offer.cap. suggestum, de decimis.cap. priuilegia, distinct.3.

Quibus respondeo, priuilegium istud, quod percussiens clericum absoluatur à suo confessore,parte satisfacta, quamuis sit cõtra ius late interpretandũ esse, eo ꝙ fauorem animę respicit,& nõ est in præiudicium tertij cum absolutio imparcienda est reo,parte satisfacta. Imo dico, ꝙ 5 cũ istud priuilegium sapiat beneficium, latissime est interpretandum secundum Ioan.Andr.& Ant.de Butr.in cap.olim, de verbor signif.& Abb.ibidem,& Feli. in cap.causam,in versic.ioterpratio priuiligij de rescript.& Ias.in.l.penul.ff de const.princip. & ad hoc suadent etiam verba ipsius Bullę diceotis. Y *en caso que sea necessaria satisfaccion,para conseguir la dicha absolucion,haganla por sus personas: y habiendo impedimento, la puedan hazer por sus herederos*: quę verba noto ad probandum quod ratione impedimẽti,satisfactio defertur ad hæredes, & absolutio impartitur pœnitenti: neque interst quod impedimentũ vel obex causetur ex parte rei, vel ex parte actoris, quia dicta verba. Y *auiendo impedimento*,sunt multum generalia,& omnes partes complectentia : & 6 verba generaliter prolata generaliter debent intelligi.l.1.§.generaliter.ff. delega. pręsta. maxime in fauorabilibus, vt ibi per Bar.& per eundẽ.in.l.1.§.nunciatio. ff.de operis noui nuncia num.21.& Bellon in coos.6.nu.14.& quamuis sunt indiffinita, ęquipollent vniuersali glos. in.c.vt circa.de elect.in.6.eo quod eadem

rario

ratio militat, siue impedimentum sit ex parte actoris, siue ex parte rei, cum intẽtio Papæ sit, consulere animabus subdito rum. & viam parare veritatis volentibus eam ingredi, & ab ea obicem remouere, à quacunque parte proueniat, per text. in cap. vt animarum periculis. de const. in.6. & ibi in proœmio, & sic etiam videtur posse dici, quod priuilegium sit datũ causæ, & non personę de quo lata sit interpretatio, vt late habetur per Oldraldũ consil.322.num.2. Et quod dicta verba. (*Y auiendo impedimento*) sint generalia, cõstat ex eo, quod de pluribus differẽtibus specie, prędicantur, idest de reo & actore, vt habetur per.l. Titius. & glos.ibi. ff. de liber. & posth. & per Rebuf.in.l tigni appellatione, quæ est in ordine. 62. ff. de verbor.signif.pag.441.in medio.

7 Facit item pro ista parte, quod si statuto caueatur, vt condemnatus pro homicidio, si intra decem dies non satisfécerit, amputetur ei caput, quod liberabitur dando fideiussores vel pignora, quia paria sunt promittere, vel soluere (licet non mihi) in iure, vt refert Bald.in.l 1. & in l.fin.C.ad legem falcid. & quod Felin. dicit in cap.ad hæc.de sentent. excõmun. quod si pro forma statuti requiratur satisfactio, tamen si quis est idoneus, sufficit satisdatio iuratoria cũ pignore, quia regulariter æquiparantur satisdatio, & satisfactio in dicto casu.

Item confirmatur prędicta conclusio per Innoc.in cap.qua fronte. de appella. nu.10. & in simili per cõmunem Doctorum conclusionem asserentium, in capit. debitores.de iure iuran. quod fœneratore nolente remittere iuramentum de vsuris sibi pręstandis, poterit Episcopus eo inuito absoluere debitorem à iuramento,

8 & hoc etiam asserit Ioan. Andr.in additio ad Specul.in rub.de iure iurand. Ampliatur ex doctrina Philip.Fran.in dict. c.solet.de sentent.excõmun.in. 6.nu.15. dicentes, pro manifesta offensa posse iudicem absoluere reum parte nocitata intelligerem eam sufficiente satisfactione oblata coram iudice, etiam inscio reo. Et quamuis multũ vrget pro opinione, Philippi Franci. Hostiens. attestatio in summa.in titul.de sentent. excõmun. §. iniciente.el.2.num.4. vbi dicit, quotidie veniunt de curia Romana, percussores clericorum absoluti, etiam non præcedente citatione, nec satisfactione, tamen Bertachi.in verb. absolutio in suo repertorio, testatur quod curia Romana citat istos clericos læsos, ante absolutionem imparciendam reis.

9 Et sic ex omnibus supradictis, in ea sententia reside..., vt possit sacerdos ab ordinario approbatus, virtute Bullę, absoluere excommunicatum ex canone si quis suadente.17.quæst.4 etiam pro manifesta offensa, oblata cõgrua satisfactione, cuius æstimatio relinquetur eius arbitrio, & iudicis qui de causa cognoscit in foro fori, quia vt bonus vir reputatur in iure per tex.in.l. cõtinuus, in. §. cum ita. ff. de verbor.oblig. & si decerta quantitate nõn liqueat, aut satisfactionem actor offensus renuerit, tenebitur reus dare pignora, vel fideiussores, & sic erit absoluẽdus, & huiusmodi erit limitandus, tex. in d.cap.si quis suadente, & text. in dict. c. ex parte.de verbo. signif. vltra alias tredecim causas, quas numerat infr.l.4. proxima, ex quibus non tenetur pro absolutione Romã ire. qui manus violentas in personas ecclesiasticas iniecerit, & alias quas refert Petrus Dueñas regul.99. & Ioan. Grac.reg.4. & sic est intelligenda clausula, Bullæ cruciatæ.

In.l.6.tit.9.par,1.in glos.8.

1 *Excommunicatus maiori excõmunicatione non potest esse procurator, nec pro se agendo comparere.*

GLos.8.in verbo. *Personero*. Dicit excõmunicatus maiori, non potest esse procurator: cui addo quod nec pro se in iudicio comparere agẽdo.cap.decernimus. de sentent. excõmun. 6. intelligimus de iud.licet bene poterit excipiendo comparere de quo bene per Ioann. Gracia.in reg.261. cum ampliationibus, & limitationibus, & per Petrum Dueñas reg.268. & quod neque poterit petere restitutionem in integrum, per eundem Petrum Dueñas, regul.270.

In.l.7.tit.9.part.1.in gl.7.

1 *Qui potest excommunicare potest absoluere.*

Glos.

GLo.7 in verbo. *Poede absoluer.* probat cum tex. quod qui potest excommu-
1 nicare, potest absoluere, quæ regula limitatur septem modis. per Francis. de Ripa in.l. qui condemnare. ff. de reg. iu. à n.4. & ibi per Decium, & per Feli. in c. cum inferior. de maio. & obedien. nu.4. & per Syl. in verb. absolutio, el.1 limitat dictam regulam decem modis. Bern. Diaz. reg. 8. & eius additio Salze. resoluit Couarr. in.c. alma mater. in.1.pa.§.12. n.2. in quęstione, quis potest absoluere ab excõmunicatione maiori, & bene per Ioan. Gracian. reg.110.

1 *Legatus papæ potest absoluere de casibus reseruatis papæ, cum limitationibus.*

GLo.11. in verb. *Si non el apostoligo* extendet conclusionem legis, vt incendiarius, non sit absoluendus ab alio, quam à summo Pontifice, etiam si legatus fuerit. Quæ conclusio est exceptio regulę dicentis, legatum posse ab omni excommunicatione etiam papæ reseruata absoluere, tex. in c. ad eminentiam. de sentent. excommu. vbi Felin limitat regulam septẽ modis. & Bernar. Diaz in reg.7. & Ioan. Graci. reg.289.

In.l.10.tit.9. par.1. in glo.1.

1 *Sententia excõmunicationis fertur ex duabus causis pro contumacia, & pro offensa, & vnde dicatur contumax.*

2 *Quis dicatur verus contumax, & quis dicatur contumax verus apparenter, & existenter.*

3 *Contumax fictus est, qui domi citatus dubium est, an ad eum peruenerit citatio.*

4 *Contumax euidenter verus, aut verissimus non auditur appellans.*

5 *De iure Regni, qui intra nouem dies non respondet libello in ciuilibus habetur pro confesso, quæ lex non seruatur contraria practica.*

6 *Ponitur forma procedendi contra absentes in criminalibus.*

7 *Neminem posse excommunicari nisi pro contumacia, & inobedientia, & sic non posse excommunicari pro delicto iam facto nisi monitione præmissa.*

8 *Canones aut præcepta monitoria transgrediens licet non sit excommunicatus ipso iure tamen poterit excõmunicari nulla præmissa monitione.*

Clerici agitatiotionem taurorum videntes excommunicari possunt nulla præmissa monitione.

Absolutio petita non est deneganda, quia cessante contumacia cessat eius effectus, tamẽ erunt mulctandi pro satisfactione ecclesiæ.

9 *Conclusio, quod pro delicto facto quis non excõmunicatur confirmatur.*

Quando pœna apponitur simpliciter sine declaratione, an sit propter cõtumaciam, an propter delictum censetur irrogata ob contumaciam, & non ob delictum.

10 *Clerici videntes taurorum agitationem mortaliter peccant, quia pœna excommunicationis minatur, quæ non imponitur nisi pro peccato mortali.*

GLos.1. in verbo. *Et cosa* dicit, prosequitur.l. ista dicta Hostien. in summa. in titu. de senten. excomm. in vers. ex cau-
1 sis, & ad alia non procedet glo. sed dict. Hostiẽ. loco citato. nu 7. dicit, sententia excõmunicationis, fertur duabus de causis, scilicet pro cõtumacia. c.2. de dolo & contu. glos. in.c. duo sunt. 96. dist. & pro offensa. c. ex parte de verbor. signi. el.1. vtputa si aliquid iussu monitus, noluit maleficium emendare sicut debuit, de offensa quam fecerat. Contumacia enim multiplex est. Dicitur contumax qui citatus non venit, item qui veniens nõ respondit

ſpondit, & ille qui venit & illicentiatus recedit, & qui latitat.c. certum. 11.q. 3. hactenus Hoſtienſis.

Dicitur contumax, à con, & tumeo tumes, propterea quod inflatur, & superbus exiſtit nollendo obedire, ſecundum Cardi. in Clem.1. de dolo & contu. & Syl. in ſumma, in verb. contumacia, & Marãt. de ordi. iudi 6. pa. mẽbro. 2. fol. mihi. 116. num. 7.

2 Inſuper iſta contumacia diuiditur in veram & fictam. Contumax verus dicitur, qui fuit perſonaliter citatus, vel ad domom, & iudicialiter conſtat, quod citatio peruenit ad eius notitiam, & noluit comparere. Et iſte verus contumax aliquando dicitur verus contumax exiſtenter, & apparenter, aliquando apparenter tantum, & quandoque exiſtenter tantũ, de quo plene per Bart. in. l. fin. ff. de in integrum reſtit & Alex. in. l. properandũ. §. ſint autem reus. C. de iudi. & Ioan. de Imol. in. l. ex conſenſu. in. §. eum qui. ff. de appella & per Angel. conſ. 186 &. d. Imo. in Clem 1. de dolo & contu. col. 11.

3 Contumax autem fictus eſt qui fuit citatus in domo, & dubium eſt an citatio peruenit ad eius notitiam, ſecundũ Bart. d. l. fi. & caſus in quibus contumax excuſatur, & alias in quibus punitur ponit. d. Marant. vbi ſup. nu 6. & 9. & alia multa limitando & ampliando congerit Petrus Dueñas reg. 153.

4 Sed Guiller. Duran. in Specul. in tit. de contuma. §. 1. tripliciter diuidit contumaciam, in euidenter verã, & veram, & præſumptam, aut fictam. Et vocat euidenter veram contumaciam illius, qui reſpõdit ſe non venturum, & ſecundum aliquos, concluſio quæ dicit: contumax non auditur appellans, quæ probatur in. l. ex cõſenſu. in. § fin. & ibi gloſ. & per Bart. & Imo in. l. 1. ff de appellat. & per Alexan. in. l. properandum. in. §. ſin autem reos. C. de iudi. limitatur ad euidentet contumacem. Vt latè habetur in gloſ. in verb. manifeſtè in Cle. vnica. de dolo & contu. Et dicit Cardi in. d. Cle. 1. nu. 10. examinando gloſ. contumacem manifeſtum accipimus, quando iudicialiter conſtat. & ibi examinat latè iſtum articulum, vbi Ioan. de Imoſ. colũ. 12. in medio eandem concluſionem aſſerendo dicit, tunc iudicialiter conſtare de contumacia euidẽter vera, vel veriſsima, quando ipſe contumax fatetur in iudicio, vel conſtat per teſtes, & bene habetur per Menochi in arbitra q. 36. per totã, & per eundem Imo. quando audiatur appellans vbi ſupra.

5 De iure autem Regni, reus qui in ciuilibus non reſpondet, coram iudice libello intra nouem dies, habetur pro confeſſo. l. 1. tit. 4. lib. 4. recopil. cuius rigorem dixit Couar. lib. 1. variar. c. 1. nu. 8. prope fin. non eſſe admiſſum à practica, imo dicit, quod ſi omiſſo remedio, miſsionis in poſſeſsionem, ex primo & ſecundo decreto actor non probauerit, quod reus quantum vis abſens abſoluetur. Sed Didac. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 3. col. 871. vult, quod. d. l. 1. rigor procedat, & ita abſens habetur pro confeſſo, ſi incuſatio partis fiat, & quod ita ſe habeat praxis teſtatur, qui conciliari poſſunt, intelligendo quod Couarr. loquatur de praxi Cancelleriæ, Didac. Perez de praxi inter iudices inferiores, & ſic ſignat ipſe Dida. Perez vnũ remedium ad hoc, vt audiri poſſet, quod à declaratione contumaciæ appellet, & ita audietur cum ſit fictus contumax: ſed cum dictam practicam non admiſerint cancelleriæ, melius eſt per querelam illuc ſe conferre, iudice appellationi non deferente.

6 Formam procedendi contra abſentes in criminalibus poſuit Iul. Clar. q. 44 §. fin. per totam, & Anton. Gomez in. l. 71. Tauri. & habetur hodie in lib. 4. recopil. tit. 10. per totũ. vbi bene per Alf. Azeb.

7 Ad concluſionem principalem reuertendo dico neminẽ poſſe regulariter excõmunicari, niſi propter inobedientiam & contumaciam, per gloſſ. in cap. Epiſcopi. 11. q. 3. cõmuniter receptã. & Naua. in. c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 66. num. 306. pag: 436. vbi concludit, neminem poſſe excõmunicari pro delicto iam facto, niſi monitione præmiſſa, de quo eſt caſus in c. ſacro de ſenten. excõmu. in. 6. & in. c. conſtitutionem, eod. tit. & lib. reprobato Caietan. in. 2. 2. q. 60. art. 1. aſſerente, quod iudex eodem modo poteſt excõmunicare pro peccato præterito, ac pro futuro, cui. d. Nauarr. reſpondet, & ad text. in. c. quidam. 5 q. 1. vbi excõmunicatur occultus delinquens, qui libellũ famoſum ſcripſit contra notarium Neſtorium, quę concluſio Nauar. fuit Abb. in c. Romana. de appella quem ibi ſequuntur Peruſ & Prępo ſit. & Dec. quos ipſe

Nauar

Nauar.refert,tenendo eandem sententiã in.c.cum contingat.de rescript.5. nullitate, in preludio folio.118. idem in summa cap.27.num.10.

8 Ex qoa resolutione infertur intellectus: ad canones & precepta iudicũ, præcipientia, vt aliquid fiat, vel aut non fiat sub pœna excõmunicationis, quod licet ex istis verbis non sit imposita pœna ipso iure, nec sint verba larę sententię, secũdum glos.in.c.1.de sagitta.cõmuniter receptam, vt testatur d.Nauar. in summa. c 27.n.12.fol.mihi.495.tamẽ dicta pręcepta, vel canones cõminatorios transgrediens, excõmunicabitur sine monitione, quia prohibitio habetur pro monitione, vt asserit d.Nauar.in d c.inter verba coroll.66.nu.305.pag.436.

Et ex eadem resolutione, infertur intellectus ad motum proprium Pij.V. de agitatione taurorum fol.75. vbi clericis prohibitum est, pręd ictis spectaculis inter esse, sub pœna excõmunicationis, vt si contra fecerint, possint excõmunicari, nulla monitione præmissa: quamuis pro peccato pręterito imponitur: quia iam excommunicantur pro inobedientia in non parendo, & quamuis verum sit quod petita absolutione à superiore, eis non sit deneganda, quia cessante cõtumacia, cessat eius effectus, & pœna, per text. in.c. ex literis.de const.& ibi Felin.& Dec.& Bald.in.c.fi.in tit. per quos fiat inuestit. in vsib.fœudo. vbi dicit, quod contumacia abstulit, restituit obedientia, & in. l. peto. §.si quis aduocationem, & in.l.quos prohibet.ff.de postul.& Bart.in.l. si quis adulterium.ff.ad leg.Iul. de adulter. sed quia ista conclusio procedit, congrua satisfactione exhibita, nihilominus tamen erunt mulctandi, ad satisfactionem ecclesię, propter inobedientiam.

9 Neque etiam principali supradict. assertioni obstabit tex.in.c.quicquid 1.q.1. vbi famuli Episcopi, recipientes aliquid temporale, pro intercessione cum prelato, de facienda collatione beneficij, puniuntur pœna quatuor vel duorum mensium, excõmunicationis, & sic videtur, quod puniuntur pro delicto preterito: quia respondeo dupliciter: primo, quod in dict.cap.quicquid imponitur excõmunicatio pro delicto monitione fortasse præmissa, nos vero loquimur quando imponitur pro contumacia, vt in dict.motu proprio: & pro hac solutione facit, quod quandocunque simpliciter impo-

2 nitur pœna, sine declaratione, an sit propter contumaciã quæ interuenit, an propter delictũ, super quo contumacia facta est, in dubio cẽsetur irrogata ob cõtumaciam, & non ob delictum, ita vt ea cessante cesset pœna: vt voluisse videtur Imo. in.d.cap.ex literis.num.3.& habetur per Rebuf.in tract. de cessante causa. 1.part. num.62. vel quod verius est respondeo, quod excõmunicatio, de qua loquitur.d.c. quicquid exponitur pro suspensione, secundum gl. ibi, & DD.

10 Et quod dicti clerici videndo dictam taurorum agitationem, mortaliter peccẽt indubitanter tenendum est: nam motus proprius, per verba præceptiua, aut prohibitiua disponit, quę verba obligãt trãsgressores rei prohibitæ ad peccatũ mortale, per text.in Clem.exiui.§.cum autẽ de verbor.signif. quæ cõmuniter est recepta, vt notat Nauar.in summa.c.23.numer.50.&.51 & Alfon. à Castr.de potest. legis pœnalis.c.5. fol.46 col.2. in fin. & Caiet.1 2.q.8 6.art.9.& Anton.Gomez. in.l.3.Taur.num.123.& quia pœnam addidit, quæ culpã mortalẽ importat, videlicet excõmunicationem, quę simpliciter imposita, semper sensetur de maiori, per regulam dicentem, analogum per se sumptum, stat in potiori significatu. l.1. §.1.ff.si ager vect.vel emphyteo.peta.& nunquam imponitur nisi pro mortali culpa.c.nemo.& in.c.nullus.11 q.3.& notasunt Caiet.vbi supra.& Abb in cap.2.de maiorit.& obedien.1. notabil. vbi dicit, nota quod contrauenieus mandatum superioris, peccat mortaliter, quia potest excommunicari, & excõmunicatio non infertur nisi pro mortali, & de ista quæstione dixi supr.in.l.57. tit.5. in gloss.2. num.1.&.2.

In.l.17.tit.9. par.1.in glo.1.

1 *Episcopus suspensus à Pontificalibus solum sensetur suspersus ab his, quæ dependent ab ordine Pontificali.*

Et suspensus ab officio non potest exercere iurisdictionem spiritualem.

Et an suspensus à Pontificalibus

si sine

si sine eis celebret erit irregularis concluditur, quod non.

2 Suspensus ab officio si iurisdictionem spiritualem exerceat absque exercitio ordinis non incurrit irregularitatem.

GLos.1.in verb.*De jurisdiccion.* Lex ista dicit, Episcopus in suspensum exercere posse iurisdictionem spiritualem, glo. laborat in conciliando eam cum iure canonico, & cum in hac materia dicto iuri canonico sit standum, de hoc nõ curo: & sic tantum de glo. conclusionibus agam.
1 primum dicit, quod Episcopus suspẽsus à Pontificalibus, solũ censetur suspensus ab his, quę dependent ab ordine Pontificali, & non ab alijs: secundũ quod Episcopus suspensus ab officio: non poterit exercere iurisdictionem spiritualem, per tex in c. cum dilectus de consuet. & ibi glo. & DD. dictæ conclusiones cõmuniter approbatę sunt, vt habetur per Bona. Cossam, in. 1 tom cõmun. opin. pag. 184. nu. 47. & per Martin Azpil. in summa. c. 27. num. 162. ideo ad aliam quęstionem descendam.

An suspensus à Pontificalibus, si sine eis celebret erit irregularis, & videtur quod non, quia prohibitus ab ordine superiori non est prohibitus ab inferiore, vt testatur Ioan. Cald. in tract. de interdicto ecclesiastico, vol. 16. fol. 252. num. 45. etiam si cum Pontificalibus exerceat officium sacerdotis.

2 Item, & secundo quæro, an suspensus ab officio, cum sit verũ quod non potest iurisdictionem spirituale exercere, secundum Innoc. Compost. & Abb. in d. c. cum dilectus, si tamen de facto exerceat dictã iurisdictionem spiritualem, erit ne irregularis: & dicit Innoc. & Hostiens. in. c. fin de excessib. prelat. & Ioann. Cald. in c. si celebrat. de cleric. excõmu. minist. & d. Innoc. ibi, & Anchar. in. c. 1 §. caueat de sentent. excõmun. in. 6. & ibi Iooan. Monach. & eius additio. probus, quod si exerceant iurisdictionem spiritualẽ, absque exercitio ordinis, quod non incurrunt dictã irregularitatem, vti si eligat & conferat beneficia: sin vero exerceat dictã iurisdictionem, circa illa quę sunt ordinis, vel ratione ordinis, tunc incurrunt irregularitatem, vel vti si ordines conferat, vel chrismet baptizatos, & similiter si exerceat dictã spiritualem iurisdictionẽ, in eo quod habet mixtũ ordinis exercitiũ: putà si absoluat excõmunicatũ cũ solennitate, de qua habetur in. c. debet. 11. q. 3. tunc eandem irregularitatẽ incurret, vt firmant Inno. Hostien. in. c. tacita. de excess. præla. quos sequitur Petr. Anch. in. d. c. 1. §. caueat, de sent. excõm. in 6. & eos refert, & sequitur Benedict. Capr. in reg. 83. & Bona. Cossa. in tom. 1. cõmuni. opin. fol. 184. num. 46. & 47.

1 Suspensus ab officio nõ est suspensus à beneficio quoad fructus grossæ secus quoad distributiones quotidianas.

GLos. 17. in verbo. *El derecho escrito.* concludit, quod suspensus ab officio, non est suspẽsus à beneficio, etiam si sit suspẽsus à iure propter crimẽ, nisi aliud exprimatur, secundũ Archid. in. c. 1. de re iud. in. 6. hanc tenet glo. contra alios quos hic citat quam sententiam ampliando, & latissime disputãdo, tenet Bonifaci. in cle. cupientes de pœnis, vbi inquit suspen-
1 sus simpliciter ab officio, ad certũ vel incertũ tẽpus, à iure vel ab homine, propter delictũ, contumaciã, infamiã, scandalũ, vel aliam causam, non est suspensus à beneficio. quoad fructus grossæ, secus quoad distributiones quotidianas: nisi suspẽsio adeò sit perpetua, tacite vel expresse, quod habeat vim priuationis: & candẽ tenet Nauar. in summa c. 27. num. 162. & fuit doctrina Abb. in. c. latores. de cleri. excõmun. minist. quamuis contrariũ asserit Beatus Anton. in tract. de suspensio. vol. 16. tract. f 263. n. 23. sequendo Anch. & Gaspa. Cald. in. c. cupientes. de pœnis, qui à cõmuni discedunt.

In.l.18.tit.9.p.1.in glos.2.

1 Suspensus ab officio publice horas canonicas ministrando efficitur irregularis, limitatur quando ministrat populo in choro.

2 Suspẽsus et excõmunicatus tenẽtur horas canonicas priuatim, dicere licet suspen

suspensus extra ecclesiam officiando poterit horas cum alijs dicere.

GLoss.2.in verbo. *Irregular.* probat suspensum ab officio, tunc publicè horas canonicas recitando, effici irregularem, quando suspensus esset propter delictum, vel infamiam, secus tamen si suspensus esset propter defectum, vt quia illigitimus est, vel corpore vitiatus.

1 Quæ gloss. conclusio intelligenda est, de illo qui publicè horas canonicas recitat, publicè ministrando populo, solenniter in choro, vt colligitur ex notatis per Abb.in cap.tacitâ.de excessib.prælator. numer.5. & 6. & per Sylu in summa, in verbo.hora. num 4. vbi dicit, suspensus non debet officiare in ecclesia, & cum solus dicat horas, vel cum alijs, non debet dicere Dominus vobiscum: eandem sententiam tenet, Beatus Anton.in tractat. de suspensione in volumi 16. tractat.folio.262.cuius verba sunt, talis suspensus, etiam si extra ecclesiam, horas officiando populo, sicut in exercitis, efficitur irregularis: secus si non officiando dicat, cum vno, vel duobus, quam sententiam approbat Martin. Azpilq. Nauar.in summa, cap.27.num.244.

2 Sed inter alias constituitur vna differentia inter suspensum, & excommunicatum, quod licet ambo teneantur horas canonicas recitare, secundum Cardinal. Alexand.in cap presbyterum.28. distinctio.& Archid.& Ioann. de Turrecrem. ibi, & sanct. Anton.in summa.3. part.titul.24.cap.26.& Nauarr.in cap.quando. de consecrat distinctio.1.in cap.& notabil.7.numer.17.& 18.& Couaru in cap. alma mater 1.part.§.3.numer. 8.excommunicatus non potest eas cum alijs recitare, nec dicere, Dominus vobiscum. Suspensum tamen, licet non in ecclesia officiando, potest cum alijs recitare dictas horas canonicas palam, quia etsi dictus suspensus, sit suspensus quoad se, & quoad alios, intelligitur in diuinis officijs, ratione alicuius ordinis solenniter celebratis: & hoc est quod lex ista vult dicere, & demonstratur in illo verbo. *Concejeramente.*

Quę conclusio extenditur, etiam si suspẽsio sit perpetua, quę depositioni æquiparatur, vt habetur in cap.si quis.83.dist. & ibi Domin.& Decius in cap. Apostolicę.num.4.de exceptio, & Imol.in cap. cum dilectus. de consuetud.nu.35.& per Bernard.Diaz in pract.cap.122. num.5. & Imol.dict.cap. cum dilectus. num.35. vbi mouet quinque quæstiones de suspẽsione.

1 *Irregularis, non est ipso iure beneficio priuatus, licet proueniat irregularitas ex homicidio.*

Sed non poterit alia beneficia suscipere de nouo, quamuis sit irregularis occultus.

Quoad forum conscientiæ tantum obstat occulta irregularitas quantum publica.

GLoss. 4.in verb. De *beneficio, nin de officio* dicit: quod irregularis, licet veniat puniendos beneficio, non tamen est ipso iure priuatus. Quæ conclusio am-
1 pliatur etiam si sit homicida, vt habetur per Felin. in cap. inquisitionis. de accusatio.numer.17. & latius ibi per DD.& in cap.cum non ab homine.de iud.& per Innocen.in cap.in nostris. de concessio. præbend.& Bald.in.l.cum fratrem.C.de his quibus, vt indig. vbi dicit, notorium non habere vires ad aliquem deponendum, vel priuandum nisi sequatur sententia priuationis, vel depositionis, vt etiam testatur Ancharr.in regul.peccati venia.de regul.iur.in.6.oppositio.1.& tenet Abb.in. c.fi. de excessib.prelat. notabil.5. & Federic.de Senis. consil.50.& Rota decis.262.in nouis, & Franc.Turza. in.1.tomo. communi.opinio. folio.185. numer.50. quæ extensio fallit in assasino per text.in cap.1.de homicid. in 6. & per supradictos DD. sed queritur an irregularis occultus vltra beneficia, & ordines obtentos poterit alios suscipere de nouo, & concludit Nauar.in additio ad capit.vigesimo octauo, suæ summæ, ad numero.28.fol.54.pagin.1. in fin.quod non poterit de iure suscipere metus hac ratione, quia quoad forũ conscientię tãtũ obstat occulta irregularitas quantũ publica, vt eleganter colligitur ex.c.7. sess. 14.Concil.Trid.& de remedio si in dict.

M irregu-

irregularitate susceperit dictos ordines, aut beneficia vide Panorm in capit.1 de concessio.præbend.& in capit. cum iam dudum de præbend.& in cap. quisquis. de electio. & Felin.in cap. in nostra: colum 7.de rescript.

In.l.20.tit.10.par.1. in gl.2.

1 Sententia excõmunicationis quamuis nulla seruanda est hocque peculiare eius esse testatur glossa nostra contrarium Nauarr.

2 Sententia excommunicationis iusta dicitur illa quæ fertur per iudicem competentem,& iusta de causa,& forma canonica.

Notatur quid operatur sententia iusta quoad ecclesiam triumphantem.

Diabolus vtitur excommunicato, tanquam rusticus iuramento.

3 Iniusta sententia excommunicationis est quæ fertur per iudicem incõpetentem, vel ex causa nulla,vel falsa vel iniqua non zelo iustitiæ.

4 Sententia excommunicationis diuiditur in iniustam, nullam,& iniustam validam: & ista iniusta valida subdiuiditur.

5 Excommunicatus sententia iniusta quæ nulla est ex defectu causæ tenetur eam tantum publicæ obseruare, nec efficitur irregularis si celebret cum scandalo,licet peccet.

GLoss.2 in verbo. *Deuela guardar*. concludit sententiam excommunicatio-
nis iniustam seruandam esse , quod dicit
1 speciale in ista sententia,vt claues eccle-
siæ magis timeantur: at in quantum glo.
dat istam specialitatem in sententia ex-
communicationis (si sententia potest di-
ci) nullam in hoc habere specialitatem,
dicit Nauarr. in summa,in cap.27. nu.3.
nam in alijs casibus, etiam sententia in-
* iusta executioni mandatur, text. In cap.
cum inter.de re iud.& in. l. res iudi.a ff.
de reg iur.

2 Tamen pro expositione , principalis gloss.conclusionis, præmitto , quod excommunicatio diuiditur,in iustam,& in iniustam: iusta est illa quę imponitur per iudicem competentem. iusta de causa.& forma canonica , & ista nihil operatur quoad Deum, & ecclesiam triumphantem, secundum gloss. in cap. quodcunq; 24.quæst 1.quam non admisit Panorm. in Rub. de sentent. excommun. num 4. & ibi Felin.numer.4.qui assignant multos casus,in quibus excommunicatio iusta operatur,quoad ecclesiam triumphãtem: quia licet sit verum, quod pro peccato mortali , ilico quis separatur â gratia Dei,cap.illud.11. quæstio. 3. & ecclesia quoad hoc, nihil aliud faciat quã denunciare, nihilominus propter excommunicationem,habet diabolus maiorem potestatem in excommunicato,quo vtitur, tanquam rusticus iuramento: & istã sententiam Alb & Felin. vbi supra approbat,& sequitur Martin Azpilquet. Nauarr in cap ita quorundam. de iud. in glos.fin num.8. & in summa in cap.27. numer 2

3 Iniusta autem sententia excommunicationis est, quæ imponitur per iudicem incompetentem, vel ex causa nulla, vel falsa,vel iniqua,vel nõ zelo iustitię, sed indignationis,vel irę,aut inuidię, aut iuris ordine nõ seruato:vt si non pręcessit monitio debita casu quo requiritur, secundum cap. sacro.& cap.constitutionẽ. de sent.excommun. in.6. & habetur per sanct Thom.in 4.distinctio. 18. quęst.2. articul.1.& Sylu.in summa,in verbo.excõmunicatio.el 2.num.3.

4 Et ista iniusta subdiuiditur, in iniustã, validam & in iniustam nullam , de qua iniusta cum potest esse valida, & inualida loquitur c.sententia pastor.11.quęst.3. & glos.nostra; & ista iniusta valida, iterum subdiuiditur,in iniustam ex defectu rectitudinis animi iudicis, aut ex defectu formę non substantialis, & in iniustã ex defectu iustæ causę ad excõmunicandum, illa tamen iniusta ex duabus prioribus causis, scilicet ex defectu rectitudinis animi iudicis,vel formę non substantialis,valida tamẽ est,& ligat vt iusta in

vtroq; foro interiori, & exteriori: sed iniusta ex defectu causæ, in foro interiori quasi nihil operatur (sed bene aliquid in exteriori) quia non priuatur interiori communione, nec suffragijs ecclesię, & ministrorum eius, & ita Caieta. in opuscul. de effectu excommuni. tomo.2. inquit, quod talis excommunicatio iniusta non propriè est excommunicatio, sicut homo mortuus non est homo: exemplum non placuit Nauarro in summa, in cap.27. numer.3. licet essentialiter bene dixit.

5 Et ideo excommunicatus dicta excōmunicatione, quæ iniusta est ex defectu causæ, tantum tenetur eam obseruare publicę, vsq; dummodo populo constet, vel debeat constare de nullitate: & sic poterit tamen secrete, vel sine scandalo, audire diuina officia, & etiam celebrare, circunstantibus omnibus, quibus de nullitate, vel de causa iniusta constat, vt habetur per Nauarr. in dict. capit.27. numer.5. & numer.46. & .47. & Syluest. in dict. verbo. excommunicatio. el.2. numer.1. in fin. quia si notorie de nullitate sententiæ excommunicationis constat, tunc non est timenda quoad Deum, nec quoad ecclesiam: si vero non constat timenda quoad ecclesiam, & sic dixit Couarru. in capit. alma mater. 1 part §.7. folio. 64. quod iniustè excommunicatus, occulte celebrando absque scandalo, non peccat, neque erit in animæ iudicio, pœnis canonicis affectus.

Constituitur tamen alia differentia, inter excommunicatum nulla excommunicatione, & excommunicatum tantum iniusta: quod primus etiam si cum scando celebret, & in hoc peccet, non efficitur irregularis, sed qui iniusta excommunicatus fuerir, celebrando cum scandalo irregularis efficitur, vel diuinis se immiscendo: quam differentiam constituit gloss. in cap. postulatis, in verbo. spoliandi, & ibi Panormitan. de cleric. excommun. ministr. & Abb. in cap. per tuas. de offici. deleg. & Syluest. in dicto verbo. excommunicatio. el.2. numer.1. in casu.8. & notabil.4. dubio.8. & Thoma. in.4. dict. distinctio.18. quęstio.2. articul.1. & dict. Couarru. dict. capit. alma. §.7. numer. 7. folio. 63. column. 3. & ex prędictis differentijs, intelligetur lex ista & quę glos. dicit.

In.l.21.tit.9. par.1.in glo.1.

1 Aßignat glossa tres rationes quare sententia excōmunicationis làta per appellationem non suspenditur.

2 Petro fuit data potestas immediatè à Christo iurisdictionis spiritualium, & temporalium, & istă data fuit Imperatoribus, & Regibus in ministerium: licet contrariū videre per Nauarr. in c. nouit. de iud. notab.3. num.86. & .89.

3 Excommunicatio non imponitur immediatè á Christo, sed à suis Vicarijs qui in causarum decisionibus errare possunt, nec Papa potest disponere, quod Deus non disponeret.

4 Aliquando excōmunicatur homo pro delicto.

5 Cotumax manifestus, & verißimus non auditur appellans.

6 Timor incutiendus est ad obseruationem clauium ecclesiæ iure seruato, & modo debito.

7 Sententia excommunicationis eo non suspenditur per appellationem, quia à pœna iuris non licet appellare.

8 Sententia qua quis declaratur excōmunicatus suspenditur eius effectus per appellationem.

9 Excōmunicatus non declaratus per sententiam non euitandus est.

10 Potentior est appellatio à sententia denunciationis, quam quæ interponitur ante sententiam excommunicationis.

Et de consuetudine ante denunciationem non euitátur excommunicatus

siue sit specialiter, siue generaliter excommunicatus.

GLos.1. in verb. *Se alce.* asignat ratio-
nes, quare per appellationem sentẽtia
1 excommunicationis nõ suspendatur, &
ponet tres. Prima est quia noo est homo
qui ligat sed Christus, qui hanc dedit po
testatem. Secunda quia nemo excommu
nicatur nisi propter contumaciam, sed
contumax nõ auditur appellans. Tertia
ratio est vt claues ecclesiæ magis timean
2 tur.

Sed quia alia ratio, quare per appellationem sententia excõmunicationis nõ suspendatur, mihi videtur melius quam infra referam, ideo ad istas respondeam. Et dico quoad primam, quod quãuis verum inuensibile sit, Christũ Petro vices suas in terra immediate cõcesisse, dicẽndo, pasce oues meas, & tibi dabo claues, & sic fuit ei data potestas iurisdictionis spiritualium, & temporalium, & ista data sit Imperatoribus, & Principibus in ministerium, quæ respectu Papæ est subdelegata, vel subordinata, tex. in c. quicunque litem. 11. q. 1. & in c. Imperator. 96. distinct. & habetur per Syl. in verb. Papa. nu. 2 & Anto. de Rosellis. in tract. de potestate Papæ & Imperato. vol. 14. tract. §. 2. nu. 2. fol. 308.

3 Tamen quia dicta excommunicatio non imponitur immediatè à Christo, sed mediatè ab eius Vicarijs iudicibus, qui errare possunt. In causarum decisionibus c. inquisitionis. de senten. excommu. & in c. literas. de rest. spoliator. nõ videtur sufficiẽs ratio. Nã esset defensam leso tollere, quæ de iure naturali est concessa, vt in Cle. pastoralis. §. cæterum. de re iud. & ibi per. DD. & in c. olim. & ibi glo. de resti. spoli. quam nemini Christus auferet, vt pote qui iustissimus & pijssimus, neque ea fuit mens Canonis, in. c. præterea. de appellat. prohibens dictam appellationem, cum iudicium hominis, debet ad sui iustitiã, esse cõforme iuri diuino, & sic Papa nõ potest disponere quod Deus noo disponeret, vt in text. in. c. à nobis. de senten. excommu. el. 2. & refert Abb. in. c. vt nosrrum, vt Ecclesiast. benefi. sine de mi. nu. 2.

Ad ratiooem secũdam dicentem, quia
4 nemo excommunicatur, oisi pro contu
macia. Dico, quod aliquando excommunicantur pro delicto, vt supr. l. 10. glo. 1. num. 9. rit. isto dixi.

5 Er in quantum dicit, quod contumax non auditur appellans, procedit in maoifesto, & verissimo contumace qui est ille qui respondet, nolo comparere, vel nolo obedire. Nam quamuis verus contumax sit, auditur appellans, saltem à iudice ad quẽ, vt cognoscat an legitime fuit impeditus in non comparendo. Et sic non procedit ista ratio, de quo late supr. l. 10. isto titul. in glo 1. nu. 4.

6 Ad tertiam vbi dicet, vt claues ecclesiæ magis timeaotur, respondeo quod iste timor incutieodus est, modo debito, & iure seruato.

7 Sic ego asigno aliam rationem, quæ mihi magis arridet, vt dicamus, quod ex eo sententia excommunicationis non suspenditur per appellationem, quia nemini licet appellare à pœna iuris, gloss. in. capit. cupientes. §. quod si per viginti, in verb. priuatus de electio. in. 6. Guido papa, in singul. 181. Felin. in c. parochianos. de sent excommu. num. 4. & in c. cum non ab homine. de iudi num. 19. & Capic. decisio 1. nu. 19. Bernard. Diaz reg. 41 & Salze. ibi, & tex. in. c. quia nos & ibi glos recepta de appellat. & est similis, gloss. in. c. super his. de accusatio. in verb. arbitrium. Istam rationem asignat doctissimus Nauarrus, in. c. cum contingat. de rescript. io causa. 15. sol. 143. vbi dicit: licet appellatio ab excommuoicatione interposita, non suspendat eam, per capit. cum contingat. de offic. & potestat. deleg. & in. c. is qui. §. fin. de sent. excommu. in. 6. Imò ea appellatiooe nõ obstante potest denunciari populo excommunicatus. capit. pastoralis. §. verũ
8 de appellario: tamen interposita appellatione sententiæ, qua quis declaratur excommunicatus, effectus illius seotentiæ declaratoriç, qua quis declaratur excommunicatus suspenditur. Quoniam licet primo à pœna legis non potest appellari, per text. in. l. si qua pœna. ff. de verb. signific. à declaratione tamen quod quis in eam incidit appellari potest, & sic ista ratio magis iuridica videtur, quam allegatç per glossam nostram, de qua conclusione vide Dueñas, reg. 39 & gratia, reg. 172.

Et dicta suspeosio, sententiæ declara-
toriç

9 toriæ est magni effectus: quid talis excommunicatus, non erit vitandus, secundum Cardin. in Clem. 1. §. si quis. quæstio. 11 de sequestra. possessio. & fruct. quod dictum Lapo ascribit, & dicit vtilo, & singulare in praxi: & id commendat multum Felin. in cap Rodulphus. de rescript. numer. 25. & Decius in cap. peruenit. de appellatio. numer. 6. & ante eos id censuit. Ioann. Andr. in dict. cap. pastoralis, in. § verum in versic. denunciate: quæ conclusio confirmatur per extrauagantem Martin. V. quę postea reualidata fuit in Concili. Basiliensi, cuius verba propter varietatem literę in contextu referunt multi: scilicet, sanct. Antoni. in. 3. part. titul. 25. cap. 3. & Nicola. in supple. summę Pisanę. in verbo. clerici. el. 3. in fin. & Felin. in dict. cap. Rodulphus. numer. 28 & Martin Azpilquet. in cap. 1 §. laborar. de pœn distinctio. 6. numer. 10. & in summa. cap. 25. nnmer. 80. & 81. & ibidem in cap. 27. numer. 35. & Couarru. in cap. alma. 1. part. § 2. num 7. cum sequentibus, in qua prouisum stat, neminem esse vitandum etiam in sacramentorum participatione, nisi specialiter fuerit excommunicatus, & denunciatus à iudice, vel ita notoriè excommunicatus, quod nulla tergiuersatione celari posset, aut aliquo modo iuris suffragio excusari quia si excommunicatus, ante vel post denunciationis sententiam appellauerit, non erit euitandus.

10 Potentior est enim appellatio, à sententia denunciationis, vel declarationis, quam illa quæ interponitur ante sententiam excommunicationis: vt ostendit Cardin. in dict Clemen. 1. §. si quis. quæstio. 11. & Bonifac. in Clemen. 1. de causa. possess. & propriè, & refert dict. Nauar. in dict. capit. cum contingat. de rescript. nullitate. 5. fol. 144.

Et quamuis ille qui notorius excommunicatus est, secundum dictam extrauagantem erit absque denunciatione euitandus, tamen de consuetudine, quę est optima legum interpres, capit. cum dilectus. de consuetud. l. minime. ff. de legib. testatur Nauarr. in d. c. 1. §. laboret, de pœni. distinctio. 6. numer. 23. quod non euitatur siue sit excommunicatus generaliter, siue specialiter ante dict. denunciationē, quę notatu digna sunt, in nostra materia.

1 Sententiæ excommunicationis interdicti, & suspensionis sunt anormes cum limitationibus remissiuè.

2 Suspenditur denunciatio per appellationem, & casus in quibus excommunicati, interdicti, & suspensi æquiparantur.

3 Denunciatio non suspenditur per appellationem nisi ex iusta causa, nec & minus suspenditur excommunicatio, quamuis ante sententiam interposita sit appellatio ex causa iniusta.

4 Sententiā excommunicationis ad tempus relaxatam non suspendit interposita appellatio.

5 Et in interdicto, & suspenso idē fatetur glos. nostra.

6 Interdictum, suspensum, per modum temporalis liberationis, per appellationem interpositam suspenditur; non aut si suspenditur per modum simplicis sublationis.

Glos 5. in verbo *Deuiendo*. in versic. sicut ergo excommunicatio, & dicit
1 gloss. sententias excommunicationis, interdicti, & suspensionis esse anormes: quia per appellationem non suspenduntur ad cuius cōclusionis limitationē multa videri possunt, per Petrum Dueñas, reg. 46. nu. 8. & per Bernar. Diaz, reg. 39.
2 & Ioan. Grac. reg 172.

Limitatur in sententia denunciationis, quæ vt supra in gloss. proxima dixi, suspenditur per appellationem, & idem est in alijs censuris, interdicti, & suspensionis, quæ licet non suspendantur per appellationem, postea interpositam, tamen suspenditur denunciatio, per dictā appellationem: vt notauit Ioann. Andr. in capit. ad hęc quoniam. de appellat. & Imol. & Panor. vbi casus omnes ponuntur, in quibus excommunicati, interdicti, & suspensi, æquiparantur, & Lapus &

Cardi. in dict. Clem. 1 §. si quis vero q. tr. de sequest. posse & fruct. & ibi Guiller. de Monte Laudo, & Bened. de Ripul. & Ioan. de Imol. Archid. in cap. quod suspecti. 3. quæst. 5. Roma. cons. 482. & Felin. in cap parochianos de sentent. excōmu. numer. 3. & 4. Martinus Sansius in tract. de indiuiduis, folio. 33. colum. 2. post medium.

3 Quæ conclusio limitatur ad appellationem ex iusta causa positam, quia si talis non est, non suspendet denunciationem, nec etiam excommunicationem quamuis antea interponatur appellatio, quod est multum notandum, cōtra quosdam sciolos existimantes, illico quod appellationem interponant, ante excommunicationis sententiam, eam suspendere, ex quacunque causa interponatur, per text. in capit. per tuas. de sentent. excōmun. & in cap. solet. eod. titul. in. 6. & in cap. cum appellationibus fribolis. de appellat. in. 6. Notat Nauarr. in cap. si quando. de rescrip. 2. limitatione.

4 In eadem glos. in vers. quid autē, si sententia prope finem: vbi quærit, si sententia excōmunicationis sit relaxata causa ferendi testimonium, iuxta text. in. c. veniens. de testib. an interim interposita appellatio, suspendat effectum excōmunicationis, & dicit quod nō: pro qua cōclusione allegat Bal in. cap. 2. de test. cogen. & eundem Bal. in. l. 2. in. § & harum. ff. de verbo. oblig & Ias. ibidem: idemq; concludit, quando fit suspensio interdicti, per modum temporalis liberationis, secundum Bald. & Ias. in locis citatis, hactenus glos.

Primam glos. conclusionē, tenuit alia glo. in. c. præsenti, in verbo. declaramus, de senten. excōmu. quia excōmunicatio aut in totū est tollenda, aut remanet eius vis, & effectus integer, non obstante suspensione, & sic non potest tolli absque absolutione: sed ista non impediunt quin liceat absoluere ad certū actum, & ad certum tempus, quo finito, iterū absolutus erit excōmunicatus ipso iure, quæ absolutio vocatur vulgo ad reincidentiam, & hanc dicit cōmunem Didac. Couar. in. c. alma. 1. p. §. 11. num. 5 fol. 99.

5 Secunda tamen gloss. conclusio, dicēs, idem esse in interdicto, & suspenso, ad tempus, per modum temporalis liberationis, ita quod si post eius suspensionem, interponatur appellatio, non suspendat dictum interdictum: allegat d. Bald. & Iaso. locis supra citatis: & quāuis dictam glos. nostræ sententiam, tenuit Innocen. & Cald. in cap. ad hæc quoniam. de sent. excōm. & Ioan. Cald. in tractat. de interdicto ecclesiastic. in vol. 16. tract. fol. 258. in fin. quęst. vbi absque vlla distinctione affirmat, quod vtcunque interdictum suspendatur, non poterit eius effectus suspendi per appellationem interpositam, quia semper sententia remanet ligans saltem habitu.

6 Sed in quantum gloss. nostra, dicit in finalibus verbis, quod effectum interdicti suspensi ad tempus per modum temporalis liberationis non tollitur per appellationē interim interpositam ęquiuocat & perperā dicit fortasse vitio impressoris, nā contrariū dixit Bal. in c. 2. nu. 42 de testibus cogendis, vbi circa interdicti suspensionem, per interpositam appellationem distinguit, aut interdictum fuit suspensum per modum temporalis liberationis, & tunc appellatione interposita possunt diuina celebrari, aut fuit suspēsum per modum simplicis sublationis, & tunc secus: & sic concludit in dict. l. 2. § 1. in gloss. in verbo, detur, & eandem Bald. opinionem sequitur Ias. in dict. l. 2. §. & harum, numer. 37. in numeris marginalibus, & in summario nu. 26 & prædictam Bal. sententiam prius tenuit Hostiens. in dict. c. ad hęc quoniam. de sent. excōmun. vbi dicit, intra tempus suspensionis, interdicti appellari potest ab ea sicut à conditionali, quę cum distinctione. Bald. est intelligenda, quam sequitur tanquam communem Martin. Sansius in dict tractat. de indiuiduis folio. 33. colum. 2. in initio & Syl. in verbo, interdictum. el. 3. numer. 9. ratio autem differentiæ, inter excommunicationem. & interdictum quare eam non suspendat dict. appellatio interposita & istud sic, ea est, quia in excommunicatione fit suspensio, vt dicit Bald. dict. cap. 2. de test. cog. & tota vis, & effectus remanet, non obstante suspensione, & ideo tolli non potest, nisi per absolutionem: in interdicto autem suspenso per modum liberationis ad tempus, fit extinctio: vt habetur per Syluest. in verbo. interdictum, el 1. num. 5. & per Couarr. in d. c. alma mater, 2. part. §. 11. numer. 5. & sic ex supradictis

constat

cōſtat,non procedere gloſ.noſtræ ſecū-
dam concluſionem,& perperam pro ſua
ſententia allegaſſe Bald.& Iaſ.

In.l,23.tit,9.p.1.in glo.2.

1 *Legato etiam Cardinali non creditur dicenti Papā ſibi reſeruata conceßiſſe cum ampliationibus, & limitationibus remißiue.*

GLo.2.in verb.*Que viuen con el.*in verſ.
& legato,vbi dicit,quod nō creditur,
1 etiam legato Cardinali dicēti, Papam ei
concesſiſſe,ſibi reſeruata,niſi literas oſtē
dat,tex.in.l.1.C.de mand.princip.

Ampliationes, & limitationes ad iſtā concluſionē habentur,per Bernar. Diaz, reg.419.& per Ioann. Gracia.reg.196.& per Felin.in.c.ſuper his de fide inſtrum. numer.3. & Decium conſ.214.num.2.& Panor.conſ.94.num.3.part.2. Alexand. conſ.106.num.17.lib.2. & Iaſ. in repet.l. admonendi.ff.de iure iura.nu.189.Andr. Tiraquel.in tract.de pœnis temper. cauſa.51. nu. 100.

In,l.26.tit,9. par.1.in glo.1.

1 *Contumax manifeſtus non debet abſolui niſi prius refuſis expenſis, & ſufficiente cautione de ſtando iudicio præſtita.*

GLo.1.in verbo.*Iurar.*in verſ. & quādo dicit,quod quando excōmunicatio infertur pro contumacia,tunc ad abſolutionem obtinendā non ſufficit cautio iuratoria,ſed debet eſſe alias ſufficiēs: in qua concluſione , vt melius habeatur eſt diſtinguendum.

Aut contumacia eſt manifeſta, aut nō:
1 primo caſu excōmunicatus abſolui non
debet regulariter, niſi reali ſatisfactionē
premiſſa expenſarum,& ſufficiente cautione de ſtando iudicio præſtita: ſed ſi contumacia manifeſta non ſit abſolutio,fiet tantum præſtita ſufficiente cautione, vt cautum ſtat in cap. venerabilibus.§.1.de ſentent.excōmun.in. 6. & in cap.qua fronte.de appellatio.& ibi gloſ. quam ſequitur Panormit & Fran. ibidē: & pro elucidatione dico,quod euidenter contumax dicitur ille,qui fatetur ſe citatum fuiſſe, vel cum conſtat ad aliquā in iudicio apparuiſſe, & ad iudicem nollit accedere,vt optime habetur per Couarr. in cap.alma mater.1. part. §.11. num.11. & Ioann.Grac.in reg 3. num.6. & ſupra iſto titul.dixi Latius in.l.10.in glo 1.numer.9.& in.l.12.iſto etiam titu.in gloſ.1. numer.5.

1 *Iudex qui excōmunicat quamuis ſacerdos non ſit,poteſt abſoluere.*

GLoſ.4.in verbo.*Diziendo aßi.*in verſic.
& ſi iudex.Probat iudicem excōmu-
1 nicantem,& ſi ſacerdos non ſit, poſſe ab
ſoluere: licet Hoſtien.in. c. à nobis, el.2. de ſentent.excōmun.& in cap. ad aures. de ſymo.contrariū tenuit, & aliqui ſummiſtæ eum ſequuti ſunt,tamen gloſ. noſtrę ſententiam defendit, & fundat Couar.in.d.c.alma.1.par.§.11.nu.10.

In.l.32.tit.9.p.1.in glo,2.

1 *Contumax qui vltra annum ſtetit animo indurato in excommunicatione beneficijs priuatur quamuis delictum hoc non poſtulet in cauſis criminalibus.*

2 *Cōtumax qui vltra annum in cauſis criminalibus ſtetit animo indurato in excōmunicatione,licet habeatur pro hæretico non pro conuicto, limitatur in cauſis hæreſis ſi citatus fuit, vt veniret de fide reſponſurus , quia vehemens præſumptio tranſit in violentam.*

3 *Contumax poſt annum quoad perſonam auditur ſi obediens venerit ſe excuſatum.*

4 *Cōtumax qui per.40. dies, & per ſex menſes in excōmunicatione ſteterit mulctabitur.*

GLoſ.2.in verbo.*Por otra razon*:dupliciter concludit:primo,quod quando ob aliud crimen quam hereſis, contumax

vltra annum stetit, animo indurato in ex
communicatione, erit beneficijs priuan-
dus, etiã si causa pro qua fuit citatus hoc
1 non postulet, quia non caret scrupulo hę
reticæ prauitatis, & hoc quando agitur
de crimine, siue ciuiliter siue criminali-
ter, & non alias. Et sic limitanda iura. in
c.quicunque, & in c.rursus.11.q.3. Secun
do insuper dicit, quod lex ista in illis ver
bis. *Deuelo de dar por herege*, præsumptiue
disponit, & sic quod licet habeatur pro
hæretico, præsumpto non pro conuicto,
hactenus glos. ista.

Prima conclusio glossę cõfirmatur per doctrinam Abb. in c.1.n.24. de iudi. & in c.contingit. de dolo & contu.n.7. & Roma. in singul.303. & Antoni. de Butri. in d.c.cõtingit, per glos. fi. ibi Aegidi. de Bella. in c.cum bona. de ętat & qualit. Chassa. in consuetud. Burgund. in Rub. 1 §. 6. fol. 64. Palac. Rubi. in c. per vestras. § 28. nu. 22. & Bernar. Diaz, in pract. c. 142. & per Dueñas reg. 153. n. 4. idem probat Reperto. inquisi. in verb. contumacia, in ver sic. nota, quod si quis accusatus.

2 Quoad secundam conclusionem, vbi di
cit, quod ex dicta contumacia in dictis
causis criminalibus, habetur pro hęreti-
co, sed non pro conuicto.

Limitatur in causa hæresis, quæ criminalis & criminalissima est, & ex cõtumacia statim insurgit vehemens suspicio, (& si crimen hæresis non sit probatum) si incitatione ponitur clausula, quod veniat de fide responsurus, vel se excusatum, super inquisitione hęresis facta contra eum, & si tunc non comparet, poterit excommunicari. In qua excommunicatione si per annum stetit, animo indurato, tunc illa suspicio vehemens, trãsit in uiolentam, & tanquam hæreticus poterit condẽnari. c.cum contumacia. de hæret. in 6. Siman de instit cathol c.14. n.1. per text. in c.excommunicamus. el 1. de hæret. c. per literas. de præsumptio. & in auth. *Gazaros*. C. de hęret. & per Abb. in c cum P. de purgatio. cano Felin. in d.c. excõmunicamus. nu.1. Vmbert. in iudicio inquisitorum. in verb. cõtumax. n. 4. qui isto casu pro conuicto habetur, vt asserit Reperto. inquisi. in verb. contumacia, fol. 200. col. 2.

3 Sed nihilominus si post lapsum anni,
venerit se excusatum, & paratus Eccle-
się obedire, erit audiendus de crimine,
sed bona non recuperat. l. annus. ff. de re
quirẽ. reis, & habetur. d. Repertorio inqui
sit. in verb. cõtumacia. fol. 200. col. 2. post
medium, & per Siman. de instit. cathol.
d.c.14. num.5.

4 Qualiter hodie excõmunicati mulcten
tur, qui per triginta dies steterint in ex-
communicatione post denunciationem,
& qualiter qui post sex menses contuma
citer, ponit. l.1. titul. 5 lib. 8. Recopil. per
quam lex ista corrigitur, vt testatur Ola
nus in antinomia, in epilogo nu. 4.

1 Nullum peccatum est adeo veniale, inquit glos. nostra, quod assiduitate, & consuetudine non fiat mortale, quę conclusio refellitur. nu. 2.

2 Assiduitas importat circunstantiam, qua non transit in aliam speciem peccati.

3 Quando ratio habet tempus sufficiens deliberationis tenetur reprimere motus naturales, sed qui non fecerat nõ ideo pœna peccati mortalis erit damnãdus: nec omnis contemptus rationis inducit peccatum mortale.

4 Peccatum veniale quatuor modis efficitur mortale.

5 Redditur ratio quare idem numero actus in genere moris, qui venialis est, non potest fieri mortalis, ex quo aperitur Syl. conclusio.

GLos.6 in verb. *En la menor descomunion*.
Primo dicit, quod ad euitandum ex-
cõmunicatum, necesse est quod prius de
nuncietur, sed quia latè dixi de isto arti-
culo supr isto tit. in. l. 21. in glo. 1. ideo des
cendam ad sextã fallentiam, quam glos.
ponit, vbi dicit: Sexto si communio cum
excommunicato sit nimis frequens, &
2 assidua, quia nullum peccatum est adeo
veniale, quin ex consuetudine, seu assi-
duitate fiat mortale, per text. in. §. cri-
minis. 25. distinct. in capit. vnum ora-
rium. Hactenus gloss. quæ sequuta est
aliam glos. in cap. tres de pœniten. di-
stinct.

ftin.1.dicentes,quod vilipensio & contẽptus peccati venialis, faciunt veniale, mortale. Et etiam Abb. in cap. nã concupiscentiam de constit. n.5. vbi inquit, nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet ex consuetudine. Quæ conclusio generaliter sumpta non procedit, ex eo quod dixit san. Tho.1.2.q.88.ar.4. ꝗ nullum peccatum
2 veniale sit mortale, ex sola assiduitate vel consuetudine, quem refert & sequitur Navarr. in cap. consideret de pœniten. distin.5.in.§ tanto. num. 3. fol.81. quam sententiam diui Thomæ secutus est Archie. in dict. cap. tres, vbi respondet ad dict. §. criminis. 25. distin. & dicit quod non probat, quod idem peccatum veniale, in eadem specie efficaciter mortale. Et sic Cardin. Alexan. in dict §. criminis dicit, quod peccatum veniale, occasionaliter bene fit peccatum mortale, quia propter assuefactionem de facili cadit in mortale, non causatiue, ita quod ipsum veniale, efficiatur mortale, ex quo sunt diuersę species. & etiam probatur ex diuo Thoma.2.2.q.150 art.2. vbi dicit assiduitas importat circunstantiam, quæ nõ trahit in aliam speciem peccati, & sic nõ potest in infinitum aggrauare, vt de veniali fiat mortale.

3 Neque videntur obstare, quæ in contrarium dicuntur per. d. glos. in. c. tres. de pęniten. dist.1. in ver. & opprimunt quã Syl. refellit, in ver. peccatum num.4. neque alia in dict. cap. verum. §. criminis. 25 distinct. neque etiam rationes quas ibi num.9 Ioan de Turrectem. adducit dicens, quod peccatum veniale propter assiduitatem in mortale transit quia ratio quando habet tempus sufficiens deliberationis tenetur reprimere motus veniales, & sic fit mortale propter contemptũ rationis qui in assiduitate actus inueterata consistit. Nec etiam obstant quæ ex eisdem rationibus dicit supple, ad summa. pisa. in ver peccatum. el. 3. col. 4. nã ad primum respondemus.

Quod licet sit verum. quod ratio habens sufficiens tempus deliberandi, debet resistere motibus venialibus, nõ ideo pœna peccati mortalis erit damnandus, qui contrarium fecerit. Ad secundum, quod non omnis contemptus rationis, inducit peccatum mortale, sicut nec omnis transgressio legis naturalis est peccatum mortale, vt omnes testantur. Et sic concludo contra glos. nostram, per omnia supradicta.

4 Licet nõ negẽ, peccatũ veniale quatuor modis fieri posse mortale: primo si in dicto peccato veniali quis statuat finem vltimum, paratus scilicet mortaliter peccare, si de hoc cogitaret actum: secundo si fiat ad finẽ, qui sit peccatum mortale: tertio, si interueniat contemptus intellige proximi, vt habetur per supple. summæ pisan. in ver ornatus, non autem de contemptu ipsorum peccatorũ venialiũ, de quo loquitur glo. in dict. capit. tres. in verbo, & oppriment, vt testatur Syl. in dict. verb. peccatum. num 4. veluti, si quis de salute proximi non curet, vt manet dictum: quarto, si conscientia sit erronea, credens esse veniale, quod est mortale, & nihilominus facit.

5 Sed quæro quare idem actus numero, in genere moris, qui est venialis, non potest fieri mortalis, sed specie sic, secundũ Pet. quem Syl. refert in summa, in verb. peccatum, num. 4. qui rationem diuersitatis non assignat, & dico, quod ea ratio differentiæ est: quia nõ est possibile eundem actum numero in generi moris: primo esse veniale, & postea mortale, eo quod actus in esse moris non est, nisi in quantum est à voluntate & ratione. Vnde non manente eadẽ habitudine, ad actũ voluntatis & rationis, non habet idẽ esse morale, nec per consequens manet idem actus moralis, numero, manente vero eadem habitudine voluntatis & rationis, non potest fieri mortale, si primo fuit veniale. Quæ ratio non currit in eodẽ numero actu, in specie, qui secundum se ex suo genere cum sit veniale, potuit fieri mortale huic vel illi quatuor prædictis modis, vt videri potest in illo qui cũ muliere lusit causa complacentię vanæ, non tamen turpis, & postea continuetur lusus causa turpitudinis, quam rationem differẽtiæ colligitur à Ioan de Turrecre. in. d. c. tres. de pœnit. dist.1. nu 9. & eam nota ad intelligendam conclusionẽ Syl. loco citato.

In.l.39.tit.9.pa.1.in glo.6.

Laicus quamuis in ecclesia delinquat punitio delicti principalis pertinet

net ad iudicem laicum & sacrilegij ad vtrunque.

1 GLos.6, in verb. *Por fuerça*. dicit quod licet laicus, in Ecclesia delinquat, quod punitio pertinet ad iudicem sæcularem, non ad Ecclesiasticum, vt tenet Bart. in l.si cui.§. cum sacrilegium. num.3. ff. de accusatio. quamuis contrariam teneat Cyn.in.l. præsenti.C.de his qui ad ecclesia.confu.& Bart. sententia magis recepta est. Et sic dicit eam magis communem, Rolan.à Vall.consil.24.nume.5. & 6 lib.2.& Bertrand.consil.9.&.10. lib.7. & licet ista procedant circa principale delictum, tamen de sacrilegio, quod per irreuerentiam committitur, iudex Ecclesiasticus puniet delinquentes, vt testatur Didac.Couarru.in lib.2.varia.ca.20. num.18.& Iul.Clar.in.q.38.num.18. & Doctor Segura de Aualos in directo iudi.2.pa.c.6. num.12.

Titulus decimus.

De las yglesias como deuen ser fechas.

In.l. 1.titu.10.par.1.in glo.1.

1 *In quibus modis intelligatur ecclesia quæ errare non potest, & alias significationes pro quibus sumitur.*

GLos.1.in ver. *En tres maneras* Remissiuè dicit qualiter summatur hoc nomen ecclesia, & quamuis satis bene dixerunt glo. in capit cum clerici, de verbor.sign.
1 & glos.in cap fin.ne prælati vices suas. Non tamen locuti sunt de Ecclesia, quæ errare non potest. Et ideo dico, quod ecclesia quæ errare non potest, ex doctrina S.Thom.in.4.distinct. 49.& in.2.2.q. 1. & ex doctrina sancti Antonini.4. part. titu 8.cap 4. § 4. Quadrupliciter sumitur. Primo formaliter & vere, & est omnis populus fidelis, per totum orbem maxime Deo vnitus, per charitatis amorē. Secundo dicitur formaliter & representatiue, & est concilium generale. Tertio dicitur virtualiter & formaliter simul, & est ecclesia Romana, quæ est caput omnium ecclesiarum, virtualiter continens autoritatem totius ecclesiæ. Quarto etiā virtualiter & representatiue simul, & est collegium Cardinalium, cum suo capite, id est, summo Pontifice, vt refert Sylu in ver.ecclesia, qui etiam dictas glossas allegat, el.1.num 4. quia ecclesia est columna veritatis, edocta à Christo, & ab Apostolis, & ab Spiritu sancto, vt habetur cap.1. sessio.15.fol.55 in Concil.Triden. & ibidem sessio.6.c.1.fol.35.colum. 2. in fin. quę limitantur ad ea quæ sunt de fide & moribus, vt per Thom. concluditur loco citato, & Syl.vbi supra, num.3. quasi secus sit in decisionibus causarum, per tex. in cap.inquisitionis de senten. excōmu. & in capit.literas, de resti.spolia. cum Ecclesia non iudicat de occultis, tex. in. c. 1.Concil.Triden.in sessio.23. folio. 130. post medium. & sic coniungendo aliqua inquam, quod Ecclesia aliquando dicitur ecclesia malignantium, aliquando collectio fidelium, & aliquando murorum ambitus, & etiam dicitur Ecclesia, corpus Christi, & aliquando prælatura ipsius ecclesię, & aliquando ipsæ obuentiones prouenientes occasione ecclesiæ, quandoque designat ipsum Episcopū, quandoque viros ecclesiasticos, quandoque maiorem partem capituli, quandoque restringitur ad canonicos matricis ecclesiæ, quandoque congregationem fidelium, vt habetur per dictas glossas, quæ multum conducunt ad intelligendas. ll. hatum partitarum, scilicet ad legem. 29. tit.5.supra.& ad.l. 23.tit. 6.supra.

1 *Quæritur an Ecclesia ædificata sine licentia Episcopi poterit demoliri, an sua dictioni subijcere cum distinctione an sit consecrata vel non. &c. n.4.*

2 *Ecclesia de nouo ædificata si nunciatio noui operis præcesserit, erit demolienda: idemque erit si ædificata est cū præiudicio ecclesiæ parœchialis per interdictum quod vi aut clam.*

3 *Læso ex ædificio alterius competit restitutio, id est, beneficium destru-*

Ctionis

ctionis per interdictum, quod vi aut clam.

5 *Episcopus potest cum præiudicio aliarum Ecclesiarum ex causa ædificare ecclesiam.*

Glos. 5. in ver. *De cada vn Obispo.* Dicit quod ecclesia non potest ædificari, nisi de licentia Episcopi, per tex. in cap. nemo, de conse. dist. 1. Sed quod si de facto fuerit ædificata, sine dicta licentia nō est demolienda.

Prima conclusio probatur etiam per tex. in auth. vt nullus fabricet orato. do. præter licen. Episcopi, & habetur per Sel uã. de beneficio. vol 15. tract. fol. 12. nu. 36. & in hac conclusione nulla versatur quæstio.

2 Secunda vero quæstio ventilata est, an si de facto fuerit ædificata, poterit demoliri, & opinio glos. in cap. fin. 16. q. 5. (falso in glos. nostra allegatæ, vitio typi) fuit, vt non demoliatur nisi præcesserit nunciatio noui operis, quam glos. ista sequitur. Sed dictã glos. in dict. capit. fin. quod incipit, lator, aliter eam intelligerunt Archi. Anton. de Fanto. & Aegid. de Bella. ibidem, vbi dicunt, quod non in illo. d. glo. residet, vt solum ex vi nunciationis, ecclesia ædificata sine licentia Episcopi demoliatur, sed quod subaudiatur, vt si nunciatio non fuit noui operis, transeatur ad interdictum, quod vi, aut clam, text. in. l. si alius. & in. l. vim. & in. l. 1. §. primo & secundo. ff. quod vi aut clam per tex. in. l. 1. in. §. hoc interdictum ff. de noui operis nunciatio. Et ita per istud interdictum demoliatur ædificatum, sicut pet illam nunciationem: quia sicut per eam prouisum est, aduersus opera futura ne fiant, per dicta interdicta, quod vi aut clam, prouisum est aduersus iam facta, secundum Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. de noui operis nun. & Alex. ibi & omnes. DD. quos videtur sequi Abb. in dict. cap. 1. de noui operis nunciatio. si tibi concludit, quod si ecclesia constructa fuerit, cum damno parochialis demoliatur. At Ioan. de Turrecrem. in dict. cap. lator. 16. q. 5. discedit ab opinione Archi. & Aegidij, & distinguit, aut ecclesia est consecrata, & non debet demoliri, aut non est consecrata, & tunc est in prouidentia ordinarij, an debeat destrui vel non. Quem sequitur Abb. in cap. cum olim. el. 2. de priuileg. num. 9. vbi dicit quod ecclesia ædificata, sine licentia Episcopi in parochia aliena non venit destruenda, sed cedit iuri Episcopi, vna cum dotibus suis. Idem Abb. in consil. 89. num. 1. vol. 2. vbi eodem modo concludit, dicendo quod aut potest destrui, vel derineri in ecclesiæ iurisdictione. Et hanc sententiam videtur sequi Paul. de Cita in tract. de iure patro. vol. 15 tract. 3. p. vers. primo quæro. col. 1. & Cæsar Lambert. in dict. tract. de iure patron. li. 1. p. 1. art. 18. q. 2. n. 1 fol. 18. dicẽtes, quod Epũs ad placitum potest reuocare talem ecclesiam, & Rocũ de Curte. in dict. tracta. de iure pat. volu. 15. tract. fol. 365. versic. quinto quæro. num. 6. Et sic videtur, quod Episcopus non tenetur ecclesiam de nouo ædificatam sine sua licentia, præcise destruere, imo quod in eius sit arbitrio, aut eam demoliri, vel suæ dictioni applicare.

2 Prædictis vero non obstantibus, non est recedendum à sententia Archi & Ioã. de Fanto, & Aegid. supra citata asserentium, interpretando d. glof. fin in cap lator. 16. q. 5. quod non solum ecclesia de nouo ædificata, erit demolienda, si nunciatio noui operis præcesserit, sed quod si ædificata est in præiudiciũ parocchię, erit demolienda per interdictum, quod vi aut clam: quia in præiudiciū ecclesiæ parocchialis alia ædificari nō potest, c. ecclesiæ 16. q. 1. & eadē causa & q. ca. quicunque. & cap. ad audientiam, de ecclesi. ædifica. & ita loquitur Abb in dict. cap. 1. de noui ope. nunt. num. 12.

3 Leso etenim ex ædificio alterius quãsius soluto, competit beneficium restitutionis per interdictum quod vi aut clam, & hanc restitutionē glo. in. l. 1 §. 1. ff. de noui ope. nunt. interpretatur destructionem in duobus locis, & Ioan. de Imo. in dict. l. 1. in. §. hoc autem interdicto, nu 13. dicit, nota quod hoc verbum restituere, interdum ponitur pro destructione, secundum rationem subiectę materię, & sic competit destructio pro interdicto, quod vi, aut clam, vt in terminis asserit Host. in tit de noui ope. nunt. in summa num. 7. & Bart. & Alex. & Iasso, in. d. l. 1. §. 1. ff. de noui ope. nunt.

4 Ex sententia Abb. in dict. cap. cũ olim. & in consil. 89. pa. 2. & Paul. de cita. & Ro-

Rochi.de Curti.& Cæsar Lamber. in locis supra citatis, procedit in casu distincto. Ipsi quippe loquuntur, quando aliquis ædificauit ecclesiam, sine licentia Episcopi, neque aliquid ei obest, tūc erit in arbitrio Episcopi, vel ędificium demoliri, vel suæ dictioni applicare, vel ratum habere ædificium.

Quæstio autem nostra est, de qua glo. ista & glo. in dict. capit. lator. 16. q. 5. loquuntur, quando tertius, gratia tuēdi ius proprium vel publicum, aut damni repellendi ecclesiam iam ædificatam peccit demoliri, per interdictum quod vi, aut clā. Qua ratione differentiæ assignata remanet vera interpretatio ad dict. glo in. d. c. lator. & ad glos. nostram, quam assignauerunt Arche. & Anton. de Fanto. & Aegid. vbi supra.

5 Quæ conclusio limitatur, quando Episcopus propter necessitatē populi, vult aliam ecclesiam ędificare, nam tunc potest etiam cum præiudicio aliarum ecclesiarum, text. in cap. ad audientiam de ecclesi ædific. notauit Abb in dict. capit. 1. de noui. ope. nun. num. 12. & ibi Anton. de Butri. num. 11. & Syl. in ver. nunciatio. num. 2.

1 *In oratorijs priuatis hodie sinē licentia Episcopi missam celebrare non possunt.*

1 GLos. 6. in verb. *Missa.* Hodie in oratorijs priuatis, missę celebrari non possunt, sine licentia ordinarij, per text. in cap. 1. in concil. Trid. sessio. 22. fol. 107.

Titulus vndecimus.

De los priuilegios y franquezas que han las Iglesias y sus sementerios.

In.l.1.tit.11.pa.1.in glo 12.

1 *Dominium & publiciana in ecclesiam transfertur sine apprehensione possessionis, si prætium ecclesia soluerit quando non fuit habita fides de prætio, & quando ipse venditor habebat publicianam & dominium cum duobus ampliationibus.*

2 *Fallit regula dicta in possessione, nam ea sine apprehensione in ecclesiam non transit.*

3 *Dominium rei legatæ statim à morte testatoris recta via transit in legatarium cum ampliationibus et limitationibus.*

4 *Cautela ad consequenda legata via executiua.*

GLos. 12. in ver. *El señorio.* quærit an sicut dominium transit ad ecclesiam, si-
1 ne apprehensione possessionis, per. l. istā. & l. fi. C. de sacrosan. eccles. ita transferatur quasi dominiū, seu publiciana, & tenet quod sic si vēditor vel donator ipsam publicianam habebat. Item limitat istam l & d. l. final. quando prætium fuit ab ecclesia solutum, vel de eo fide habita, vt habetur per Bart. & Bal in. l. si ancillam, C. de actio. empt. secus vero si prætium quod soluere tenetur retineat.

Et sic ex dictis iuribus, talis regula cōcipitur titulus sine traditione transfert dominium. vel quasi dominium in ecclesiam, si ipse vendens vel donans habebat, cui conclusioni adde. DD. in cap. ex literis, de consuet. & Alex. in consil. 23. vol. 3. in fi. & in consil. 40. & 51. volu. 6. num. 4. Bart. Bal. in Authen. vt ecclesia Romana. centum anno. gaud. priuil. & Iaso in l. si quis ita promiserit. §. ea lege. num. 21. ff. de verbo. oblig. vbi congerit multos casus, in quibus dominium transfertur sine traditione, & Philip. Decius in. l. traditionibus. C. de pact. & ex traditione propter spem futuræ obligationis committendæ, vt declarat Bart. in. l. sub conditione, col. fi. ff. de solutio. quia nihil interest sit causa legitima re vel spe, secundum eundem Bart. Bal. Paul. in. l. triticum, & ibi Iaso in fi. ff. de verbo. obligatio. & bene per Tiraquel. in tit. de retract. conuentio. fol. 346. num. 67. quibus casibus fructus faciet suos, vt ipse probat

bat. Ampliatur etiam ad relicta vniuersalia fauore piæ causę.

Ampliatur etiam fauore ciuitatis, & rerum spiritualium,& fisci,& non tantū in donatione vera & perfecta,sed in ea, quæ oritur ex pactn adiecto donationi factæ priuato, secundum Couar.in.c.14. num.14.lib.1.varia.resolutio.

2 Fallit d.regula quoad possessionem,nā ea,sine apprehensione,etiam in Ecclesiā non transit quę magis communis est cōtra glos.in dict.l.fi.& glo. in cap. si qua mulier.19.q.3.& contra Oldra.qui eas sequitur,vt habetur per Abb.cap.2.de cōsuetud.& in cap.pastoralis.num.4 de priuileg.& Guiller.Bened.in cap.Raynuntius,in ver.mortuo itaque testatore, el.2. num.79.& Didac.Castel.in l.45.taur.n.3.& Anton.Gomez ibi,nu.111.Bart.in.l. commissa.ff.de publica. Angel.Bal. Roma.ir.l.tanta.C.vnde vi.& Iaso consil. 148.libro 4 sicut in fisco,& in re dotali, ostendit Mieres in tract. de Maiora. 3. pa.q.19.num.2.&.3. & alia multa cnmulauit Ioan.Gracia.in reg.467. sed melius limitando istam fallentiam,tangit Tiraquel.in tract. le mort, in præfatione per totum.

Noto hanc legem, in illis verbis,*O mādas en testamento*. In quantum.l.ista inter 3 alia priuilegia, & casus, in quibus dominium in ecclesiam transfertur,sine traditione,referr legata ecclesię facta, in hoc ecclesiæ de iure oullam prerogatiuam habent,nam dominium rei legatæ, statim à morte testatoris,transit recta via in legatarium particularem, per tex.in.l. à Titio.ff de furt.& in.l.vnica.in.§ in nouissimo.C:de caduc.tollen.& in.l.si seruus legatus ff.de noxali actio.& in.l. legatum ita.ff.de legat.2.& in.l.32.titu.9. par.6.Bart.& DD.in l.1. ff.de leg. 1. & ibi Iaso,num.79.&.81.&.115.& Guiller. Bened.in dict.cap.Raynuntius, in ver.si absque liberis moreretur,el.2.num e.153: & Tiraq.in tract. le mort saisit le vif. in 4 declaratione præfatio.num.3.

Quæ conclusio limitatur, & ampliatur,per Rip.in.d.l.1.ff. de legi.1.à nu. 48. vsque ad num 62.

Ampliatur secundo in seruitute reali, nam transit seruitus legata in legatariū recta via.l.si partem. §.1 ff. quemadmodum seruitutes amitt.l.fi.ff.de seruitut. leg & Bart.in.l.1.ff.de leg.1.nu.6.

Tertio ampliatur in seruitute persona li vsus fructus.l. si Titio fundus.ff. de seruit.leg.Iaso in.d.l.1.num.52.& Ripa numer.60.

Quarto ampliatur in legato vniuersitatis corporum,vt in.l.si grege,vers. vendicari.ff.de leg.2.

Quinto ampliatur,vt non solum ptocedat, quando legatur res particularis, sed etiam si legetur reiuendicatio,re possessa,per tertium,secundum Bal. in.l. si creditoris.num.5. C.de fideicommissis, & Iaso in.d.l.1.nu.123. ff de leg.1.

Sexto ampliatur vt procedat,etiam respectu dominij directi,quod statim transit in legatarium.l.Papinianus.ff.de seruitut. lex à Titio. ff. de furt. vt manet dictum.

Septimo ampliatur, etiam si res legata esset in dominio testatoris reuocabiliter, quia adhuc transit dominium reuocabile per rex.in.l.si fundum,sub conditione.§.si Titius.ff.de leg.1. & ibi Bart. & Paul.de Castro,contra Bal.in.l.1. C. de canditio. institutio. vbi dicit dominium reuocabile alteri quæri nnn potest.

Octauo ampliatur, licet vnum sit in obligatione legati,aliud in solutione vel facultate soluendi,nam etiam transit dominium rei legatæ ipso iure, neque talis facultas soluendi aliud impedit translationem dominij,vt in.l.si quando. §.heres.ff.de leg.1.

Nono amplia in legato nominis debitoris,aut actionis personalis, nam actio 4 vtilis statim transit in legatarium, vt.l. ex legato. C.de legat.alias plures ampliationes & limitationes videri possunt per Petrum Dueñas,reg. 210.& qua actione agendum est, ad consequenda ista legata,& tenent Roderi Xuarez in.l.post rē iudicaram.fol.123. col.2. §. sextus casus, & Antoni,Gomez in.l.45.Tauri.n.117. & Peral.in.l.1.ff.de leg.2.nu.85.& Amiles in.cc.præter. c. 10. in ver. *Execucion*, num.8.& Grego.Lopez,in.l.fin. titul 9. infra.p 6 quod non potest agi via executiua,& Didac.Perez in.l.1.titu.2.libr. 5. ordin.fol.91. assignat vnum medium,scilicet vt hæres vocetur coram iudice, & exhibitnā legatario testamento,interroget iudex eum,an sit hæres illius qui cōdidir illud testamentum, & an si sit verum illud testamentū,& si dixerit, quod sit

fic tunc poterit legatarius ratione confessionis, via executiua legatnm consequi.

In.l.2.tit.11.p.1.in glo.2.

1 Confugiens ad ecclesiam pro debito etiam fiscali gaudebit immunitate ecclesiarum.

2 Lex .13.tit.2.lib.1. recopila.disponens quod pro debito ciuili debitor extrahatur ab ecclesia de consuetudine non seruatur, nec lex.vim obtinet eo quod contra ius canonicum disponit in materia canonica, & contra libertatem ecclesiasticam.

1 GLo. 2. in ver. *Perdenda.* Refert sententiam Abb.in cap.inter alia, de immuni eccles.nu.22. & Oldra. consil.54.dicentium, quod si statuto caueatur, quod debitor non soluens capiatur, & tradatur creditori, quod talis debitor non gaudebit dicta immunitate ecclesiarum, quam sententiam glos. nostra impugnat, imo quod pro debito confugiens ad ecclesias gaudebit earum immunitate, etiam si pro debito fiscali, scilicet tributorũ confugiat. Et in hac sententia residet Didac. Couarr. in lib 2.varia.c.20.num.14.post longam disputationem, quæ sententia prius fuit Roderi.Xuarez in. l.2.tit. *De los gouernos.*lib.3.fori legũ,fol.mihi.416.

Et quod debitor tributorum, debeat gaudere immunitate ecclesiarum, nõ obstante contraria decisione, tex.in. §.tributorum,in auth.demanda.princi.tenet Abb in dict.cap interalia, numer.24. & Couar.vbi supra. & Syl.in ver.immunitas,el.3.nu.3.cum distinctione quam assignauit Chassane.in consuetu.Burg.rub.1.§ 5.num.111.

2 Ex quibus infertur verus intellectus ad conclusionem Olani,in antino.iuris in litera f, num.104.dicentem per.l..13. tit.2 lib.1. recopil. legem istam corrigit quia licet verum dicat,eo quod. d.l. 13. disponit, quod pro debito ciuili debitor extrahatur ab ecclesia, & tradatur carceribus,tamen de contraria consuetudine testatur Didac.Couar.dict. cap.20.n. 14. & quod solum practicetur circa campsores & mercatores, qui in fraudem creditorum rem decogunt,qui tanquam fures furcis suspenduntur.

Et haud iniuste. d.l.13.abroga est, tanquam contraria iuri canonico, & quæ viribus subsistere non poterat. Lex etenim Ciuilis in materijs ecclesiasticis, & spiritualibus, statuere non potest contra . ll. canonicas.c. sicut antiquitus.17.q.4. & in cap.minor, & in alijs capitulis illius causæ & quæstionis, etiam si per viam suppletionis disponat, secundum Innoc. in cap.1 de rebus ecclesiæ non alienandis lib.6. vbi dicit quod licet ius ciuile multa requirat in alienatione rerum ecclesiasticarum, vt in.l.iubemus.& in authen.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct. eccles.tamen ex eo quod ius canonicum circa hoc statuit,licet minora requirendo, non curatur de iure ciuili, & statur iuri canonico. Et quia statuta ciuilia super rebus Ecclesiasticis noo ligant ecclesiam, nisi in quantum ea acceptanerit, text.in cap.bene quidem 96. dist. eandem sententiam firmat Abb.in dict.cap.inter alia.nu. 16. & sic non procedet dict.l.13.titul 2.lib.1. recopila.quamuis dicatur quod suppletiue disponat,ad.d.c.inter alia.idemq; censuit Couarr.d.c.20.num.14. respondẽdo ad.§.tributorum in.d.authen.de manda. princi.& dixi latius supra in.l.54.titu.6. pa.1.in glo.2.num 10.& in.l.2 tit.9.supr. ista pa in glo.19. vbi concludimus, non posse dictas.ll sæculares aliquid statuere contra libertatem ecclesiasticam. Et idẽ respondendum est ad §. sed nec hæc, in versi.neq;.in d.auth. de maoda prin. qui statuit, vt ab ecclesijs extrahantur adulteri, raptores virgioum, homicidæ, quæ iura corrigenda sunt per canones, vt etiam asseruit Ioann.de Vischis de immunita. ecclesia.vol.2.tracta.fol.134.num.36. & Abb.in.d.c.inter alia.num.14. &.15.contra Anchar.& nouissimè Alfon.Azeuedus in.d.l.13.num.5.&.6.dicit dictam legem non practicari.

In.l.4.tit.11.p.1.in glo.8.

1 Qui proditorie aliquem occidit,
4 *non gaudet immunitate ecclesiarum,*

& exten-

& extenditur ad occidere volentem tello vel veneno cnm alijs limitationibus ad c.inter alia.

2 Clericus non gaudet immunitate ecclesiarum, quamuis depositus postea tradatur curiæ seculari.

3 Clericus Sodomita gauderet secundum ius antiquum immunitate ecclesiarum, si vera esset sententia Bernardi Diaz.

4 Vtrum laici Sodomitæ gaudeant immunitate ecclesiarum.

5 Sodomita siue clericus, siue laicus non gaudet immunitate ecclesiarũ & in isto & alijs delictis erit seruanda consuetudo.

1 GLos.8.in verb.*Defende* Lex ista dicit, quod exceptis tribus casibus, qui continentur in dict.cap.inter alia.& in cap. fin.de immuni.ecclesia in reliquis omnibus, ad ecclesiam confugiens, ab ea custoditur.& inde glo.arguit ad quæstionem satis ventilatam per. DD. an proditorie occidens gaudeat immunitate ecclesiarum.in qua concludit quod non.

Eandem tenuit Ioan. de Vischis in tract.de immuni eccles.vol.2 nomer.41. &.42.fol.134 inter tract. Docto. contra Abb.contrariam sententiam asserentem, in.d.c.inter alia.num.20. & Gofred. & Inno.& sic istis non obstantibus, opinionem glos.nostræ, prius defensauit propter criminis immanitatem, Rebuf.in tomo.2.consti.in tract. de immuni. ecclesia.in glo.1.nu.16.per tex.in. c.1.de homi.& eam dicit veram Dida Couarr. in lib.2.varia.cap.20.num.7. & Iul.Clar. in pract.q.30.

Quæ conclusio extenditur etiam ad occidere volentem proditorie, quamuis non occidat secundum Ioan.Igne.in.l.1. §.si dominus, num.7.ff. ad Syllani.& Couar.d.c.20.in lib.2.varia.num.7.

Quæ conclusiones sunt limitationes ad cap.inter alia, & ad cap.fin.de immu. ecclesia, quæ iura limitabo, sequentibus modis

Primo, si proditorie & ex consulto aliquem occidit, vel occidere voluit, tello vel veneno, vel alio quouis modo, secundum Ioan.Igne. & Couar. vbi supra.

Secundo, si in ecclesia deliquit confisus de immunitate, non vero si ad sui defensionem, vel ex alia causa inopinata in ecclesia deliquit, vt per Doctores in cap. fi.de immunit.eccles. & Couarru. dict. capit.20.

Tertio fallit in eo qui ad ecclesiam armatus accedit.quia non confidit in ea, sed in armis, secundum Rebuffum loco citato.

Quarto fallit in Iudæo & hæretico, secundum Abb.in dict.capit.inter alia, nume.23. & Repert. inquisito.in ver.immunitas, fol.94.& in ver.captura. & in ver. confugiens & per addicionatores Petrũ Mendramenum, & Quintilianum Mandosum.

Quinto fallit in religiosis, quia religiosi à suis superioribus extrahuntur causa disciplinæ.

Sexto in sacrilegis, qui omnes nõ gaudent dicto priuilegio immunitatis, vt aliqua videri possunt per dict.Rebuff.in.d. tract. de immuni ecclesia.tomo. 2. constitutio.

2 Sed quero de quæstione, quam Abb. dict.capit.inter alia. num.23 mouet, an clerici gaudeant priuilegio immunitatis ecclesiæ, & per multa fundamenta tenet quod non. Et licet contrariam sententiã asserant Card. in dict.capit. inter alia.& Roma.in consi.127.& in consi.234.tamẽ Bernar.Diaz in pract.in cap.115. transit cum Abb.opinione. cum hac limitatione, vt tunc non procedat, quando clericus ab ecclesia extractus, post degradationem est curiæ seculari tradendus: nã tunc dicit quod post degradationem & verbalem in sententia traditionem curię seculari ad ecclesiam restituatur. Quam limitationem non admisit Didac Couarr, dict.cap.20.num.16.vrgente ratione: nã crimina committentes, quæ degradatione, & traditione digna sunt curiæ seculari.propter eorum enormitatem, & immanitatem gaudere non debent dicta immunitate ecclesiarum. Et sic non erunt reducendi ad ecclesiam. Et hanc sententiam Domini. Couarr.secutus est Salze. in additio.ad dict. Bernar. Diaz in dict. capi. 115.

Et ex

3 Et ex Bernar Diaz conclusione infero, clericum reum pessimi criminis sodomiæ, gaudere immunitate ecclesiarum, eo quod licet de iure decretalium nō est tradendus curiæ seculari, quamuis degradatione dignus sit per text. in cap. clerici, de excessib. prælat. sed in arctum monasterium trudendus, vt etiam habetur per Bernardum Diaz in dict. pract. c. 80. tamen hodie deponitur, & curiæ seculari traditur per motum proprium Pij V. folio. 32 & fol. 100. & sic secundum limitationem .d. Bernar. Diaz restituendus erit ecclesiæ, à quo discedo per rationem supra traditam, per Couar. Et quia de consuetudine seruatur opinio. Abb. vt testatur Iul. Clar. in §. fi. in q. 30. num, 16. & ita clerici in omni casu non gaudebunt immunitate ecclesiarum, licet contrariū asserit Mench. de testamen. § 22. pa. 3. nume 54.

4 Sed iterum quæro, quid dicendū quo ad laicos reos dict. pessimi criminis sodomiæ, & videtur dicendum, quod gaudeat dicta immunitate ecclesiarum, vt inde euelli non possint, vt infertur ex Abb in dict. cap inter alia. num. 17. vbi dicit standum esse dispositioni. d. c. inter alia, in ista materia, cum suis casibus duntaxat exceptis & cum limitatione. c. fi. de immu. eccl. Pro qua conclusione multū etiā facit, quod Aegid. Bos. in sua pract. dicit in tit. de captura, num. 32. quod quantumcunque delicta grauia, talia perpetraus, si ad ecclesiam confugerit erit tutus nisi in casibus exceptis. Et ideò Doctores nolunt extendere illos tres casus ad similes secundum Maria. Soci. in tract. de citatio. art 17. num. 38. in fin. & 39. & quod si aliqui casus excipiendi essent, fuerant casus. c. 1. de hom. in. 6 & c. felicis de pœnis, eo. lib & tamen non excipiuntur, & ita per senatum iudicatum fuisse. Et hanc dicit communem Iul. Clar. in pract. q. 30. num 9. secundum Canonistas, licet aliter sit secundum legistas, & hanc Abb. sententiam secutus est Montal. in ista. l. 4. & in. l. 7. titu. 5. lib. 1. fori. & cum istis limitationibus transit Anton. Gomez in tomo. 3. varia. c. 10. num. 2. & pro ista parte multum facit conclusio Chassa. in cōsuet. Burgu. Rub 1. § 5. col. 211. vbi dicit videtur quod. c. inter alia solum considerauit propositum, & deliberationem per insidias, ponendo illos casus in specie, & sic eos extendit, ad omnes alios casus, in quibus insidiose processit ad actum, & ita Belluga in suo Specul. prin. in. titul. de proportione grauam in. §. sed quia folio. 51. quod in omni delicto, in quo quis insidiose offendit, non gaudet dicta immunitate.

Et dictæ principali conclusioni talia suffragantur fundamenta per DD. non adducta, primo quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. c. dominus. 32. q. 7. & in cap. 2. de coniugio lepro. secūdo argum. ab speciali valet. c. præsenti, de appellatio. in. 6.

Tertio, casus omissus relinquitur in dispositione iuris. l. si cum dotem. ff. solut. matri. & in capit. susceptum, de rescrip. in. 6 faciunt multum verba dict. c. inter alia, vbi dicit, quod quantumcūque grauia delicta quis perpetrauerit, gaudeat. d immunitate & lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de adime. lega. ergo dispositio. d. c. inter alia, & eius exceptiones, non sunt ad alios casus extendendæ, præsertim non habentes eandem rationem insidiarum.

5 Pro parte cōtraria scilicet quod Sodomita non gaudeat, d. immunitate ecclesiarum, facit quod casus exceptus à regula, extenditur ad similes, ex identitate rationis. c. cū dilecta, de cōfir. vtili vel inuti. & ibi Panor. n. 4. qui ad hanc conclusionē illum tex. cōmendat, & in. c. ad audientiā, de cleri. non residen. & in. c. iurauit, de probatio. & ibi Andre. Sicul. Barba num. 19 & Felin. in. c. quoniā frequenter, in princip. vt lite non cōtesta. & Bal. in. c. post trāsl. tionem de renuncia. n. 3. Quæ conclusio extenditur, etiam si casus excipiantur per taxatiuam tantum, vel aliam similē, secundum Panor. in. d. cap. cum dilecta, per tex. cum glos. in. l. ob æs alienum. C. de prædijs mino. & glo. in l. fin. C. de reuoc. donat. in ver. voluerit.

Prædicta conclusio cōfirmatur & probatur ex eo quod videtur. d. c. inter alia, non excipere dictos tres casus restrictiuè, sed exemplificatiue: & sic ad omnia crimina enormia, extendendam eius dispositionem esse, vt censuit Didac. Couarr. in. d. c. 20. lib. 2. vari. n. 8. & 9. quem sequitur Auend. de exequēd. māda. pa. 1. c. 22. n. 9. dicens in grauissimis delictis, fugiens ad ecclesiam nō debet gaudere eius

immu-

immunitate, secundum Ioan. Fabr. in. §. item lex Cornelia. instit. de publ. iud. & Montal. in. l. fin. tit. 9. pa. 1. & Chassa. in consuet. Burg. in Rub. 1. §. 5. vers dicimus sexto: quos ipse non vidit: nam Faber in d. §. item lex Iulia. nihil de materia dicit neque in toto illo titulo, at in. §. fina. inst. de his qui sunt sui vel alie. nu. 2. dicit, quod de iure Canonico omnes gaudent immunitate ecclesiarum exceptis tribus casibus. & Montal. d. l. fi. aliqua dicit tamen in ista. l. 4. contrariã tenet sententiam neque Chassa. loco citato pro sua sententia aliquid dicit, imo pro contraria adduci potest, quæ vero pro Auend. sententia vrgent sunt fundamenta, & autoritas Couar. loco citato, vbi vult quod pro criminibus atrocissimis nemo gaudeat immunitate ecclesiarum, & sic infero quod cum istud crimen sit pessimum non gaudebit dicta immunitate.

Ex quibus concludendo dico tam in quæstione posita de sodomita, quam in alijs criminibus atrocibus & enormibus erit seruanda consuetudo, vt colligitur ex dictis per Inno. in. c. cum inter, de consuetud. nu. 4. & in. d. c inter alia. nu. fin. in finalibus verbis. & ad hoc etiam notauit Rebuf. in tomo. 2. de consti. in tracta. de immuni. eccles. artic. 1. glos. 2. num. 2. fo. 339. & per Iul. Clarum, qui fere materiã exhausit, in pract. q. 30. num. 12.

Titulus duodecimus.

De los monasterios.

In.l.2.tit.12.p.1.in glo.2.

1 *Institutio & destitutio pertinet ad Episcopum, quæ regulariter exercere non poterit in aliena diœcesi.*

1 GLo. 2. in ver. *Poner clerigos.* Probat institutionem & destitutionem in omnibus Ecclesijs diœcesis, pertinere ad Episcopos. Sed ego quero an poterit hęc omnia exercere extra suam diœcesim, & regulariter dicitur quod nõ per tex. in. c. nonnulli, de rescrip. & in. c. fi. de rerum permuta. & per Abb. in. d. c. nonnulli, de quo arti multa possunt videri per Ioan. Gracia, reg. 166.

Titulus 13. De las Sepulturas.

In summa.tit.13.pa.1.in glo.7.

1 *An magis defuncto prosit specialis oratio facta pro eo solo remissiue.*

1 GLos. 2. in ver. *En su vida.* Quærit an prosit magis defunctis specialis oratio, quam generalis, pro omnibus materiã re soluimus. in. l. 42. su. ti. 4. istã pa. in gl. 2.

In.l.1.tit.13.par.1.in glo.2.

1 *Beneficiatus qui principaliter ad recitandas horas accedit ob stipendiũ, committit simoniam.*

2 *Clericus qui principaliter officium sepeliendi exercet ob pretium recipiendum magis habendo pretium quã charitatis officium simoniam committit quamuis sit ad suam sustentationem.*

1 GLos. in verb. *El officio.* Dicit quod clerici pro officio in sepeliendo, ex conuentione non possunt aliquod pretiũ petere, & quod qui non sunt illius ecclesiæ beneficiati, petere poterunt, nõ vt pretium, sed vt sustentationẽ, hactenus glo.

Cui addo, ꝙ non solũ ex eo quod petatur ad sustentationẽ licet petere, vel recipere, aliquid tẽporale pro spirituali, etiã conuentione nõ præcedente: nam beneficiatus qui ad horas vadit principaliter, pro denario debito ex statuto, simoniam cõmittit. arg. tex. in. c. suam nobis, de simo. & in. c. sicut ibidẽ, saltem mentalẽ. Quæ conclusio fuit celebris glos. in. c. 1. de cleri. non resid. in. 6. in ver. recipit, cõmuniter approbata per Anch. Domi. Philip. Frãc. Ioan. Monach. & probum eius additiona. ibi, & per Feli. in. c. causam, de simo. & Abb. & Ioan. de Anani. ibi, & per eundẽ Abb. in. c. ex parte, de offi. deleg. & Cardina. in cle. 1. nota. 6. de celebr. miss.
2 Ergo si clericus principaliter officium sepeliendi exercuit ob preciũ recipiendũ, quamuis ad suam sustentationem, & nulla pactione præcedente, simoniam committit, quia iam dat quid spirituale

pru temporali. Sed pro solutióne dicendum, quod si finis actus spiritualis, magis principale est, pretium temporale, quod tunc talis actus erit simoniacus, si vero fuerit minus principale erit licitus. Et iste dicitur finis principalis alicuius actus, qui cæteris finibus prefertur, qualis est finis illius, qui ad horas canonicas dicendas accedit, ob distributiones quotidianas, & emolumentum, qui ad recitandas non accederet, nisi ob dictã vtilitatem, & tamen magis æstimat, obsequium & cultum diuinum, quam dictũ pretium. Et sic iuste recipit temporale, pro illo officio spirituali, & cum hac distinctione procedet conclusio glossę nostrę, quam approbauere Marti. Azpil. Nauar. in cap. quando de conse. distin. 1. in cap. 6. nu. 13. fol. 96 & in. c. inter verba 11. q. 3. conclusio. 5. corolla. 2. num 30. fol. 149. & Dida. Couar. in lib. var. c. 20. n. 5.

Et huiusmodi conclusio glossę istius procedit, forma supradicta, sine distinctione, an beneficiarij sint, vel simplices clerici, maxime vbi consuetudo est, vt aliquid tribuatur clericis pro officijs diuinis in sepeliendo, vt habetur infra in. l. 17. tit. 5. ista pa. & in. l. 55. sup. tit. 6. in glo. 5. & per ea quæ glos. nostra dicit infra in. l. 15. tit. 17. glo. 2. per text. in cap. ad apostolicam de simo. vbi quod clericis de cõsuetudine datur, pro exequijs mortuorũ iubetur obseruari officio iudicis, & idem erit si per constitutionẽ sinodalẽ sancitũ fuerit, iusta de causa cum boui trituranti non sit claudendũ os, nec suis stipendijs quis militare cogitur, dignusq; sit mercenarius mercede sua. c. cũ iã nunc. 28. q. 1. & c. cum secundum. de prebend.

1 Simonia committitur de mero iure, quando pretium datur pro capella ad sepulturam sui vel suorum pactione facta.

Excusantur vendentes & ementes capellas ad sepulturam ex tacito consensu Papæ.

2 Iura consuetudinem inualidantia non procedunt quando inducta est sciente & consentiente Principe.

3 Per scientiam & patientiam Regis est antiquata l. 8. tit. 2. lib. 7. recopila. prohibens officiorum publicorum venditionem, & in vtroque foro vendens erit tutus, & num. 7.

4 Rex habet maiorem facultatem disponendi de dictis officijs quam Papa de beneficijs.

5 Quod Rex concessit recepto pretio dicitur contractus venditionis.

6 Dominium proprie non cadit in rebus incorporalibus, tamẽ largo sumpto vocabulo sumitur pro omni iure incorporali.

7 Munus eligẽdi senatorẽ cõceditur cuilibet officio suo renũcianti probatur scientia Regis in vẽditione officiorũ.

8 Vectigal nõ debetur de rebus quæ non sunt venalia vti de aqua, & de istis officijs secus, quia eorum natura est mutata.

9 Qualitas vel accidens superueniẽs in qualibet re vel enti constituit rem diuersam, & facit eam alterius speciei, quia accidens aliquando magis inspicitur quàm natura.

10 Quando causa naturalis & accidentalis concurrunt secundum causam accidentalem est iudicandum.

11 Vectigal non debetur de officio publico vendito de consuetudine.

12 Ratio prohibitionis venditionis officiorũ, & quare ad renunciationem magis signati sunt 20. dies, quam. 30. & an computentur de momento ad momentum.

GLos. 3. in verb. *Vender el lugar.* Notat simoniæ labem, quam versari dicit,
1 inter clericos & religiosos, dantes capellas laicis, pro sepultura sui, & suorum conuentione præcedente pro certo pretio. Et in tantum est vera conclusio

clusio glos. quod si vendatur palacium,
vbi est capella, committitur simonia, &
contractus est nullus, vt testatur Innoc.
& Hostien. in c. ex literis, de iure patron.
& in tantum prohibetur pactio circa se-
pulturas, quod si paciscatur cum eccle-
siasticis personis de sepeliendo se, etiam
in sepultura maiorum, committitur simo
nia, glo. in cap. 1. de sepul. in. 6. in verb. se-
pulturam. Sed nescio quomodo saluare
possemus tot contractus, pactiones, seu
vendiciones, factas inter dictas personas
ecclesiasticas, & laicos, de capellis ven-
ditis, ad monumenta sui & suorum: nisi
dicam quod in ista, cum sit simonia, quia
prohibita, vt habetur in glo. in capit. ex
parte de officio, deleg. el. 1. ex tacito con-
sensu Papæ, propter vtilitatem ecclesia-
rum ius relaxatum esse, & sic consuetudi
nem vendendi dictas capellas vires obti
nuisse: quia si ij quorum est ius positiuũ
mutare sciuerint, consuetudinem legibus
contrariam & tacuerint, videntur velle
antiqua iura mutare, & nouæ consuetu-
dini authoritatem suam impartiri, habe-
tur per sanctum Thom. collibe. 9. quæ-
stio. 7. & per Syl. in verb. beneficium. el
4. num. 1. in fin. & Hippoly. in sing. 77.
vbi dicit quod patientia cum taciturni-
tate, inducit consensum. Et ita dici po-
test, quod purgatur istud vitium simoniæ
per tacitam autoritatem superioris, sicut
per expressam purgatur. c. nisi essent, de
præbend. & c. cum pridem de pactis, &
refert Cæsar Lamber. in tract. iur. patro.
art. 3. q. 8. prin. 1. pa. lib. 2. num. 7. fol. 84.
2 Neque huic euasioni obstat text. in. d.
capit. non satis, de simo. & in capit. abo-
lendæ de sepul. prohibentes pretij exa-
ctionem pro sepulturis, & inualidantes
omnem contrariam cõsuetudinem: nam
iura inualidantia consuetudinem contra
riam, non procedunt, si consuetudo indu
catur cum scientia principis, vt notauit
Ioann. Andre. in additio. ad Specul. in ti
tu. de instrumentorum editio. §. compen
diose. nume. 13. & Domin. à sanct. Gemi.
in summa, dist. 11 nume. 4. Felin. in capit.
cum in officij, de rescrip. num. 8. Abb. in
cap. accedentes, de præscrip. num. 6. An-
toni. de Butr. in cap. fin. num. 15. de con-
suetud. Dueñas reg. 141. num. 2. & quia
in his quæ de iure positiuo sunt, omnia
cum causa ad libitum potest princeps, c.
proposuit, de concess. præben. l. princeps.
ff. de legi. Matien. in. l. 6. titu. 10. glos. 2.
nume. 4. lib. 5. recopila.
3 Ex quibus infero ad vnam quæstionẽ
satis dubiam, an, l. 8. titu. 2. lib. 7. recopi-
latio. prohibens emptionem & venditio
nem officiorum publicorum, anulans eo
rum collationem, ac pecunias pro dictis
officijs datas fisco applicans, hodie te-
neat, tam in foro fori quam in foro poli.
& dicendum, quod sit antiquata, & neu-
tro foro obligare, per dictam principis
scientiam & patientiam, cum taciturni-
tate, de contrarijs actibus, puta venditio
nibus & pactionibus factis, de dictis offi
cijs tanquam de alijs bonis patrimonia-
libus & hæreditarijs. Et sic dicta officia
inter hæredes, ad collationem conferun-
tur, sicut cætera bona defuncti, vt testa-
tur Anton. Gomez in. l. 26. Tauri. nume.
21. vbi dicit quod de consuetudine pos-
sunt vendi cum licentia tamen princi-
pis, quæ tacite hodie omnibus data est.
Et constat ex eo, quod cum rex habeat li-
beram facultatem vendendi dicta munia
4 seu officia, vt testatur Syl. in verb. gabel
la, el. 4. in fin. & ad libitum disponendi,
dando vel auferendo, vt notauit Palaci.
Rub. in repet. Rubri de donatio. in. 1 pro
uidentia. fol. 1. nu 7. etiã cum ampliori po
testate, quã Papa habet de beneficijs, in
quibus ad libitum potest disponere dan-
do vel auferendo. c. proposuit, de con-
cessio præben. & glo. in. c. per principale,
9. q. 3 Facit etiam pro hac parte, quod il-
5 lud quod Rex aut princeps cõcessit, recę
pto pretio, dicitur contractus venditio-
nis, & non priuilegiũ nec gratia, secundũ
Bal. in. l. qui se patris, col. pen. vers. hoc
scias. C. vnde liber, etiã si vtatur hoc ver
bo indulgemus, quẽ sequitur Nauar. in. c.
si quãdo, de rescrip. fol. 62 & sic in dictis
officijs venditis per emptores acquirun-
tur, per tex. in. §. venditæ. inst. de reũ de
cisio. quia vendita & tradita sunt empto
ribus, licet cum quodam grauamine, vt
intra viginti dies à tempore renunciatio
nis viuus existat, si in alium transferre
voluerit dictum officiũ, nec obstat ꝙ do-
miniũ proprie dici nõ potest, cũ nõ cadat
6 in rebus corporalibus, vt in. l. 4. ff de vsu
fruct. per DD. notatur, & in. l. si quis vi.
§. differẽtia. ff. de acqu. poss. ibi Bart. n. 4.
quia largo sumpto vocabulo, sumitur pro
omni iure incorporali, & ei competit dif
finitio, quæ est (ius perfecte disponendi

de re, & ita dicitur, quis habere dominiũ
obligationis, de quo per glo.in.l.natura-
liter in.§.nihil commune.ff.de acq.poss.
in glo.mag in fin.

Nec minus obstat sententia Domin. à
Soto lib 3.de iusti.& iure.q.6.art.4.fol.
261.dicentis, & si principi licere potest,
ob necessitatem legis oesciam, dicta mu-
nia vendere, emptores tamen nec vlli
alij, hæc munia vendendi ius vel faculta-
tem habent, sine licentia principis, quia
esset vsurpate munus eligendi sena-
torem.

7 Cui dupliciter respondã, primo quod
munus eligendi senatorem non vsurpa-
tur, cum ista facultas data sit per dict. l.
8.tit.2.lib.7.recopil. volenti renunciare
officio suo, nec interest quoad hoc, an
pretio soluto, vel gratis faciat.

Secundo quod dicta venditio fit, sciẽ-
te & consentiente Rege, quam ignorate
non potest, cum tot lites quotidie apud
regia suprema tribunalia, de dictis ven-
ditionibus versari videamus, & iudices
de eis tanquam de bonis cæteris censien
tes, & emptores dictorum munium, pro-
pter illam tacitam & præsumptam licen
tiam, maiora offerunt Regi pro dictis of-
ficijs pretia: qua conclusione indubitan-
ter pro vera habita infertur verissimam
esse licere in vtroque foro cuilibet ven-
8 dere, sua dicta publica officia, ac de pre-
tio vectigal deberi cum de qualibet reuẽ-
dita vectigal debeatur. l.1. titu.17.lib.9.
recopilatio. Et si prius dictum vectigal
non soluebatur, eo erat, quia dicta mu-
nia non erant venalia. Ex qua ratione
testatur Parlado. in lib.rerum quotidia.
cap.3.num 25.de aqua vectigal non de-
beri, per.l. Mela §.fi.ff.de alimen.& ciba
rijs lega. Sed cum iam venalia esse cepe-
runt, venditor tenebitur ad solutionem
vectigalis. quia dicta officia, primam na-
turam amiserunt, & aliam nouam assum
pserunt, vt similiter de niue dicitur, vecti
gal deberi, propter naturam mutatam,
cui addo, quod qualitas vel accidens, su-
9 perueniens in re, vel quouis enti, consti-
tuit rem diuersam, & facit eam alterius
speciei, & amplius non consideratur de
per se, vt probat.l.Iulianus.§.si quis rem.
ff.ad exhibendũ. & in.l.labeo. ff.de ver-
bo.signif & in.l.penul.§.fi.ff.de verbor.
obligatio & in l.si vnus. ff. de seruitur.
rusti.prædio. & notat Anto. Gomez in
l.4.Tauri.n.79.col. fin. qui allegar Bar-
tho, in.l.1.§.remanet.n.3.ff. de postulan.
in tantũ quod accidens quandoq; magis
inspicitur, quã natura. l. naturalẽ.§.apũ.
ff. de acquir. rerũ domi. ootat Barba. in
tract de præstan. Cardina. vol.14.fo.361.
num.34. Facit item pro hac parte, quod
accidens superueniẽs enri, reponir illud
in diuerso esse, ergo dicendum videtur,
vendentes dicta officia teneri ad solutio
nem vectigalium, cũ ita iam sint in com-
mertio, & vendantur & emantut, sicut
cæteræ res, quæ sunt in hominum com-
mertio, de quorum venditione vectiga-
lia præstantur.

10 Item pro istã parte facit, quod quando
cunq;, circa vnũ actũ concurrunt causa
naturalis & accidentalis, & secundũ vnã
iudicandũ est, iudicari debet, secundũ cau
sam accidentalẽ, vr not. Dyn. & Ancha.
in reg. semel malus, de reg.iu.in.6. & Bar.
in.l.3.ff. de postnl. & Gemi.in.c. præsen-
ti, de præbend.in.6. Bald. Imol. Raphael.
Alex.in.l. sed si plnres.§. in arrogato per
tex.ibi, & in.§.præcedentẽ. ff.de vulga.
& pupil. & bellissime per Claud.canciũ
tul.in Dialectica legali, vol.1. tracta.fol.
288.c.6.num.2.

11 Et licer in puncto iuris prædicta cõclu
sio sit vera, tamen hodie oon procedet:
nam obstat contraria consuetudo, quæ
simul inolenit cum ipsa vẽditione dicto-
rum officiorũ & ambæ introductæ sunt,
cum scientia & patiẽtia Regis, quę adeo
potens est, vt vires præstet dictæ consue
tudini, etiã contra legẽ consuetudinem
contrariã prohibentẽ, vt dixi supra glos.
ista.n.2. & tenet Ioan.Andr.in additio.
ad Specu.in tit. de instru.editione, in.§.
cõpeodiose.n.13. & Abb. & Feli.in.c.ac-
cedentes, de præsc.n. 6. & cũ hoc rema-
net satisfactũ.l.1.titu.18.lib.9. recopila.
derogãti in d.præstatione vectigaliũ om
ni consuetudini, etiam immemoriali.

Quia si licet ex expressa licentia Re-
gis, licebit ex tacita, cum taciti & ex-
pressi idem sit iudicium. l. hæc verba.
ff.de lega.1. & glos.in capit. significa-
casti. de electio. & ibi Panormitanus nu
mer.6. & habetur per Euerard.in locis,
in loco à contrario sensu, pag mihi. 38.
& per Franc. de Ripa.in dicta.l.hæc ver
ba, num.36.

Ratio autẽ quare prohibetur venditio
officiorum est, ne de eis disponãt tanquã
de

de cæteris bonis, & ne ad ea veniant & succedãt, quasi iure hereditario, eo quod reipublicæ expedit, vt dicta munia, hominibus sensatis & bene morigeratis cõcedãtur, & ea fuit legis mens in: l.4.ti.4. h.7. recop. renunciationem anulans, nisi renuncians per viginti dies vixerit à die renunciationis. Et pro ista ratione faciũt quæ Ludi. Gomezius dicit in reg. cancel. de infirmis resignantibus. q.25. fol. 98. vbi mouet quæstionem, quare lex potius signauit viginti dies vitæ, quam triginta, & an isti dies computentur de momento ad momentum, Fran. Cons. in.l.si cui legetur. ff. de leg.1. dicit qualiter computari debeat tempus, & Gomezius. d.reg.q. 37. fol.110. & Gomez de Leon in Centurijs, & Matteo. in.l.7. tit.11. lib. 5. recop. & Ioannes Gracia, regula 133.

In.l.5.tit.13.p.1.in glo.7.

1 *Qualiter præstanda est quarta canonica ecclesiæ parœchiali de oblatis in ecclesia tumulationis remissiue.*

GLos.7. in verb. *O fino dexassen.* In quan-
1 tum dicit, præstandam esse quartam
portionem canonicam, ecclesiæ parœchiali defuncti, legatorum & aliarum rerum relictarum ecclesię tumulationis, vltra Abb. in capit. relatum, de sepult. videndus est Syl. in verb. canonica portio, qui hanc conclusionem limitat quindecim modis, à num. 7. & Petrum Ybald. in tract. de Cano. Episcopi & parœchię vol.15. fol. 245. & Bart. de Hutio in tractat de quartis, vol.7. tract. fol. 185. & Angel. de claua. in ver. canonica portio. q. 14. Didad. Couarr. in cap. si. de test. & in cap. officij, eo. tit. Ioan Gracia. reg. 356.

1 *De quarta episcopo præstanda remissiuè.*

1 GLos.11. in ver. *La quarta.* Dicit quod de
betur alia quarta Episcopo de relictis Ecclesiæ, & de funeralibus, cui adde Panormitan. in capit. requisisti, de test. & Alex. consil.196. & Petrum de Peru. in tract. de quarta canoni. per totum. Syl, in. d. ver. canonica portio. n.4. vbi ponet 9. limitationes ad istam regulam, & Angel. eo. ver Cardina. consil.26. & Abb. in c. Apostolicę, de donati. num.2. & in. c. pastoralis, eo. titu. num.4. & Maria. Soci. in tract. de oblatio. & Couarr. in dicto cap. officij, de testa. nu.1. &. 2. &. 12. & Bernard. Diaz reg 237 & Ioann. Gracia. reg. 400.

In.l.9.tit.13.p.1.in glo.3.

1 *Notantur casus, in quibus dictum vnius testis probat remissiue.*

GLos.3. in verb. *Arrepentimiento.* Notat
vnum casum, in quo dictum vnius te-
1 stis est sufficiens ad probationem, cui adde Speculat. in tit. de instrumentorũ editio. in. §. restat. nu.7. assignantem triginta casus, in quibus sufficit dictum vnius testis, & Iasso. in. l. admonendi. ff. de iure iur. nu 94. & Bonifaci. de Vitallinis in tract. de malefi. titul. de probatio. nu. 28. & Iasso. in. l. admonendi. ff. de iure iur. in repeti. nn.187. glo in cap. tanta. 86. distin. in ver. nec filius, & Marant. de ordine iudi. 4. pa. nu. 75. dist. 9. fol. 26. & refert aliqua Dueñas, reg. 84. & Bernar. Diaz in reg. 747. & eius additio. Salzed. & latius dicam infra in. l.32. tit. 16. par. 3.

In.l.12.tit.13. par.1. in gl.5.

1 *Qualiter habeatur vel per iudicem in casu dubio arbitretur expensas in funere factas esse animo repetendi eas, & requisita ad agendum contra hæredes actione funeraria.*

GLos.5. in verb. *Con intecion de las cobrar.*
Tangit dubium, quando poterit quis
1 repetere expensas, in funere factas, & an fecerit animo eas repetendi arbitrio iudicis relinquitur, inquit, quod verũ est, verba enim sunt iurisconsulti Vlpiani in. d. l. at si quis. §. sed interdum. ff. de religio. & sumpt. fun. quæ conclusio limitatur, quando nullatenus ex coniecturis, de animo expensas funeris facientis constare poterit. Nam si ex coniecturis probabilibus constat, non erit locus arbitrio iudicis, tenebitur secundum eas conie-

ɛturas sententiam dicere, quia non præsumũtur factę causa donationis.l.cũ de indebito.ff de probatio.nisi aliud sua deſerent causa & personæ, & si de animo nõ const.t, tunç arbitrabitur iudex.ex verisimilibus.l.in obscuris.ff.de reg.iur. quę verisimilitudo colligiturex multis casibus positis per Dyn. & Ioano. Aodre. in reg.in obscuris, de reg.iur.in.6. & à Feli. in proœmio, in.§. Rex pacificus, & habetur per Dueñas reg.397.nu. 3. & octo requisita ad agendum contra hæredes, vel bonorum possessores, vel alios defuncti successores, hac actiooe funeraria posuit Rebuff. in consti.tomo.1.in tractat. de senten.præiudicial.num.43.pag.230a qoas refert. d.Petrus Duenas.d.reg.397.

1 Actione funeraria agens præfertur habentibus tacitas & expressas hypothecas etiam dotales.

1 GLos. 7.in verb. *Deudas*. quærit glos. vtrum sicut expensas funeris faciens, in earum exactione præfertur habentibus tacitas hypothecas, ita præferatur habentibus expressas, & concludit quod sic, non obstante glos. contrarium asserente, in.l. pen. ff. de religio. & sumpti. funer. Ampliatur nostræ glossæ conclusio, etiam in hypothecis dotis & expressis secundum glos.in. l.in persona. ff. de relig. & sump. quam approbant Bart. & alij DD.in.l.1.ff.solu matrimo. & Antoni. Negusao.de Fano.in tract. de pigno. io.2.membro 5.pa.princip num.28.vol. 9.tract & Fran.à Ripa in tract.de pest. in cap.de remedijs preseruati.contra pestem.num.133.Chassa in consuetu Burgundan Rubric.9 §.15.col.319.& vltra legem istam habetur in.l.9.tit.3.pa.5.& in l.30.tit.13.eadem pa.5.& in.l.2.tit.11.pa, 6.& per Petrum Dueñas reg. 397.nu.7.

1 Valet lex vel statutum taxans cereos & vestes lugubres, de quo loquitur l.2.tit.5.lib.5.recopila.

2 Leges Regni taxantes parentibus certam quantitatem ad testandũ iustas esse.

3 Canones disponentes vt seculares potestates non possint circa spiritualia & ecclesiastica disponere intelligendi sunt secundum dispositionem naturalis æquitatis.

4 In legitima magis fauetur filio, quam ecclesiæ.

5 Non valet statutum disponens vt religionem ingrediens non succedat parentibus.

6 Legitima reduci potest per statutũ ad certum numerũ, quia lex ciuilis est potens, & potest ius gentium naturale & diuinum restringere.

7 Sumptus funeris præferuntur anterioribus creditoribus, etiam vxoribus in dote, & sumptus funeris dicuntur quæ ante corporis depositionẽ fiũt.

GLossa octaua o in verbo, *La persona*, in versiculo, an valeat, quęrit an valeat, statutum laicorum, taxans cereos
1 ferendos coram, & vestes lugubres: circa quæ hodie prouisum extat.in.l.2.titu.5. lib. 5.recop.quæ lex taxat dictos cereos, & vestes.& Abb.in.c.fi.o.6.de rebus eccle.non alie.dicit valere dictũ statutum, & Caieta.in summa, in verb.excommunicatio.c.31, in vers.sexto oota, prope finem: quia hæc expectant ad potestatem pulitică.Idẽ tenet Ioan.Bapt.de San.Seoeri.in repe.l.omnes populi. n 10. ff. de iust.& iur.Et hæc est veritas quicquid dixetur Roma. in sing. 354. & ratio Abb. vbi supra est, quia pompę exequiarũ potius sunt consolationes viuorũ quam suffragia mortuorũ. Et hanc sententiã Abb. & aliorum sequitur Didac. Perez in. l.7. tit.1.lib.1.ord.col.48. post medium.

2 In eadem glos.8.adnotatio secunda, in vers.leges istius regni: dicit ll. regni, taxãtes patri certam quantitatẽ ad testandum, iostas esse. Cui conclusioni obstare videtur, quod sit contra libertatem ecclesiasticam, cum in damnũ ecclesiarũ resultat, & in detrimentũ animarũ, sicq; videtur iniusta.l.-8.Taur. quæ hodie est l.12.titulo.6.lib 8 recopilatio cum etiam impeditiua videatur operum piorum: & cum simus in materia concernenti animam

mam & spirituali, aperte constat ciuilem legem non posse statuere.c. tuam, de or di. cogni.c. causamque, de rescrip. & ibi Felin. & in cap.1. de sponsa. & matrimo.

Sed hæc non obstant dispositioni . d. l.12. quæ valida & iusta est, tam ratione materiæ quam potestatis condentis.

3 Nam & canones disponentes, vt laici seculares que potestates circa ecclesiastica & spiritualia non disponant, temperari debent, secundum dispositionem naturalis æquitatis, & sic interpretandi, vt testatur Ioann. Driedonius de libertate Christiana, pag. 153. & Didac. Couarru.
4 in.4.pa.2.c.6 n.20. in initio. Et hinc est, quod in legitima magis fauetur filio, quã ecclesiæ, vt Iasso notauit in.l.tale pactũ. §.fin. nu.11.ff. de pact. & in.l.si cui. legatum. §.hæc autem. nu.11. cum sequentibus ff. de leg.1. & exponit Decius consil. 426. num.5. Abb. consil.102. nu. volu.2. Item Deci. consil.81. nu.1. & in consi.218. nu. & Rolan à Valle consil.39. num.29. & Bella Comba.1.tomo. commun. opin. fol. 409. num.48.

Quæ conclusio ampliatur vt statutum valeat, quo cauetur, vt ingrediens monasterium, non succedat in bonis parẽtum, quod firmauit Bal. in.l.fi.C. de pact. & in.l. Deo nobis.ff. de Episc. & cleri. quia in hoc casu statutum. tãtum tollit lucrũ, & prius fuit Bart. in consil.35. quem refert & sequitur Guiller. Bened. in capit. Raynuntius.1 pa. in Verb. vxorem nomine Adalasiam. n. 263. fol. 63. dicens, quod valet statutum excludens monachos à successione ab intestato.

5 Sed veritas est dictam ampliationem non procedere, eo quod magis vera sit contraria opinio, scilicet non valere dictum statutum, vt testantur Angelus, Imo. Roma. & Alexan. & Iasso in.l. stipulatio hoc modo concepta.ff. de verbo. obligatio. idem Iasso. vbi multa congerit in.l.fi.C. de pact. & Decius ibidẽ Bart. Socin. in.l.fi.ff. de his quæ pœnæ nomin. Georgius Natta. in tract. quod stantibus masculis. & istam dicit commune Alex. in consil.139. vol.2. & Decius in capit. in præsentia, de probatio. n.197 & in c. Ecclesia sanctæ Mariæ de consti. num.188. & Felin in dict. cap. in præsentia. n.38. & Viuius qui communem dicit in tomo.1. commun. opini. fol.197 nu.3.

6 Et quamuis dicta ampliatio non procedat, nihilominus vera est nostra conclusio principalis, cui suffragatur alia Bal. resolutio, videlicet per statutum posse reducere legitimam filiorum ad certum numerum, in.l. maximum vitium. C. de liber. præter. & Cyn. in.l. sancimus. C. de de liber. præter. & Mental. in.l.9. titu. 5. lib 3. fori. fol.73. quia magna est potentia legis ciuilis. Potens est etenim ius gentium, naturale. & diuinum restringere & limitare, vt refert Capra. in reg.30. num. 24. & .30. & Bona Cossa.2. tomo commu. opin. fol.226. num.187. facit etiam quod dicit Iasso in.l. legatum. num.10. C. de indicta. viduita. tolle. quod licet contra clericos & eorum bona laicis, indirectè statuere, quod intelligendum est secundum dicta per DD. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. Ex quibus remanet pro vera conclusio nostræ glos. vt ll. taxantes patri certam quantitatem ad testandum pro anima & legatis pijs sint iuste & valeant.

In eadẽ glo. 8. in vers. aduerte etiã vbi quærit glo. quæ dicatur impensa necessaria funeris, & qui dicãtur sumptus funeris, & quando deducantur à corpore hæreditatis, & quando à quinta parte.

7 Cui addo Michael Sifon. in.l.30. Tauri. & ibi Anton. Gomezi. & Couar. in c. Raynuntius, de testa. §.1.n.2. qui omnes concludunt vt supra dictum manet, hos sumptus præferendos esse debitis anterioribus, etiam vxorijs in dotis repetitione. Dicitur autem sumptus funeris, vel funeris impensa, quicquid erogatum fuerit antequam corpus sepeliatur. d.l. at si quis. §. funeris impensa. & in l. funeris sumptus.ff. de relig. & sumpt. funer. ex quibus Michael Cifon. dict l.30. num.3. infert impensam factam in pulsatione cãpanarum, & in recommendatione clericorum, & inducione corporis ad ecclesiam, & in apertura sepulturæ, & in missis quę dicuntur in corporis depositione & cera, & in omnibus oblationibus, quæ in ipso funere offeruntur. & in vestibus luctuosis dici funeris impensam, vt censuit notabilis glo. fi. in l. si ex re. §. fi. de stipul. seruorum, & cætera quæ expẽduntur sepulto iam corpore non dicuntur impensa funeris, vtputa ea quæ dantur pro missis, quod notauit Bartholus in. l. cum quidam. ff. de annuis legat. Vnum tamen est notandum, quod si corpus sepeliatur vespere, & die sequenti

efficiantur obsequiæ, dicuntur illi sumptus, impensa funeris: tetigit etiam materiam Matien. in lib.5. recopila. in tit. 5. in.l.2. in glo.1 num.2. & in.l.fin. titul. 6. eo.lib. in glo.1. per totum.

In.l.14.tit.13.p.1.in glo.2.

1 *Moratinus facit vnum Castellanum aureum, qui continet sextam partem vnciæ auri.*

GLo.2. in ver. *Cien marauedis.* Isti Mora-
1 tini de quibus mentio fit in istis partitarum legibus regulariter faciunt totidem Castellanos aureos, qui continent sextã partem vnciæ auri. Couarr. in. c. 3. n.5. de nummis ma. quia isti fuerunt cõflati, ante ipsum Regem Alfonsum X. & de alijs aliter censuit, vt infra dicam latius in glo. fin. in.l 7. titu.13. pa. 6. & in l.7. tit 18 infra ista pa. in glo.2. num.1. sed non prætermeam, quod in antiqua impressione litera ponit cẽtũ marchos, & nũc in ista recẽtiori correcta est, & ponit centũ Morapetinos, quæ litera verior est & magis iuri consona: nam. l. ista est transcripta, ex.l.3. §. si nemo erit. & §. qui de sepulchrit. ff. de sepul. viol. vbi ponitur pœna centum aureorum. Couarru, vbi supra. c.6. num.5.

In.l.15.tit.13.p.1.in glo.2.

1 *Hæres non est conueniendus intra nouem dies à tempore mortis testatoris, vbi cõciliantur cõtraria opiniones.*

GLos.2. in verb. *Hasta nueue dias.* Dicit per tex. in præsenti hæres non est cõ-
1 ueniendus intra nouẽ dies à tẽpore mortis testatoris, cui similis est in.l.7 titu.6. pa.6. & in.l.13. tit.13. pa.7. quibus similis est. §. hæc autem. vers. sancimus, in auth. vt cũ de appellatio. cognos. ex quibus iuribus videtur remanere correcta.l. fin. in §. donec. C. de iure deli vbi per tres menses dilatio datur heredibus, vt non conueniantur, & doctrina Rod. Xuarez in.l. post rem iudicatam dicens in. 1. extensio num.5. quod intra dictum tempus cõficiẽdi inuentariũ, non potest instrumentum exequi cõtra herede, quãuis sit hæreditas locupletissima, ponẽs certas fallentias, quæ conclusio fuit Bart. Paul. Castren. & Alex. & Iaso in.d.l. fi. §. donec, & sic limitatur horũ patrũ doctrina secũdum glos. conclusionẽ, & .ll. partitarum.

Sed veritas est.ll. & iura supra relata, nullã per alterã corrigi, imo vnaquæque in suo casu procedere.l. etenim ista, & d. l.7. & .d.l.13. & d. §. hæc autẽ, loquuntur quando sine inuentario hæres hereditatem adiuit, & in funere defuncti occupatus est.l. fi. in §. donec procedit, quando heres occupatus est in faciendo inuentario, de cuius beneficio agitur. Hanc conciliationẽ signanit Domi. Antoni. de Padilla, in.l. eam quã. C. de fideicom. n.13. quãuis contrariũ censuere Dida. Perez in.l.4. tit.8. lib.3. ord. col. 1077. & Petrus Dueñas in reg. 167. imo quod.d. §. donec per cetera iura corrigatur. & hanc posuit Vezinus inter cõmunes allegando Guiller. Bened. vbi supra, tomo.1. cõmu. opi. fol 475. col.1 num.2. vbi dict. Guillerm. num 57 dicit quod hæres non conuenit intra nouem dies in honorem sepulti.

Titulus. 14. De las cosas de la Iglesia.

In Summa, tit, 14 par.1. in gl. 1.

1 *Filij possunt cõtra patrẽ dilapidantẽ bona libear: petere aliquid sibi pro legitima assignari cum commun. 1 Quia licet legitima nõ debeatur in vita patris formaliter debetur tamen causaliter.*

GLos.1. in ver. *Enagenar locamente.* Vbi concludit, quod si pater discipat bona sua libera, filij sui possunt petere sibi aliquid assignari: quæ conclusio magna dubitatione fluctuat, quia regulariter filio in vita patris non debetur legitima.l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bono. & in l.2. §. interdũ. ff. de vulg. & pupil. quæ cõclusio ampliatur, cõtra conclusionẽ glos. nostræ, etiã si pater bona discipet Specu. in tit. de executio. sentẽtiæ in. § sequitur n.11. in fi. quem Bal. sequitur in.l. non

potest

potest in lectu.1.ff.de adoptio,& de iuris rigore hanc dicit veram Iaso. in.l.nam postea.§.sed & si quis ff.de iure iur.0.4. & Chassa.in consue.Burgon.in Rubri.7.§.2.nu.4.fol.130.col.2.

Quibus non obstantibus, verior est conclusio glossæ nostrę, quia quãdocunque pater discipat bona, tenetur assignare ligitimam filio, vt testatur Bal. sibi contrarius in.l defuncto.nu.3.ff.si quid in fraudem patro & ibi Paul. de Castro. & in auth.si qua mulier.C.de sactosanct.eccl. quos sequitur Hieron. Cagnol. in repe. l.fin.C.de pact.num 232. & Seguta.in.l. Imperator.ff.ad Trebellia.nu 118.& hãc sequitur Mencha de successio.creatio.2. pa.§.20.num.285.& dicitur ista communis per Donatum a fina.1.tomo.comm.opin.fol.410.nu.5. quam conclusionem, amphat, & limitat Petrus Dueñas regu.356.nam filio debetur legitima prius quã pater moriatur, ex quadam æquirate naturali secũdum Montal.in.l.12.tit.5.li.3.fori. fol 75. in litera.H. qui sic intelligit glo.in l.si arrogator. §.sed an impuberi. ff.de adoptio, vbi dicit deberi causaliter, non formaliter.

In.l.2.tit.14.par.1.in glo.1.

1 *In alienatione rerum ecclesiasticorum non est necessaria subscriptio omnium collegarum, licet nominari debeant in instrumento alienationis.*

2 *In alienatione rerum ecclesiasticorum sunt quatuor necessaria, videlicet tractatus alienandi, capituli cõsensus, autoritas superioris, & ex iusta causa.*

3 *Per Motum proprium Pij Quinti non reuocantur iura antiqua circa autoritatem Prælatorum in alienatione ecclesiasticarũ rerũ, cui Motui proprio respondetur illud, quod extrauaganti pauli.*

1 GLo.1.in verb. *Con otorgamiento de sus cabildos*, Quærit an in alienatione rerum ecclesiasticarum requiratur subscriptio totius collegij, & transit cum opinione Ioann.de Imol.in.c.1.de his quæ fiunt à prælat. sine consensu, capit. dicentis. de consuetudine non seruari prædicta subscriptio, quamuis obseruetur, quod nomina collegarum, in alienatione interessentium, speciatim ex expressim nominentur in instrumento alienationis. Bart.in l.1.nu.ff.de albo.scrip.per tex.in l. fin. C.de venden.reb.ciuit.lib.11.Bal.in.l.ciuitas circa fin.ff. si certum peta.quæ doctrina communiter approbatur, quando agitur de actibus multum ponderosis, vt asserit Alexan. in consil.1 nu.3.volu.4. & Decius in.c. cum omnes. numero.12. de consti.Roland.à Valle, cons.90. n.21. volu.1.alias nullus erit contractus. Et in dictis causis arduis absentes sunt vocandi, vt dicit Decius.d.c.cum omnes. & Federi.de Senis, cons.287.& 148. vltra allegatos per glo.nostram, quæ conclusio limitatur si sunt in ciuitate secundũ Bal. in auth. hoc ius.C.de sacrosanct.ecclesi. quæ fuit opinio Inno.in.d.c.cum omnes, & in.c.fin.de maior & obedien.quam approbat Emanuel Turza.1 tomo. comm. opin.fol.625.nu 122.

2 Sed cum ista materia sit à Doctoribus suis in locis satis dilatata, ideo aliqua sobstantialia tantum tangam, & sic dico, in dicta alienatione retum ecclesiasticarum quatuor esse substantialia, videlicet tractus alienandi, capituli consensus, autoritas superioris, & quod fiat ex causis contentis in glos. in summa. 12.q.2. quę requisita posuit Socin.in reg 110. & Bald. cons.378.vol.3.& Didac.Couar.in lib.2. variar.c.16.num.8.& 9.& Ioan Gracia. reg.316.num.42.In qua alienatione, sufficit quod maior pars capituli cõsentiat: quia eos tangit, non vt singulos, sed vt omnes: & quando res tangit singulos vt omnes, non requiritur omnium consensus, sufficit maioris partis.d.cap.cum omnes.& ibi DD.l.per fundum.ff de seruit. rusti.prędio.& in.l.fin.ff. cõmunia prædio.tam verba cap si Archiepiscopus.de tempo.ordinatio.Oldral.cons.34.Nicol. Boeri.decis.5 per totum Bernard.Diaz, reg.105.Felin.in.d.c.cum omnes, nu 15. Dueñas reg.195.& circa istam matetiam alienationis rerũm ecclesiasticarum. etiã multa cumulauit Ioan.Grac.reg 158.quibus adde, motum proprium Pij.V. inter suos motus proprios fol 138. prohibens omnes alienationes supradictas, sine licẽtia sedis Apostolicę: quo reuocate videtur

tur, omnes alienatinnes inde factas de licentia superiorum prælatorũ, in eo quod dicit, volentes indemnitati, ecclesiarum aliorumq; piorum locorũ, quantũcunq; Deo possumus consulere; ac prouidere, ne illorum bona, sine nostra aut successoris nnstri scientia, & licentia alienentur, aut perpetuò vel ad longum tempus, &c. quæ verba, quamuis multum vrgere videantur, adhoc quod alienatio rerum ecclesiasticarum, non potest fieri sine scientia & licentia sedis Apostolicæ: & quod sic remaneant correcta iura disponentia, vt dicta alienatin facta cnm causa de autoritate Episcopi, vel aliorum prælatorũ tenear, vr prouisum extat in cap. Abbatibus. & in c. sequens. 12. q. 2. & in. c placuit ead. caus. & quæst. & in cap. in venditionibus. 17. q. 4. & in Clem. 1. de rebus eccles. non alien.

Sed commemoratis verbis non obstã
2 tibus dictus Motus proprius, prædicta iura non corrigit, imn in correcta manent. Nam solum reuocat priuilegia facta camerario, & alijs personis, quibns per alios Pontifices, data erat facultas, licentiandi ecclesias, ad alienationes rerũ earum, nec per clausulam legis quãtumuis generalem, reuocantur priuilegia in corpore iuris inclusa, vt bellissime concludit Orosc. in. l. sed & posteriores. ff. de leg. num. 3. Quæ fuit opinio glossæ approbatę in. l. 1. §. legatis. ff. de iudi. & Ias. in. l. sicut certi, col. pen. C. de testa. Felin. in. c. 1. de ref. num 17. quod notaui, quia vidi aliquos deceptos, per. d. Motom proprium. De qua. d. motus loquitur, intelligitur quando alienatio fit sine iuris solemnitate, vt Capic. notauit in intellectu extrauagantis. 1. de rebus eccles. non alienan. Pauli Veneti secũdi decisinn. 16. & Auenda. in. cc. præto. 1. par. c. 4. nu. 38. quamuis. Villadiego in tract. de legato, vol. 14. q. 11. nu. 8. fol. 158 dicat, quod in consulto Romano Pontifice, nõ licet alienare bona Ecclesiastica, per dictã extrauagantem Pauli Veneti. qui intellectus multum facit pro cõtrariam tenentibus, & eis assederem, nisi priuilegia inclusa in corpore iuris, data prelatis, & capitulis reuocarentur. Quod intelligendum non est per rationem supradictam, quam nullus Doctorũ ad hunc notauit casum: idq; etiam responderi potest ad extrau. Pauli Veneti: maximê quod de eius receptione Hispanię dubitat Dida. Couarr. lib. 2. varia. c. 16. nu. 6. prnpe finem.

1 *Bona donata ecclesijs à Regibus vel Reginis possunt alienari cum solennitate, & requisitis iuris canonici, quicquid dispositum in contrarium extet de iure ciuili, quia circa hoc nihil operatur.*

GLos. 5. in verbo. *Quiessen dado*, Quærit an alienatio rerum donatarum ecclesijs per Reges & Reginas, absque pacto de nõ alienãdo, ex causa à prelatis poterunt alienari: & nccasione istius legis, & §. hęc vero in auth. de alienatio. & em-
1 phyteo. disponentium quod alienari non possunt, cum trepidatione glos. inclinare se videtur ad contratium partem, scilicet, quod possint alienari.

In qua quęstione absque trepidatione, & inennctater tenendũ est, iustis de causis alienationem dictorum bonorum fieri posse, cum solennitatibus â iure canonico requisitis, neq; obstare, huius legis, nec dict. §. hęc vern, contrariam decisionem: quia quamuis circa alienationes rerum ecclesiasticarum multa in iure ciuili statuuntur, tamẽ nulla valent, nisi quę â iure canonico fuerint approbata & recepta, iuxta glos. in cap. 1. in verb. tractatus, de rebus eccles. non alienan, in. 6. quę non admittit solennitates auth hoc ius portectum C. de sacrosan. Eccles. dicitq; sufficere in dict. alienationibus quod seruetur dispnsitin. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. quam approbant, & sequuntur Anchar. Domin. & Franc. ibidem, & Fel. in cap. cum causa. num. 10. de senten. & re iud. & Ioan. de Imol. in cap. tua. nu. 8. de his, quę fiunt â prelat. sine consen. c. & Abb. in cap. inter alia. de immuni. eccles. num. 16 & prnbat text. in cap. bene quidem. 96. distinct. & Innnc. in. c. fin. de rebus eccles. non alien.

In.l.4.tit.14.par.1. in gl.5.

1 *Ecclesia læsa in alienatione restituitur quamuis alienet, secundum solenni-*

lennitatem, & causas iuris canonici, vtcunque læsa fuerit.

Impleta præscriptionē currit quadriennium ad restitutionem.

2 *In læsione enormissima dantur triginta anni ad petendum restuutionem.*

3 *Ecclesia petere potest restitutionem in integrum ex læsione minori, quam ex dimidia iusti pretij: & quæ sit læsio sufficiens ad petendam restitutionem relinquitur arbitrio iudicis.*

GLof.3.in verbo. *De su cabildo.* Dicit ecclesiam lęsam in alienatione, restitu-
1 tionem in integrum petere posse, etiam si cum solennitate requisita à iure, alienauerit, tex.in.c.1.de in integrum rest.6. & glo.in verb.per beneficium Abb.in cap. constitutus.num.8.de rest. in integrum, & Ant.Gomez de contract: tom.2.c.14. num.5.col.2.variar. quę restitutio dupliciter fit, vt gl.nostra notat, aut per beneficium rest.in integrum, aut via ordinaria, videlicet, qnando læsio fuit, vltra dimidiam iusti pretij, & tunc competit beneficium.l.2.C.de resc.venditio.&.c. cum dilecti, & c.causam.de emptio. & vendi. vel etiam cōpetit quando læsio fuit enormissima: quæ actiones quoad vitam differunt, nam beneficium restitutionis in integrum durat per quadriennium tantū à tempore læsionis, tex.cum.glos.in.c 1. de in integrum rest.in.6.& in Clemen.1. eod.titul.& in.l.respublica.C.ex quibus causis maior.& ibi Bart.& DD.& Ioan. de Plat.in.l.rempublicam.C.de iure reipublic.lib.11. ita quod pręscriptione impleta currat quadrienniū, vt. tenet Abb. in cap.1.num.12.de pręscrip.& in capit. tunc ex literis, de in integrum rest.nu.20. & glos.in auth.de ecclesiast.tit.§.pro tēporalibus.

2 Huic conclusioni obstare videtur.l.10. titul.19.p.6. qui text.probat, quod si læsio sit vltra dimidiam, restitutio peti potest intra.30.annos: pro cuius intelligentia, & conciliatione laborat glos.7.ibi & dicit, quod d l.10. in prima parte loquitur in lęsionibus grauibus, in quibus iudex arbitratur an talis sit, vt ex ea competat restitutio, cui lęsioni competit quadriennium, pro restitutione petenda: in fine vero in vers.(*Pero si*) quod loquatur in læsione enormissima, ex qua competit, & datur tempus.30.annorum ad restitutionem petendam, secundum gloss.in d.c.1.de in integrum rest.in.6.in verbo, causa, quia in dicta lęsione pręsumitur in esse dolus, Abb.in cap.ad nostram, de rebus eccles.alienan.vel non: quicquid in contrarium dixit Roder.Xuar.in allega. 12.quem refellit Dida.Couar.in lib. 1.variar.resolu.cap.3.num.12.qui sic etiam intelligit d.l.10.tit.19.p.6.quibus adde Angel.in.§.Rutsus inst.de actio.& Felin.in cap.1.de presb.num.9.ex quibus remanet vera supradicta nostra conclusio.

3 Et in quantum glos.dicit, subuenitur per beneficiū restitutionis, vel via ordinaria, quando lęsio est vltra dimidiam iusti pretij, non excludit, quin restitutio petatur ex lęsione minori, vt notat Abb.in d. c.cum dilecti.de emptio.& vend.& Burgensis ibi nu.42.&.44.modo læsio grauis sit & enormis, per glos. in dict.c.1. de in integrum rest.in. 6. & probat text.in c.tunc ex literis, eod.tit.ibi Abb. & Bart. in.l.scio.ff.de in integrum rest.minor.& Couarr.in dict.lib.1. variar. cap.3. nu.11. post longam disputationem concludit, quod relinquatur arbitrio iudicis, quæ dicatur lęsio sufficiens ad petendam restitutionem, siue sit ecclesia, siue minor, & in quibus casibus isti æquiparātur, & differant, cumulauit Bernar. Diaz reg.219. & eius Additinnator Salzed. & Ioann. Gracian.regul.316.

In.l.5.tit.14.p.1,in glo.6.

1 *In alienatione rerum ecclesiarum sufficit si ex post facto intercedat consensus Episcopi secus erit in casibus in quibus requiritur quod intercedat alicuius autoritas.*

Tutor debet actum autorizare cōtemporanee.

GLoss.6.in verbo. *Despues lo consintiesse:* Concludit, quod in alienatione rerū ecclesiasticarum, sufficit si Episcopi consensus veniat ex interuallo, etiam si non veniat contemporaneè ad actum, & istū casum

casum quasi specialem notat: sed vt veritas istius conclusionis habeatur, distinguendum est, inter autoritatem, & con-
1 sensum.

Autoritas etenim quando in actu requiritur, debet actum præcedere, vel in eo contemporanee interesse: si vero cõsensus requiritur, sufficit si sequatur; secundum Bar. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. num. 5. & ibi Alexand. num. 9. & Paul. de Castr. nu. 4. & 5. & Ias. nu. 20. quam dicit cõmunem Socin. Senior cons. 15. colum. 12. vol. 1. & Anto. de Butrio in tract. de formulis, in articulo de implenda forma: & hanc sententiam refert inter cõmunes Iosephus Ludouicus, 3. tomo, cõmuni opinio. folio. 456. col. 1. in initio: & quoties autoritas in actu requiritur, non sufficit simpliciter consentire, sed debet autoritas expresse præstari, vt bene tradit Dueñas reg. 65. quia viuæ vocis autoritas, dignior & æstimabilior est, quam mortuæ vocis, de quo infr. in tit. 18. part. 3 in summa, in glos. 2. habetur, & sic tutor authorizare contemporanee ipsum actum debet, vt habetur infra in l. 17. tit. 16 part. 6 glo. 7. & ex hoc, & ex doctrina Innoc. in c. 2. de transactio. dicentis, quod autoritas Episcopi in alienatione rerum ecclesiarũ debet interponi in modum decreti, sententia glossæ nostræ reditur dubia: sed quia veritas est, quod sufficit vt Episcopus præstet suum consensum, præmissa causæ cognitione, etiam ex post facto, vt tenet Hostien. in cap 1. de rebus eccles. non alien. in. 6 quem sequitur ibi Ancha. numer 5. & Domin. de sanct. Gemin. nu. 12. & Philip. Franc. num. 12. in fin. & Ioann. de Imol. in cap. 1 & 3. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu cap. reprobata contraria sententia Bar. in l quacunq; C. de bonis, quelibet & in l. fin. 9. necessitatẽ, eodem titulo: non obstante, quod cõtrarium decidatur, in autoritate tutoris, remanet indubitanter vera conclusio nostræ glossæ. Quam cõclusionem ampliat Cæsar Lambert. de iure patron. in. 9. q. princip. 1. part. lib. 1. num. 91 fol. 85. dicens, quod vbi in aliquo actu requiritur consensus alicuius; sufficit interuenire, etiam post actum nullum, capit. vera, & ibi glos. & Abb. de iure patron. & in cap. cum vos, de his quæ fiunt à prælator. & ibi Abb.

In.l.8.tit.14.par.1.in glo.1.

1 *Error iuris non causat bonam fidem etiam ad præscriptionem. 30. vel 40. annorum de iure canonico, quæ cõmunis est.*

Ampliatur etiam ad præscriptionem immemorialem.

2 *Limitatur quando error iuris cadit circa priuilegium, vel sententiam, vel causatur ex iure dubio, vel est mixtus cum errore facti, item quoad fructus acquisitionem.*

3 *Conciliantur variæ doctorũ opiniones; videlicet, aut titulus ad præscribendum sit necessarius, & tunc error iuris in titulo non causat bonam fidem ad præscribendum, aut non est necessarius, & tunc error in titulo producit bonam fidem ad præscribendum.*

Quæ dicuntur de præscriptione. 30. vel. 40 annorum.

GLos. 1 in verbo. *Touiesse quel Obispo ge
1 la pedriadar.* Dicit, lex ista videtur mirabilis, cum ex hoc dicto iunctis verbis præcedentibus vult, quod error iuris causet bonam fidem & sufficiat ad præscriptionem rei ecclesiæ, per tempus quadraginta annorum: cõmunis tamen opinio Canonistarũ est in contrariũ, imo quod talis error iuris non est sufficiens ad præscribendum, quando nõ est admixtus cũ errore facti, hactenus glos.

In cõmemorata quæstione duæ sunt factiones. Vna, quod error iuris de iure canonico non causat bonam fidem, ad præscribendam rem ecclesiæ, etiam per præ-
scriptionem triginta, vel quadraginta an 2
norũ, quia cum ius resistit, requiritur titulus, & bona fides, vt bene concludit Ioã. Franc. Balb. in repetit l. Celsus. ff. de vsu capio. vol. 8. tract. fol. 73. num. 15.

Secunda asserit aliam conclusionem contrariam, quam cõmunem dicit: scilicet, quod de iure non solum ciuili, sed canonico error iuris causat bonam fidem

ad

ad præſcriptionem 30. vel.40.annorum, quã concluſionem aſſerrã defendit Ioan. de Imol.in.l.nunquam. ff.de vſu capio. & ibi Paul.de Caſtr.& idem Imo in cap. de quarta.de præſc.num.1. & in cap.fin. eod.tit.num.12.vbi dicit,forte non eſt ſine dubitatione,& Anton.de But.in cap. cura,de iure patro.& in cap.peruenit.de emptio.& vendi.& ibi Imo.nu.7.paul. conſ.3.n.17.& 18.vol.2. Roma. conſ.123. &dicit iſtam cõmunem Pariſius in dict. cap.de quarta,num.9.& Alex. conſ.75. vol 5.& Bal.conſ.221.vol.1. & conſ.261. in fin.vol.5.

Primam tamen concluſionem contrariam,ſcilicet,quod error iuris non inducat bonam fidem etiam ad præſcriptionẽ 30. vel 40. annorum vltra prædicta, tenet Romanus ſibi contrarius, conſil.166. num.6.Paul.de Caſt.ſibi contrarius, cõſil.70.nu.30.vol.1 Feli.in cap.de quarta, allegans alios,num.35. vbi pro hac concluſione viriliter defenſat,tex.in cap.du dum,de decimis,& Alex.conſ.73.vol.2. & conſ.121.vol.4.col.3.& Abb. in conſ. 34.vol 1.& iſtam dicit, magis cõmunem Anton.Gabriel.3 tomo cõmun. opinio. fol.310 nu.5.quam ampliat,& limitat ſequentibus modis,ita vt ſufficiat in caſibus limitatis decem,vel.20.annorũ præſcriptio,vt à Feli. habetur d.c. de quarta, num.26.& Abb.vbi ſupr.

Primo ampliat, vt procedat etiam in pręſcriptione tanti temporis, quod non ſit memoria in contrarium,ſecundũ Petrum Pariſ.conſ.27.num.137.vol.1.

2 Secundo limittat quando error iuris cadit,circa priuilegium, vel ſententiam, Ruinus conſ.32.vol.5.quia tunc procedit dicta præſcriptio,& in omnibus limitationibus ſequentibus.

Tertio limitatur,quãdo error iuris cauſaretur ex iure dubio, ſeu multipliciter intelligibili,c,cum dilectus, de conſuetu. & ibi glo.in verb.conſtituto, & Abb.

Quarto limitatur, quando error iuris eſſet mixtus cum errore facti, quia tunc ſufficeret ad dictam præſcriptionem, gl. & Bart.in l.ſi vxori,ff.de vſucapio.Dyn. in reg.poſſeſtor,de regul.iur.in.6.in quo caſu loquitur glo. noſtra.

Quinto,quando error iuris non inualidaret titulum à principio,ſed tantummodo ex poſt facto, ſecundum Cardina. in d.c.de quarta.de præſ.quem ibi ſequitur Fel n.35.in medio,in verſ.limita quarto.

Sexto limita, niſi qualitas perſonæ aliud ſuaderet: prout in minore, & ruſtico,ſi non potueruut cõſulere peritiores, per Bart.Bal.Paulum,in l.iuris ignorantia. C.qui admitti.Feli.in.d.c.de quarta.

Septimo limita, quoad fructuũ acquiſitionem,nam quoad hoc titulus cum errore iuris non nocet.Bart.in l ſed ſi lege, §.ſcire,ff.de petitio.hæredi,text.cũ glo. in,l.de fructibus,ff.de donatio.inter vir. & vxo.l.quod vxor,ff.de acquiren.poſſeſsio.& Felin.in d.c.de quarta,num.29. cum limitatione,Bart.in d.§.ſcire,vt procedat dicta concluſio, dummodo titulus vel error iniuſtus, non ſit contra legem, ſed præter legem,& de iſta acquiſitione fructuum latè,per Feli.in,d.c. de quarta, nu.29.& 30.& 31.

3 Prædictam tamen contrarietatem, inter ſupradictas communes opiniones,dupliciter conciliant doctores diſtinguendo, aut titulus eſt expreſſe reprobatus, quia lex reſiſtit,& tunc error iuris interueniens.circa talem titulum nõ prodeſt, nec cauſat bonã fidem,etiam in præſcriptione longiſsima: aut vero non eſt expreſſe reprobatus, quia lex non reſiſtit expreſſe,ſed non aſsiſtit,& tunc talis error iuris prodeſt in præſcriptione longiſſima:quam diſtinctionem eſſe de mente. Bart.in d,l.ſed ſi lege, §. ſcire.ff. de petitio.hæred.teſtatur eam ſequendo. Fran. Balb.d.l.celſus,in notab.4, num.20.in fi. & de mente Alexan.in conſ 73, ante fin. vol.2,& in conſ.121.vol.4.qui finalis eſt numer.fin.& conſ.16. vol.3.col.fin.circa med.Pauli de Caſt.in d.l.Celſus.

Aliter & ſecundo conciliantur dictæ opiniones contrarię, per diſtinctionem, aut titulus eſt pręſcriptioni neceſſarius, & tunc error iuris in titulo non producit bonam fidem, etiam ad pręſcribendum per.30.vel 40.annos,quia cum titulus iuſtus à iure requiritur,vt in.l. nunquam. ff.de vſucap & in cap.dudum,de decim. & in.l.ſi fur.§.1 ff.de vſucap.non poteſt titulus iniuſtus, iuris errore, ſimul cauſam dare vſui capioni, & bonam fidem producere.

Aut titulus non eſt præſcriptioni neceſſarius,& tunc error iuris circa eũ, producit bonam fidem ad præſcribendum. Vt aſſerit Anton.de Butr.in cap. peruenit,de emptio.& vendi.num.2.vbi dicit, quod

quod licet error iuris respectu tituli, impediat pręscriptionem, ad quam requiritur titulus, non tamen impedit præscriptionem, ad cuius substantiam non requiritur titulus, sed sola bona fides, vt est præscriptio.30.vel.40.annorum, nisi talis intercedat titulus cui ius resistat; secundum Couarr.in reg.possessor.2.part. §.7.nu.5.fo..52.& nu.8.

Hæc autem dicta sunt, circa supradictã quęstionem, an error iuris in titulo inducat bonam fidem, ad præscriptionem 30.vel.40.annorum: nam in præscriptione decẽ vel viginti annorum, cum in ea titulus iustus requiratur, vt in dict.l.nunquam, & in.l.si fur.§ 1.ff.de vsucap.& in glos.cap.dudum, de decimis, & alia in.c. Apostolicę, de donatio.nemo est qui ambigat, non inducere dictus iuris error bonam fidem, nisi in casibus hic exceptis, vt plenissime videri potest per Felin. in d.c.de quarta, à num.26. cum sequẽtibus, & per Ioan Franc.Balb.in dict.l. Celsus, ff.de vsucap.4.notabil.num.15. & per d. Anton Gabriel.loco citato, qui multum confuse loquitur, & sic est intelligendus.

In.l.10.tit.14.p.1,in glo.1.

1 Factum à maiori parte capituli tenet.

1 GLos.1. in verbo, *La mayor parte*, Dicit, quod factum à maiori parte capituli tenet: ampliationes, & limitationes ad istam regulã, videri possunt per Bernar. Diaz reg.449.et Petrus Dueñas reg.299. & Ioann.Gracia.reg.95.num.4. & Hippol.sing.376.Nicol Bellon.cons.28.nu.1.

In.l.11,tit.14.p.1,in gl.7.

1 Emens rem alienam quamuis sit ecclesiæ re euicta poterit pretium repetere à vendente si id stipulatus est, vel de euictione cauit.

2 Refellitur sententia Tiraquelli contra dictam conclusione tenentis.

3 Refellitur etiam sententia Palatij Rubios, quia in re immobili non committitur furtum.

GLo.7.in verb.*Mas contra aquel que se la vendio*, dicit, quod illicite rem ecclesię & scienter emens, idest cessante causa & forma, re euicta, habebit recursum ad pretium pro resolutum, contra venditorem, per text. in pręsenti. refert etiam plurimos contrariam asserentes, tanquã communem, vt nulla scilicet competat pretij repetitio, aduersus venditorem.

1 Quam communem limitandam esse cęseo, si emptor stipulatus est, vel de euictione cauit, quia etiam si indubitatum sit, in venditione cęterarum rerum, quod rem immobilem alienã emens, sciens talem esse, re euicta pretium repetere non potest, quia videtur donasse, vt habetur per text.& DD. ibi in l.si fundũ sciens. C.de euictio, & in l.si fratres.C.communi vtriusque iud.& ibi Bart.& Bal.& l.si à matre.C.de iure doti. & in.l.1. C. de pres.30.vel.40.annor.& in l.quemadmodum. C.de agricol.& censi.lib. 11. & ibi gloss.

Limitatur tamen si stipulatus est, vel cauit de euictione, quia tunc repetere poterit pretium, pro re aliena traditũ, à venditore, de quo est text, cum glos. in dict. l. si fundum, & est similis glos. in dict.l. quemadmodum, & tenet Cyn. in dict.l. si fundum, & Bald.ibi, & in anthent. qui rest.C.de sacrosan.eccles.& in d.l. si fratres.C commu.vtriusque iud.& ibi Bar. Cyn.& Ias.in l.fin.§.fin.C. commun.de legat.& Abb.qui in casu nostro loquitur in c.si quis presbyterorum, num.fin.de rebus eccles.non alien. & Ioan.de Imol. in cap.ad audientiam, num.8.post mediũ eod.tit.& Mat.de Afflict.in tract.de iure prothomiceos, vol.5.tract.fo.522.nu.37: & expresse pro ista limitatione facit l. 19.titul.5.par.5. idemque censuit Didac. Couar.lib.3.variar.resolu..cap. 17.nu.2. prope finem, & melius & apertius per Anton.Gomez in.2.tomo variar. cap.2. nu.4.5.& ista est cõmunis.

2 Quamuis contrarium asserit Tiraque. in tract.de vtroque retract quem nullus nostratum ad hoc allegat in fin. tit.1. folio.700.num.46. in parua impressione, vbi dicit, illicitus emptor nõ agit de euictione, etiam si is stipulatus nuncupatim fuerit: & pro sua conclusione allegat d. l.quemadmodum, & l.cum vir prædium, ff.de vsucap.quæ ll. tantum probant, illicitum emptorem, petere non posse re

euicta

euicta pretium à venditore: sed nõ quod si stipulatus sit de pretio negetur ei eius repetio à venditore: allegat etiam pro se Syn. in dict. l. si fundum, & io d.l.fin.§.fi. C. commun. deleg. qui contra suam conclusionem tenet, cuius verba sunt, distingue aut quis emit rem alienam scienter, aut ignoranter, si scienter, aut est stipulatus pretiũ, vel de euictione, aut non, primo casu agit, secundo non: neque pro eo facit decisio Guido. papę. 923. quam itidẽ pro se dict. Tiraquel. allegat cum contra eum probet.

3 Neque supradictę cõmuni conclusioni obstant, multa quæ in hac materia cõgerit Ioan. Lupus in Rubri. de donatio, in §.65. à num. 53. cum sequentibus: quia ille loquitur in re furtiua, empta à sciente eam esse talẽ, nos vero loquimur, in emẽtę rem immobilem, in qua re furtum nõ cõmittitur propriè, vt constat ex Paulo de Castro in d. l. si is qui pro emptore. § fi. num. 1. ff. de vsucapio.

Titulus. 15. Del derecho de Patronazgo.

In.l.1.tit.15.par.1.in glo.1.

1 Hoc nomen patronus sumitur multis modis pro aduocato, pro serui manumissore, & ecclesiæ constructore, vel dotatore, & nauis gubernatore.



Lo. 1. in ver. *Padre de carga:* exponit cũ text. etymologiam, huius verbi (patronus) & dicit, quod dicitur pater oneris; cui addo, q tria sunt genera patronorum, nam aut defendit reum, aut manumittit seruum, aut ecclesiam ædificat, & sic cum officia horum patronorum sint diuersa in modo, diuersa etymologia exponuntur.

1 Patronus dicitur, qui aliquem defendit in iudicio, quasi pater dictus, quia tantundem est clientum, quantum filium fallere. l. si postulauerit. §. haberi. ff. ad leg. Iul. de adult. Catechismus in præcepto non loqueris, in cap. nunc explicemus: secundo dicuntur patroni, qui ex manumissione hoc nomen sibi vendicauerũt, & ideo sic nuncupantur, quod eo nomine, quid alter alteri debeat officij significetur, de quorum officio late per Alciat. in. l. patroni, la. 5. ff. de verbor. signific. & per totum titulum. ff. de obsequi. patrono, à liberti. presta. olimq; lege Romuli, patres à plebeis in patronos cooptabantur, & proceres Romani patroni erãt, de quo per Budeũ in annotatio. priori, & posterio. Tertio appellatur patronus qui ecclesiam fundauit, cõstruxit, vel dotauit, de quo sermo noster erit, de consensu Episcopi, & iste dicitur pater oneris, vel à similitudine patris sic dictus, quia ecclesiæ fuit author, & initium, sicut pater filiorum, vel ad instar cæterorum patronorum, vt notauit Petrus Mendrame. in additio. ad Reperto. inquisito. in verbo, patronus. & hinc est quod sanctus dicatur patronus, in cuius honorem templum constructum est, eo quod tutelares nostri sint, vt notauit Paul. de Citad. in tractat. de iure patron. 2. p. in vol. 15. tract. & Petrus Rebuf in dict. l. patroni, pagin. 374. Quarto, & vltimo dicitur patronus nauis gubernator. l. 1. vbi DD. C. de nauicula. lib. 11. & de isto articulo videre poteris aliqua, per Cæsar. Lamberti. Tranensem in tract. de iure patron. in lib. 1. in part. 1. artic. 2. quæst. 1. princ. fol. 3.

1 Ad acquirendum ius patronatus sufficit, aut fundare, aut ædificare ecclesiam, vel dotare si alij in cæteris suppleãt, & omnes efficientur patroni.

Limitatur si vnus promittit omnia facere, & solum vnum adimplet, nam secundus qui adimpleuerit omnia deficientia erit patronus solus.

2 Ius patronatus ecclesiæ liberæ præscribitur cum titulo, & bona fidẽ spatio. 40. annorum.

3 Ecclesia patronata præscribitur per laicum aduersus laicum spatio. 40. annorum etiam sine titulo.

Glo.

GLof.3.in verbo.*Tres casus*. Dicit ad acquirendum ius patronatus, sufficere vnum ex tribus contentis, in.l. ista implere, si alij in cæteris suppleant: & quod nihilominus si post fundationem, & ædificationem, ecclesiam alter dotauerit, efficietur simul patronus, & quod sic non requiritur, vt omnes contemporanee cõcurrant, in iuris patronatus creatione.

Quæ finalis conclusio cõmuniter approbatur, vt tradit Cæsar. Lambert. in, d. tract. de iure patro. in.1. articu.4. q.1. p.1. lib.1. folio.28. vbi dicit, sufficit quod ipsa tria, datio fundi, constructio, seu dotatio, fiant vno tempore, vel diuersis temporalibus: licet Abb. cons.160. volum.2. tenet contrarium, imo quod contemporanee dicta tria debent concurrere. & idem tenuit Paul. de cita. in tract. iuris patro & horum patrum doctrinã, tunc dicit Cęsar. Lambert. procedere, vbi supra nu 7. quando vnus solus voluit omnia facere, scilicet fundare, construere & dotare, tũc debent omnia simul concurrere, & tantum fundum dedit, alia dno non perfecit, nec relinquit modum, vt perficiatur, imo euanuit cautela capta per diœcesanum, tunc secundus complens cõstructionem ecclesiæ, & dotans, erit patronus in totũ, & primus dans fundum non erit in consideratione: ponit ibi alios casus in quibus etiam si contẽporanee non veniant, omnes efficiũtur patroni, qui dotãt, ędificãt & fundant: pro cuius conclusionis perfecta intelligentia est videndus. d. Lãbert. in d. tract. in.1. p.1. lib.14. art. 4. q. princi, fol.32. num.2.

In eadem glos. in versic. an autem ex
2 consuetudine vel præscriptione, acquiri possit ius patronatus, gloss. ista remissiue loquitur, ideo in posita quæstione, apertius procedam per distinctiones: aut ecclesia est libera quæ nunquam habuit patronum, aut patronata, si libera pręscribi potest à laico per spatium quadraginta annorum, cum titulo & bona fide, aut eo deficiente, per temporis immemorialis decursum; quia licet sit verum, quod ius patrono nõ resistat, eo quod sit capax iuris patronatus, habet tamen contra se, quandam iuris præsumptionem, vehementem, & specialem; puta quod omnes ecclesiæ pręsumuntur liberę: & etiam libera collatio beneficiorum, & ministrorum institutio præsumitur, quæ Episcopis pertinet, cap. omnes Basilicæ.16.q.7. cap. frequentibus de institutio. & in cap. venerabilis. de exceptio. Reprobata sententia Feder. de Senis. cons.234. & Corn. cons.47. lib.3. & Dec. cons.134. asserentium, in hac præscriptione, minime necessarium esse titulum, quia ius patronatus licite obtineri à laicis potest: quorum fundamentum non obstat, nam aliud est ius resistere possessioni, vel quasi possessioni, aliud iuris præsumptionem esse contrariã vehementer, & aduersam præscribenti, & ideo necessarium ad pręscribendum contra ecclesiam liberam, dixit esse titulum eruditissimus ille noster Didac. Couar. in reg. possessor.2. part. §.10. num.7. prope finem.

3 Aut ecclesia est patronata, quę nec libera est, neque fuit, & tunc dictum ius patronatus præscribi potest, per laicos aduersus laicos, text. in cap. cura. de iure patron. & hanc dicit communem Cæsar. Lambert. de iure patro.2. part.1. lib. art.1. quæstio.11. tamen hęc pręscriptio debet esse quadragenaria, proceditque absque titulo: quia ecclesię interst, non mutare patronos, reiecta opinione Roch. de Curti. in tract. de iure patro. in verb. ipse, vel 15. quęstio.36. numer. 86. vol.15. tract. & etiã reiecta opinione aliorum, quos Couarr. citat dict. §.10. num.8. asserentium sufficere ordinariam præscriptionem.10. vel.20. annorum, & eos etiam impugnat Dida. Perez in. l. titul.6. lib.1. ordin. colum.239. & .240.

1 *Dotans ecclesiam non potest ponere conditionẽ, quod ad Episcopum nõ expectet ordinationem ecclesiæ, idemq; esse in capellaniæ institutione.*

2 *Quod dotans ecclesiam vel capellaniam poterit ab administratione excludere ordinarium, tenuit Menchac. assignatur concordia.*

3 *Hæres potest contra prælatum iubentem, vt legatum adimpleat excipere, vt acceptet cum conditione qui acceptare poterit etiam Episcopalia iura restringendo.*

Con-

4 Conditione legati pendente res di citur hæredis.

5 Dominium rei legatæ non transit in legatarium conditionalem via recta, nec donatarius principalis in gradu secundo vocato potest damnum inferre.

GLos.6.in verb. *Dote*. in versic. vbi etiã quærit gloss. an posit dotans ecclesiam, apponere conditionem in dotatione, quod ad Episcopũ non expectet ordinatio ecclesię, & concludit quod non:
1 Quæ conclusio fuit Abb. in cap. requisisti. de testamen. vbi dicit, non valet clausula testatoris, instituẽtis capellam cum ista conditione, vt non subiaceat ordinationi Episcopi, & prius Innocen. in cap. in Lateranensi. de prębend. num.5. & in cap. tua. de testa. & Anton. de Buttio. in cap. cum dilectus. de consuetud. nu.24. & ibi Ioann. de Imol. num. 12. dicentes, hoc bene notandum, pro istis qui ordinant capellas, & disponunt de modo conferendi, aliter quam ius disponit: quia non possunt sine cõsensu Episcopi quos citat Cæsar. Lamberti. dict. tract. de iure patron. in quęst.9. principa. 1. part. lib.1. num.68. & 74. fol.83. & 84. ad hoc quod patronus non potest ponere cõditiones, etiam in limine fundationis; contra ius, nisi de Episcopi consensu: & cum eo poterit etiam tales conditiones ponere, quæ iura Episcopalia minuant, ibidem num.55. fol.82. facit quę Rota dicit in decisio.867. in antiquis, vbi formaliter ponit casum instituentis capellaniã, & prohibentis ne ordinarius se intromittat, dãdo vel conferendo eam, cũ clausula quod si secus, ex nũc, prout ex tunc, & extũc, prout ex nunc, irritante: & concludit quod si ordinarius ex negligentia patroni, dictam capellaniam conferat, tenebit collatio, & capellania non irritabitur: idem dixit Felin. in cap. cum venerabilis, numer.33. de exceptio. in constructione, alicuius capellæ vel ecclesię: quam sententiam sequitur Palat. Rubi. in Rubr. de donatio. inter virum & vxor. §.16. nu.14. in fin. & Didac. Couarr. in epithom. ad 4. lib.2. par. cap.3. §.1. num.20. vbi dicũt, quod dictę conditiones, reijciuntur tanquam iustitię, & naturę actus contrariæ, & dispositio remanet valida: idem Couarr. in cap. tua. de testa. num.8. & istam partem sequitur Bernard. Diaz reg.240. ampliat.2. & Ioann. Gracian. regul.156. numer.17. & Doctor Gutierrez in repetit. l. nemo potest. ff. delegat. 1. num. 449. & Azeued. in. l.9. tit.6. lib.1. recop. nu.5. qui remissiuè loquitur.

2 Contrariam sententiam cõtra dictam communem opinionem, tenet Mencha. de successio. creatio. 1. part. §.7. num.16. dicens, quod si testator, vel fundator ecclesię, vel capellæ vltra procedit, addicendo pœnam priuationis, & annullationis actus, vel dispositionis, si secus fiat quam ipse disposuit, quod pœna obtinebit locum suum, & sic res transibit ad alios actus destinatos, per eũdem testatorem in defectu conditionis: quam conclusionem defendit per sex fundamenta, quæ an satis vrgeant infra videbimus.

Sed in ista contrarietate, assignate placet concordiam, & conciliare has conclusiones, in hunc modum: aut capella est iam ex dicta dispositione testatoris constructa, vel ędificata, vel consecrata, vel capellania instituta, & collata, isto casu cum iam effectæ sint spirituales, & sacræ res, necesse est quod Episcopis subsint, vel ecclesiarum prælatis. cap. requisisti. de testa. & in cap.1.16. quæstio.5. & in cap.1. de iure patro. in.6 & in cap.1. & 2. & 3.10. quæst.1. neq; per dispositiones particulares, possunt iura Episcopalia minui, c. omnes Basilicę.16. quęst.1. & isto casu, indubitanter procedit communis conclusio.

Aut legatum factum, ad capellam cõstruendam, vel capellaniam instituẽdã, est cum conditionibus, quæ licet iurisdictionem, & iura Episcopalia limitant, non tamen in se turpes sunt, cum tali pœnæ adiectione, vt si conditiones non fuerint adimpletæ, legatum ad hæredes
3 transeat. Isto casu poterit hæres, contra prælatum iubentem, vt legatum ad effectum reddatur excipere, vt cum sua cõditione acceptet dictũ legatum, quod si approbauerit acceptando, cum sua cõditione, nulla remanet quęstio, quia in ipso limine instutionis, & fundationis capellæ, vel cuiusuis iuris patronatus poterit Episcopus acceptare cõditiones,

O iura

iura episcopalia restringentes: quę doctrina fuit Innocenc.in.capit.in Lateranensi. de prębend.& eam vocat auream Lambertin. in tract. de iure patr.in.9.q. princip 1.part.lib. 1. numer. 55. &. 74. fol.82.

4 In qua libertate & facultate hęres stat, eo quod pendente conditione legati, res dicitur hæredis.l.si fur.ff.de vsufruct.l.3. C.de fideicōmissa. libert. vbi relicta fuit libertas ancillę sub conditione filij nati, & ea pendente manet serua, & pertinet ad hęredem iure dominij.Facit item.l.liberto.§.Lucius ff.de annui.leg.vbi pecunia ad vsum publicum relicta, si in lusum non expenditur, reuertit ad hęredē, quę conclusio confirmatur, argumento sumpto de libertate, ad causam piam: Nam vbicunque lex aliquid statuit, vel disponit in fauorem libertatis, ea lex habebit locum in pia causa.d.l.1.circa fin.C.de cōmuni seruo.manu.vbi & causa pia & libertas æquiparantur.Bald.in.l.2. num 1. C.de fideicommissa. liberta. Euerard.in loco,23.

Ergo in casu nostro, conditione pendente,ex voluntate prælati.qui eam non vult acceptare, hæres remanebit dominus rei legatæ, etiam si testator eam non vocauerit, in defectum conditionis non impletæ: nisi fortè testator in alios vsus legatum destinauit, nec compelli poterit dictus hæres ad dictum legatum conditionale implendum, conditione non acceptata per Episcopum, ex dispositione tex in.c.si hęres.de testa nec ipse incidet in poenas auth.hoc amplius.C. de fideicommissis, &.l.fin.tit.10.par.6.quas hodie dixit Imo.esse arbitrarias in.l.1.de testa.de quibus poenis disputat Dida. Couarr.d.c.si hęres.nu.6.quia per.d.hæredē non stat,quo minus adimpleatur legatū, sed per cōditionem non impletam, quæ effectum suspendit, vt notat Bart.in l. 1. in tertia differentia. ff.de conditi.& demōstra.

Sin vero vt manet dictum testator in defectum conditionis, iubet legatum in alios vsus expendere, vel ad alios transire, isti quasi substituti, habent iam ius in re conditione non impleta, cum dominium rei legatæ, via recta non transeat ad legatarium conditionalem.l.si fur. ff. de vsufruct. & l.3. C. de fideicommissa, liberta. sed sic ad substitutum, qui conditione deficiente est purus legatarius.

5 Et pro isto fundamento facit.l.quoties C.de donatio, quę sub modo consti. vbi vocato in gradu secundo, per donatorē, in perfecta donatione, & irreuocabili, præiudicium afferri, non potest ei, per principalem donatarium, consentiendo dictæ donationis reuocationi, propter ius quod vocatus in gradu secundo habet ad rem, vt late defenditur per Anto. Gomez in.l.40.Taur.nu.3.facit pro hac parte etiam optimus text. in.l. si partem versic.fin.in si.ff.quemadm.seruit. amit. vbi habetur, quod si testator legauit seruitutem, & legatarius ante quam agnosceret vel repudiauerit legatum, vendidit fundū dominantē, illi emptori quęritur ius seruitutis: ita φ postea venditor non poterit emptoris iuri nocere quāuis non dū sit plene in eo radicatū, & sic constat, φ habenti ius etiā in spe, idest, ad rem nō est ei auferendum: nam ad translationē dominij nihil interest quod causa sit legitima re an spe, & sic hæres Episcopo renuente adimplere dictam cōditionem poterit ad alios vsus destinatos applicare. & ad illum cuius interfuerit, dominium trāsferebitur, eo quod ex traditione dominium transfertur nō solum cum causa de præsenti adest, sed etiam cū ea speratur, vt declarat Bart. in.l. sub conditione, col.fin.ff.de solut.& latius per Tiraq.de retract.conuentio.in.§. fin.n. 67. & quod hac ratione, prælato nolente acceptare conditionale legatū, transeat ad substitutum: Nec cōmunis sententia, nec Rotæ decisio, vbi supra obstant, quia loquūtur in re iā effecta spirituali, casus noster in illa quę prophana & tēporalis adhuc est, & in defectu conditionis destinata ad alios vsus, quę cōditio cū nō sit turpis, neque contraria naturæ actus, neque impossibilis potest peti, vt ei Episcopus consentiat: & si dicta concordia non placuerit non discedas à sententia Cæsaris Larbert in dict.tractat. de iure patron.in 9.quęstio.principa 1 part.lib.1. num.40. cum sequentibus, fol.80.

In.l.5.tit.15.p.1.in glo.1.

1 *Collatio beneficij facta sine consensu patroni est nulla ipso iure instante patrono.*

Glos.

GLos.1.in verbo. *Non deue auer la yglesia*: probat quod collatio beneficij facta, sine veri patroni consensu, est nulla ipso
1 iure, scilicet instante patrono, vel eo agẽte: ampliationes & limitationes ad istam cõclusionẽ, ponit Bernar. Diaz reg.339. & Ioan. Grac.reg.76, & Didac. Couar. in pract.qq.c.15.nu.5.& Soc.reg.86.

1 Eligentes dignum omisso digniori peccant in necessarijs secus in voluntarijs.

2 Patronus præsentando idoneũ in vtroque foro erit tutus eligentes vero in vtroque foro tenent eligere digniorem.

GLos.3.in verbo. *Digno*: Concludit cum Abbate in foro conscientiæ, eligentes
1 dignũ, omisso digniore peccare, quę conclusio procedit cum quadã distinctione: nã licet in foro animæ electores teneantur eligere digniorẽ, per text.in. c. licet ergo.8.q.1.& tenet Lauren. quem ibi glos. refert tamen Archid.n.2. dicit aut in võlũtarijs, & sufficit eligere bonũ, aut in necessarijs, & debet eligere digniorẽ: quem ibidem. sequitur Ioan.de Turrecre.nu.6. & Aegid.de Bell.nu.5.eãdem sententiã, tenet S.Th.2.2.q.63.art.2.&23.& Maior in.4.dist.24.q.5.&.9.& Pala.Rub.in repet.c.per vestras.§.16.n.10.vsq; ad n.26. fol.101.& istã sequitur Dom. à Sot.lib.3. de inst.& iur.q.6.fol.248.col.1. in initio vbi dicit, hoc tamen similiq; cessante casu, semper eligẽdus est dignior, & Naua. in summa.c.17.nu.73.asserens, quod quãuis sit vera supr.d.conclusio, qui dignum eligat, non tenetur digniori ad restitutionem damni.

Barb.tamen tenet contra glossę nostrę sententiã, in conf.20.n.17.vol.2.vbi dicit sufficere eligere dignũ, & hoc faciens nõ peccare, quãuis digniorem nõ eligat: cuius prima conclusio vera, & recepta est, secunda vero cõmuniter improbatur, saltem quoad electionem necessariã: nam quoad præsentantem, aliud censuit Lamber. vt infr. videbimus: quod sufficit quo ad forum iudiciale eligere dignum, tenet Ioan.Andr.in.c.cum autem de iure patr. & Bar.in.l.cum quidam de leg.2.& Bal. in.l.cũ quidam.C.de nupt.& in.l. viduę eod.titul.& istam refert inter cõmunes Bellon.1.tomo.fol.171.nu.21.qui satis parce loquitur: & istã differentiam etiã censuit diuus Tho.2.2.q.63.art.2, in vers. ad tertium: nam cũ non sit vitiũ in eligentibus, nec in electo, quare erit electio cassanda, inquit glo.in.d.c.licet ergo.8.q.1. cum multa non debent fieri, quæ tamẽ facta tenent, inquit Bal.in.d.l. cum quidã, arg.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. siue data sit potestas à iure, siue ab homine, & ita dicit Chassa.in cõsuetud.Burg.Rub.4.fol.65r.nu.17. quod electus cõmuniter ab omnibus, si constet de consensu eligentiũ, est tutus in foro cõsciẽtiæ, etiã si non fuerit obseruata forma à canonibus introducta, quicquid dixerit Imo.in.d.l.cum quidam.C.de nup. sed tandem Cesar.Lamberti. in tract.de iure patro.in.1. par.lib 2.artic.3.q.10.ex professo assumit examen istius quæstionis, & num.21.& 23 post longam disputationem, concludit, quod patronus tam in foro conscientiæ, quam in foro fori præsentando idoneum erit tutus, eligentes vero, in vtroque foro, tenentur eligere digniorem: sed si dignum eligat maior pars, tenet electio, nisi minor pars elegerit digniorẽ, quæ ante electionẽ protestata est, vt electio fiat de meliori, & quod si secus fuerit, factum per electionẽ appellat: nam talis electio annullabitur per attentatum, dum tamen electus dignior, à minori parte fuerit de eodem capitulo, secus tamen si de alio, quod nota, nam alibi non ita congesta reperies.

In.l.8.tit.15.par.1.in glo.3.

1 Filij bastardi ius patronatus acquirunt si in hæreditatẽ succedunt, & legitimi amittunt si patris hæreditatem repudiauerint secus tamen erit in iure sepulchorum.

GLo.3.in verb. *Hijos*: vbi cõcludit. filios
1 etiam bastardos, ius patronatus acquirere, si in hæreditate succedãt, è conuerso addo, quod legitimi nõ acquirunt ius patronatus, si patris hæreditatẽ repudiauerint, vt notat Abb.in.c.1.de iure patron. & Card.in Clem.2.eod.tit.q.7. Roch.de Curt.in d.tract.de iure patr.vol.15.trac.

in verb.ipse vel is. q.6.& Dec.cons.149. & Abb.in cons.54.vol.1.& Cæsar.Lambert.in tract.de iure patr.in.2.p. lib.1.in 2.q.art.1.nu.29.fol.129.& hanc dicit communem Didac.Couarr.lib.2.variar.c.18. nu 7.ex quo infertur, quod fundans ius patronatus,& in successione vocās Semprōnium,& eius filios, intelligitur si hę- 1
redes fuerint, vt notauit Decius d.cons. 149.& Lamber.vbi supr.d. q.2.art.17.secus tamen erit in iure sepulchrorū, quod licet hęreditatem repudient patris, tamē in iure sepulturæ succedunt,cum hoc ius non trāsit ad hæredes extraneos,vt infr. in.4.glo.dicam,& resoluit d. Lamber.in 3.art.2.q.2.pa.1.lib.fol.132.

1 *Ius patronatus non transit in fideicommissarium.*

2 *Ius patronatus transit cum vniuersitate causarum, & cum vniuersitate hæreditatis in hæredem extraneum, & non in fideicommissarium etiā vniuersalem, quia hoc ius patronatus, & ius sepulchri consistunt in sola institutione, siue magna siue parua.*

3 *In iure patronatus succedunt hæredes tam masculi quam fœminæ notantur casus in quibus viri sunt melioris conditionis quam fœminæ, & in quibus fœminæ sunt melioris conditiones quam viri.*

GLos.4.in verbo.De *estrañes*: in versic. an autem ius patronatus trāseat in fideicōmissarium : cui dubio negatiuè re-
1 spondendum est,nēpe quod non, vt notauerunt Bar.Alber.& Alexan.in l.quia perinde. ff.ad Trebel.& Bald.in l.cū virum nu.21.C.de fideicōmissa.liber.& in l.fin.num.48.C.de edict.diui Adria. tollen.Imol.in.l.si patroni filius notabili fi. ff.ad Trebel.& ibi Alex.q.fi. vbi dicit cōmunem,& Rochus de Curt.in d.tract.de iure patro.vol.15.in verb. ipse vel is. q.9 nu.21.& Alex.in.l.centurio.ff.de vulgar. & pupill.n.44.vbi Lācel. Galliau.n.122.
2 Nec obstat,quod ius patronatus trāsit, cum vniuersitate causarum.c.cum secundū.de iure patro.Nec obstat dicere, quod dictū ius transit in hęredē extraneū, cum vniuersitate hęreditatis,& sic in fideicōmissariū vniuersalē,qui censetur hęres.l. postulante,in principio.ff. ad Trebel.l.si filius.ff.quod cū eo.& vna,& eadē persona cum defuncto,in auth de iure iuran.a morie.pręst.§.fi. Nec obstat tex.in.l.quędam ff.de acquir.rerum dom.disponens, quod iura sepulchorū,transeūt cū vniuersitate rerum,quia licet aliquid ex prædictis sit verum,non tamen est verū, ꝙ trāsit in fideicōmissarium,vt probat tex.in l.quia perinde.§.1. ff.ad Trebel.vbi dicit Paulus iurisconsultus, restituta hæreditate iura sepulchrorū apud hęredē manent, l.si quis fuit hæres.ff.de religio.& sump. funer.l.si patroni filij.ff.ad Trebell.ratio est,quia in fideicōmissarium ea solū trāseūt,quę ad hæredes, tanquā ad hæredes pro hęreditarijs portionibus: non autem ea quæ transeunt,ad hęredes,quia hæredes, secundum Paul. de Castr. in dict.l. quia perinde,quā ipse legit sub.l.quāuis quæ est quadragesima in ordine:& ita respondit Alex.in.d.l.quia perinde,& in.l. precibus.C.de impub.& alijs subst.respōdendo ad dicta & alia fundamenta Rom. in.l.si patroni.ff.ad Trebell.dicit. Fundamēta Romani habere locū,in his quæ trāseunt ad hæredes,pro portionibus hæreditarijs,secus est in his quę nō transeunt ad hæredes pro portionibus hęreditarijs, sed simpliciter, quia hæredes, & licet hāc differentiam vocat Decius verbalem,in d.l.precibus.num.22.eam recipit immemor.Decij,Cæsar.Lamber.in.d. tract.in 2.par.lib.2.in artic.35.q.2.nu.1. in versic. tamen prædictis.fol. 144. vbi referendo verba Pauli de Cast.dicit,quod non transeunt ad eos, tāquam ad hæredes,ex quo nō pro hæreditarijs portionibus, sed trāseūt ad eos,eo quia sunt hæredes,& quia phrasis Doctorum poterit obscura videri,pro tyronibus,dico quod DD. constituendo rationem differentiæ, inter. l. si patroni,&.l.quia perinde. ff.ad Trebell. dicunt. Ideo iura patronata,& sepulchrorum,non transeunt ad fideicommissariū & transeunt ad hęredes,quia consistit in institutione hæredis, siue in magna, siue in parua parte hæreditatis, & ita ius sepeliendi competit plene insolidum hęredi , instituto inuncia. ac alteri instituto in vndecim. l. vel quę. ff. de relig. & sumpt.

& sumpti.funer. alias duas rationes differentiæ assignat d.Lambert. vbi supra, quæ sibi magis placent, & etiam notat Didac. Perez in l.1 tit.6.lib.1. ordin. colum.233.& dixi supra in glos.3.in fin.

3 In eadem glos.in vers. & in iure patronatus succedunt, hæredes tam masculi, quam fœminæ : ego noto casum istum, qui vnus est de multis, in quibus fœminę æquiparantur viris: quos refert Guiller. Durand.in suo Specul.tit.de procurat.§. ratione, num.3.& Philip.Dec.in.l.fœminæ.ff.de reg.iur.licet regulariter sint deterioris conditionis quā viri, de quo Nostrates in.l 62.Taur.& And.Tiraq.in.ll. cōnuuiali.in glo.3.nu.160.& Lambert.in 3.p.2.lib.q.5.art.19.fol.361. & ècōuerso casos in quibus fœminę sunt melioris cōditionis quam viri, posuit Hippolyt. in sing.248.& centū casus alios posuit Ioā. Bassianus in glo. ad cōsuetudines Albernię,in tit. *Des donacions*. cap.14. art.11.& Petrus Dueñas reg.308.

1 *Ius patronatus vendi posse cū vniuersitate causarū cam ampliationibus, & limitationibus remissiue.*

GLo 8.in verbo. *De bueltas*: probat cum lege ista, ius patronatus vendi posse,
1 scilicet, cum vniuersitate causarum : cui adde Bald.cons.32.part.1 & Hostiens. in summa, titol. de iure patron. §. qualiter transferatur: ad istam conclusionem, posuit quatuor limitationes, Paul. de Cita. in tractat. de iure patroo.volu.15.in.9.p. in versic.nono quæro. ampliat quinque modis, & limitat sex Salzed. in additio. ad Bernard.de Luco, in reg.401.alias addidit Ioan.Gracia.reg.341.

In.l.9.tit.15.p.1.in glo.8.

1 *Præsentatus in eccesiam à possessore bonæ fidei, non remouetur quamuis postea appareat non esse legitimum patronum ecclesiæ.*

2 *Fructus rei possessæ efficiuntur possessoris bona fidei cū distinctione inter fructus naturales, & industriales, nā fructus naturales efficiuntur bonæ fidei possessoris quibus consumptis non tenetur eos restituere.*

3 *Præsentatus à bonæ fidei possessore præfertur præsentato à vero patrono de cuius vero titulo nondū cōstat.*

4 *Mota lite super proprietate iuris patronatus post præsentationem non impedit confirmationē, quę conclusio procedit quando actor fatetur reū esse in quasi possessione præsentādi, & est limitatio ad glossam nostram.*

5 *Duobus presentantibus, & vno quoque dicente, sibi ius præsentandi pertinere præsentati admittuntur, & differtur institutio vsque ad finem litis si intra quatuor menses finiatur, quod si secus prælatus nominat, & Victor tenetur representare nominatum.*

GLos.8.in verb. *Quitar*. In quęstione, an teneat præsentatio facta, post litem
1 motam super iure patronatus, concludit distinguendo: aut est in possessione præsentandi, qui habetur pro patrono, sine aliqua controuentia, & potest præsentare, & pręsentatus remoueri non potest, etiam si postea appareat, dictū possessorem non habere ius in proprietate, per.c. quærelam, de electio. & cap. consultationibus, de iure patron. aut mota est lis super possessione, quia negatur præsentantē possidere, & non valet dicta præsentatio. Si vero quæstio mota est, super proprietate iuris patronatus, inquit varias esse opiniones, & quod ista lex approbat, vt præsentatio teneat, & institutus non remoueatur : & quoniam contrarium censuit glos.in. cap. ex literis.de iure patron. & Abb, ibi.n.9. eis respondet glos.nostra, in confirmationem huius legis, vt eius dispositio sit consona iuri, & tandem in hoc vltimo dubio dicit cogita.

Glo.ista tripliciter concludit. vt ex supra scriptis constat, & sic eas speciatim tractabimus, qualiter procedant, saltē remissiue, quia materia satis plene explicata est per Cęsar. Lamber. d. tract. in.1.p.

lib.2.artic.24.q.3.in versic.modo vbi posuit.27.ampliationes, & earum multas limitationes. Sed ne qui istã glossam nostram perlegerit, cum sua generalitate transeat, nonnulla dicam.

2 Primo, dicta prima conclusio glo. procedit, in quasi possessore bonæ fidei, vt notant Abb. & omnes DD. in d.c. querelam, & in.c. consultationibus de iure patro. & Franc. de Rip. in.c. cum ecclesia sutrina. de causa poss. & propri. n. 91. & ex eo dicta presentatio tenet, quia ea dicitur fructus iuris patronatus, & fructus cuiuslibet rei efficiuntur bonæ fidei possessoris. l. in bonę fidei. ff. de acquirendo rerũ do. & Bar. in.l. ex diuerso. ff. de acquiren. possess. & Abb. in.c. grauis. de rest. spoli. tex. in § si quis à non domino inst. de rerũ diuis. cũ distinctióe inter fructus naturales, & industriales, de quo in.l. fructus. ff. de vsufr. & plene resoluit Dida. Couar. in.c.3.nu.6. variar. resol. & ob istam differentiam, conantur aliqui DD. canonistę probare, dictam pręsentationem esse fructus industriales: quia efficiuntur bonæ fidei possessoris, etiam sine titulo, quibus consumptis non tenetur eos restituere, ideo præsentatio tenet à bonæ fidei possessore quãuis postea reperiatur non esse verũ patronũ, qui pręsentauit, vt bene notauit Lãber. in d. trac. in 1.p 2. lib.3.q. arti.1.fol.15.

3 Secundo ampliatur dicta conclusio, vt præsentatus à bonę fidei possessore, sit instituendus, vt legitime pręsentatus, in tãtũ quod præfertur pręsentato à vero patrono, si nõdũ de titulo veri patroni constat. Innoc. d.c. consultationibus, & Abb. in.cap. cumana. de electio Lamber. art.6. vbi supra.

Ad secundã, & tertiã conclusionem deueniendo, quia multa versatur diuersitas sententiarũ inter glossas, & DD. vt constat ex glo in.c. hęc quippe.3.q.6. & glo. in.c. cũ venissent. de rest. in integr. & gl. in.c ex literis. de iure patro. & per DD. ibidẽ locis citatis, maxime Innoc. Host. Card. Ioã. And. Ant. de But & Abb. ideo distinguẽdo quantũ potero questionem summabo.

Et dico, aut lis mota est super proprieta
4 te, aut super possessione, primo casu, si præsentatio est facta, ante motã litẽ, licet postea lis moueatur, sequi debet institutio, non obstãte lite mota, super proprietate, vt notãt Anto. & Abb. in d.c. cũ venissent. de rest. in integrũ. & eodẽ modo erit dicendũ si præsentatio est facta ante cõtestationẽ litis, & sic etiã lite mota, sed ea non cõtestata, omnino sequi debet institutio, etiã lite postea cõtestata, quia ille fructus nõ est restituendus, ex quo nõ fuit collectus post litẽ cõtestatã, sed ante per supradicta, nec obstat quod institutio fuerit facta, post litis contestationẽ, cum sufficiat antea, præsentationẽ factã fuisse, secundũ dictos DD. Ant. & Abb. vbi supra, & ex doctrina Bar. colligitur in.l. ex diuerso, n.5. ff. de acq. poss. quæ procedunt, quando actor fatetur, præsentantẽ esse in d. quasi possessione, quæ est limitatio ad conclusionẽ glos. nostræ, & d conclusio ampliatur, vt etiã post litis contestationem poterit, qui in d. quasi possessione præsentandi est præsentare, sed institutio est differenda, in litis euentum, si finiatur intra quadrimestre, vel semestre, secundum decisionem text. in cap. quoniam, & in cap. si vero, & in.c. cum propter. de iure patron. cap. quia diuersitatem. de concessio præbend. cui limitationi impugnat Lambert. vbi supra artic.4.num.2. in fi. vbi dicit, propter fraudes euitandas, potius confirmandus erit pręsentatus à dict. possessore bonę fidei licet iam talis non præsumatur post litis contestationem, per.l. certum. C. de rei uendi.

Secundo vero casu, quãdo lis mota est
5 super possessione, & vnus est cum dicta bona fide in possessione pręsentandi, & pręsentat, & alter apparet asserẽs se possidere, vel mota lite super d. possessione pręsẽtat, ambo possunt præsentare, quia quilibet tuendus est in possessione sua, sed institutio præsentatorum, debet retardari, vt cõcludunt Inno. & Abb. in d. cũ venissent. de rest. in integ. Et Inno. in d.c. consultationibus, per dictum quadrimestre, vel semestre inter personas ecclesiasticas, intra quod tempus si lis nõ finiatur, pręlatus prouidebit ad suum libitum, & qui vicerit, reprę sentauit prouisum per Episcopum dict. cap. si vero, secundum Hostiens. in summa, in titul. de iure patron. quę per multas columnas dilatauit Lambert. d. suo tract. 1. p. lib.2. artic.4.q.3. fol.17. & sic secundum supra dicta procedit ista lex Partitæ, & glossa nostra.

In.l.13.tit.15.par.1.in glo.2.

1 *Filij patronorum, & parœchianorum dicuntur ecclesiæ filij, & etiam illi qui vitam degunt in seruiendo ecclesia, & istis illi præferendi sunt in præsentatione.*

2 *Pater potest ad ecclesiam patronatam præsentare filium suum, & patronus potest præsentare se ipsum, & patroni possunt præsentare compatronum.*

3 *Episcopus patronus, & etiam laicus de consuetudine præsentat quem vult quæ est limitatio legis nostræ.*

GLo 2.in verb *Hijos de la yglesia.* Dicit:
1 de filijs patronorũ, & parœchianorũ loquitur, vt statim subdit; sed non aden est restringenda lex ista, nam illis verbis: *E deuen primeramẽte presentar, delos hijos de la yglesia si los vuiere, a tales q̃ sean para ello, e si non delos otros que son de aquel obispado,* Loquitur magis ample prouidendo generice; in illo quod de iure satis cautum est, scilicet, quod vnusquisq; in sua ecclesia, & patria prouideatur, qui prçferẽdi sunt alijs, etiã eiusdẽ diœcesis, quos vocat filios ecclesiæ & dicũtur etiã filij ecclesiæ, qui in ea vitam suam inseruiendo presbyteris in diuinis officijs degerunt, quorum meminit Ioan. Andr. in. c. querelã. de electio. in verb. clericũ. col. 5 & in. c. 2 de insti. in. 6. in initio, in quibus militat ratio glossæ. in c. nullus. 61. dist. dicentis, non posse eligi in Episcopum aliquem, extra ciuitatem, capitulũ, & diœcesim, si idoneus reperiatur in ciuitate, capitulo, vel diœcesi, vt quilibet habeat fructũ suæ militię, in ecclesia in qua suam transegit ætatem, tex. in. c. sacrorum. 63. dist. quem adhunc sensum notauit Lamber. de iure patro. 1. par. 2. lib. art. 24. q. 7. fol. 74. n. 1. & 2. & sic cum generice lex ista loquuta est, illico descendit ad specialitatem, disponẽdo, quod filij patronorũ, & parœchianorũ, ante omnes supradictos præferantur: vt lex ipsa ostendit dicendo. *Y esto se entiende primeramẽte delos hijos delos patrones, y de si delos hijos delos parochianos,* & concludendo dico, quod lex ista, ibi. Y *deuen primeramente presentar los hijos dela yglesia.* Præfert in genere oẽs filios ecclesię, qui sunt clerici supradicti, qui vitam degerunt in ecclesię seruitute, & etiã filij parœchianorum & patronorum, & ex omnibus optat primo filios patronorum, secundo parœchianorum: tertium locum signando dictis clericis seruientibus, vt ostendit clausula sequenti. *E esto se entiende primeramente delos hijos delos patrones,* cui suffragatur glo. in. c. neminem. 70. distin. dicens quod potius sunt clerici instituendi, de quorum bonis ecclesia est fundata, quia charitas in primis exercenda est, erga domesticos. c. non satis. 66. dist. & hoc est quod mihi videtur. Salua pace tanti doctoris. Huic meæ sententię suffragatur, quę dicit Alfonsus Azeu. in. l. 14 & 25. in tit. 3. lib. 1. Recopi. nu. 11. & 12. de quodam statuto ecclesię Cathedralis Placentinæ quem modo legi.

2 Neque huic decisioni legis nostræ obstabunt tex. in. c. quia clerici, & in. cap. consuluit. de iure patro. prohibentes ne patroni præsentent filios suos, nec alia illatio, scilicet, quod filij mortuo patre efficiũtur patroni, Cle. Plures de iure patro. & patronus non potest seipsum præsentare. c. per tuas. eo. titul. Nam respondeo, quod. c. quia clerici, loquitur in patribus emẽtibus aduocationes, idest ius patronatus ad dandum filijs ecclesias, &. c. consuluit, loquitur in illis qui sua autoritate sibi retinent, vel alijs dant ecclesias, & ad Cle. plures quod plures existentes patroni, possunt compatronũ præsentare secundũ gl. approbatã in d. c. consulit, & sic procedit, l. ista, vt habetur à Lãber. de iure. pat 1. p. 2. lib. art. 5 q 8. fol. 85.

Confirmatur conclusio istius legis, per tex. in. c ad decorem, de inst. & per. c. nullus. 61. dist. & ibi gl. & per multa, quæ adducit glo. nostra infr. in glos 3.

3 Limitatur in Episcopo patrono. qui potest in sua vel aliena diœcesi, præsentare quẽ velit. c. si quis Episcoporũ. 16 q 5.

Secundo limitatur de consuetudine, nã de ea nõ solum Episcopus patronus, sed etiã laicus. põt prçsentare quẽ velit, etiã alienigenas, vt tenet Host. Ant. de Burr. & DD. c. significasti de iure patro. dummodo clericus prçsentatus sit idoneus, vt testatur Paul. de Citad. in tract. de iure pat. vol. 15. p. 6. art. 3. q. 51. n. 3n. & Lãbert. eo. trac. 1. p. lib. 2. art. 24. q. 7. n. 1. cũ alijs.

4 Sed ista consuetudo, nec quo ad laicos nec quo ad Episcopos, vires obtinet, nec summus Pôtifex in istis regnis, prouidit de beneficijs alienigenis, per.l. 14. 15. 16. & 17. titul. 3. lib. 1 Recopila. prouidentes, ne ad dicta beneficia prouideantur dicti clerici alienigenæ. De quarum legum firmitate & iustificatione, agit Dida. Couarr. in pract. qq. c. 36. nu. 3. & Dida. Perez in. l. 3. titul. 6. lib 1. ordin. colu. 153. & idem Couarr. in reg. possessor. 2. pa. §. 10. nu. 6. & Dueñas. reg. 202. & verba illius legis (*Donde quier que sea.*) restringeoda sunt ad naturales huius Regni, videlicet Legionis, & Castellæ, non ad naturales Aragonis, aut Nauarræ, vt Dida. Perez refert in facti contingentia decisum fuisse, in. l. 18. titul. 3. lib. 1. ordin. col. 147. quãuis contrarium censuit Olanus, in antinom. iur. in præfatio nu. 20. dicens. Nauarri naturales reputantur Castellani, & priuilegia Castellanorum eis indistincte largiuntur, cuius sententiam prius tenuit Burgos de Paz in. ll. Tauri. in. 1. nu. 451. per pragmaticam datam anno. 1553. die 28. April. & non reperio. d pragmaticã in noua Recopilatio. quauis credo consuetudine receptam esse, horum Doctorum sententiam. Et ista practici maiorũ tribunalium affirmant.

1 In dubio non videtur Papã velle præiudicare iuri patronatus laicorum.

2 Papa potest dispensare de iure patronatus laicorum, sine eorum voluntate, licet Hispaniæ hæ literæ retineantur per iudices supremi tribunalis, donec Papa melius informetur.

3 Præsentatus prius per patronum, quam Papa nominet præfertur.

GLo. 9. in verb. *Maguer non gelo presente el patron.* in vers. Papa tamen, dicit
1 quod in dubio, non videtur Papã velle præiudicare, iuri patronatus laicorum: cui addo Host. in. c. dilectus. de offic. de leg. & Lapũ allegatio. 96. & Ioan. Andr. & Domi. in. c. 2. de præbẽ. in. 6. & Alex. cons. 74. vol. 4. nu. 2. & Decius cons. 126. num 3. & 4. reprobata glos. in. c. cum dilectus. de iure patronat. quam minus bene sequitur. ubi Abb. dictam glossam, & Abbatem reprobat, Felin. in tract. quã do literæ Apostolicæ noceant patronis ecclesiarum, in. 3 par. suorum operum, in fin. vbi limitat conclusionem vndecim modis, quem sequitur Lamber. de iure patron. in. 3. par. 2. lib. 3. art. 9. quæst. num 1. & 2. fol 218. & Couarr. in pract. qq. c. 36. nu. 1. & Dida. Perez. l. 2. titul. 6. lib. 1. ordin. col. 252.

2 Limitatur dicta conclusio, quando constat de expressa Romani Pontificis voluntate. Quia Papa potest disponere de iure patronatus laicorum, sine eorum voluntate, vt concludit Lambert. vbi supra 2 art. fol. 238.

Quę rescripta hodie, per iudices supremi tribunalis retinentur, donec summus Pontifex melius fit informatus, vt cauetur in. l. 25. titul. 3. lib. 1. recopilat. & ista consuetudo seruatur hodie Galliç, secundum Petrum Rebuf. in practi. benefic. 3. par. signaturæ, fol. 170. nu. 36. & Couarr. d. c. 36.

3 Quę limitatio sublimitatur, si patronus laicos prius nominauit ad beneficium quam Papa, & nominatus obtinuit possessionem, quia tunc velle Papam præiudicare tertio, non creditur per suam prouisionem postea factam, vt notat Bellon in cons. 72. nu. 8. & Ioan. Graci. reg. 340.

Titulus. 16. De los Beneficios.

In. l. 1. tit. 16. p. 1. in glo. 1.

1 Collatio beneficiorum de iure antiquiori ad Episcopos expectabat, licet fuit quasi abdicata ab eis per expectatiuas, & postea ista facultas redacta ad quatuor menses.

2 Beneficiorum collatio concessa est Episcopis alternatiuã, & agitur de intellectu Motus propriũ Pij V. de alternatiuis, quæ facultas conferendi dicta beneficia nõ aufertur per expectatiuas.

3 Beneficia vacantia per permutationem alijs, quam permutantibus ea

conferri non possunt, nisi affecta fuerint per aliquam expectatiuam expressim.

Et an cessante permutatione beneficiorum ob aliquod impedimentum permutantes possint redire ad sua beneficia sine noua collatione.

4 Renunciatio beneficiorum hodie non potest fieri in fauorem alicuius personæ tacite vel expresse, & an sit simoniaca.

5 Resignationem factam in fauorem alterius non esse hodie simoniacã, quamuis esse illicitam asserimus, cuius vitium hodie purgatur in Romana curia.

1 GLos.1. in verb. De los Obispos. Probat per totum, ecclesiarũ prouisionem ad Episcopos pertinere, per glos.in summa 16.dist & aliam in summa.71. dist. & per glo.in.c. nullus.60. dist. & per alia iura quæ ibi allegantur. Et Abb.in capit.cum venissent, de insti.& idem in capit.mandatum.3.notabil.de rescrip.dicens: ordinarij possunt multum conquæri, cum ex reseruatione summi Pontificis, & ex literis expectatiuis, ius conferendi, est quasi abdicatum ab ipsis. quibus addo glo.in cap.quanquam, de electio. in.6.in ver.deuoluitur. Et hac de causa collatio beneficiorum, computatur inter fructus Episcopales, secũdum Felin.in cap. cum olim num 4.de maiorit & obedien.

Et ampliationes ad dictam regulã posuit Bernard.Diaz reg.240.& Ioan.Gracia.regu.156. Facultas tamen conferendi dicta beneficia, hodie inspecta regula Pauli III. de mensibus reseruatis in fine suarum regularum, quæ reseruat omnia beneficia vacantia in octo mensibus ibi nominatis suæ prouisioni. Ampliata est per motum proprium Pij V. fol.mihi. 20. inter suos motus, el.1. vbi ordinatijs in suis diœcesibus residentibus datur altetnatiua in collatione beneficiorum, qua priuari non possunt, per gratias expectatiuas secundum Stephã. in vol.14.in tract. in initio. num. 10. de gratijs & expecta. quæ est bellissima ampliatio ad .d. motum Pij V.

2 Sed vnum hoc noto ad intelligentiã.d. motus proprij concedentis alternatiuam Episcopis quod quoad vacãtia beneficia per resignationẽ nõ est coarctata ordinariorum facultas per eum, imo eis libera manet & mansit secundum ius canonicum: ita vt beneficia possint cõferre seruata forma motus proprij dicti Pij V. folio.77. in omnibus mensibus tam sibi quã domino Papæ reseruatis, vt habetur in d. reg.cancellariæ d. Paul.3. in illis verbis, alias quam per resignationem extra Romanam curiam vacatura, quæ verba ad eundem sensum retulit d. Pius V. in d. motu propio de alternatiua pro Episcopis residẽtibus, in 1. decisione, fol.20. Sed quamuis ista sententia sustineri poterat per .d.reg.Pauli III. tamen hodie locum non habebit ob .d. motum Pij. V. in. §. ac etiam voluit prope finem vbi prouidit quod nullatenus ordinarij se immisceant in sex mensibus sibi reseruatis circa prouisionem aut dispositionẽ beneficiorũ.

3 Limitatur dicta conclusio glossæ dicẽtis collationem beneficiorum habere liberam Episcopos in beneficijs vacantibus per permutationem, quia alijs quam permutantibus ea conferri non possunt, de æquitate scripta: c.1. de rerum permuta.in.6.& in Clem.1.eo.tit.& serua de beneficio, vol.15.tract.3.pa.q.24. Rota in nouis decisio.23.num 4.fol.1. & DD.in dicto capit.1. nisi forsan affecta fuerint beneficia, per aliquam expectatiuam: quia tunc conferendum erit beneficium, expectatiuam habenti cum vacari dicitur per permutationem, & tex.in.d.ca. 1.& in.d. Clem.1. loquuntur, quando expectatiua est incerta, respectu beneficij, vt quando non expressatur in ea, certum beneficiũ: ita conclusit Rota.d.decisio.23. & Ioan. de Ser. vbi supra num.1 & DD.in tract. de lite gratię in titol.de varijs modis vacationis, in cap.in hac parte, pag.110. n. 21. vbi etiam per istos DD. mouetur quęstio, an permutatione ex aliquo defectu non habente locum, permutantes possint redire, sine noua collatione ad sua beneficia, & concludunt quod non, quãuis contrariũ affirmat Boeri. Decis. 350. num.3.& Villa.1.tomo.commu.fol.184. num.

num 40. vbi dicunt quod ante collationem potest pœnitere, qui beneficiũ permutauit de communi consensu permutantium.

4 Limitatur secundo dict.glos.conclusio, per bullam motus proprii Pij V.relaxationis, prohibitionis, de non admittendis resignationibus, per ordinarios, vbi cauetur ne collatio fiat alicuius benefici) vacantis, per resignatiooem factam, in fauorem alicuius personæ tacite vel expresse, neq; per resignãtes, aut alias personas significentur nuptu, vel verbis, futuri successores, in huiusmodi beneficijs, vacantibus. Cum antea dictis ordinarijs licebat sioe labe simoniæ, dicta beneficia vacantia, per resignationem in fauorem alicuius eidem conferre si velint, vt testatur Domi.á Soto lib.9.de iust.& iur.q.7. art.2.dicens, quod prælatus dictas renũtiationes admittens, nullam simoniã cõmittit Quem sequitur Didac.Couarru. lib.1.varia.resol.ca.5.numer.5.sequendo etiam sanctum Thom.2.2.q 100.artic.5. & Syl.in verb.simonia.q 16.& Archiep. Floren.2 pa.1.tit.c.5.§.11.tenentes sine labe simoniæ licere, etiam præcedente pactione tantum, conferre beneficia cõsanguineo benemerito, qui respondet ad glo.& ad Abb & Decium, in c.ex parte, el.1.de offic delega.dicentes, hanc renũciationem factam in fauorem alterius, esse simoniacam, quos approbauit Cassado.decisio 2.in titul.de simo.num.3.quæ nunc est inter decisio.canoni fol. 453.dicet inquit, quod de stylo, & certa scientia Papæ admittantur dictæ renunciationes, & sic purgatur vitium simoniç, cuius seotentia non obstante, potius sequerer sententiam Couar. & Soto, nisi etiam viderem.d.Pium V. in alio motu proprio, fol.47.in bulla suspensionis facultatum & autoritatum, conferendi beneficia per resignationem, seu permutationem vacantia, in manibus quorumcunque ordinariorum, dicentem (ac vt omnis simoniæ labes, & fraudis suspicio, in beneficiorum Ecclesiasticorum prouisionibus absit) vbi supra dictam resignationem, in fauorem certæ personæ censet simoniacam: & si Staphil. in tracta.de literis gratiæ in cap.resignationis modus & methodus, fol.117.num.7.

5 In quodã opusculato, in titulo, tractatus de literis gratiæ diuersorum doctorũ, dixit, bene potest resignans verbis exprimere illud quod in mente gerit, dicendo resigno in fauorem talis, tum quia isto casu cessat omnis pactio, conditio, siue modus; tum quia expressio eorum quæ tacite insunt nihil operatur etiam in spiritualibus, vt notat Glos. in cap. significasti, de electio. & in cap.2. eo. tit.lib.6. Quæ fundamenta hodie cessant per dictum motum proprium Pij V. sed reuera perpẽsis dictis motibus proprijs quãuis Papa prohibeat pactiones simplices, vel simoniacas, nõ tamẽ senset simplices pactiones super renũciatione beneficiorum: esse simoniacas (cũ nibil tẽporale detur pro spirituali) sed tãtum esse illicitas: & sic amplectenda erit opinio Do.á Soto & Conarru. & Staphilei, & cæterorũ supra relatorum, in quantum dicunt simplices pactiones & nominatiooem ad successionem beneficiorum non esse simoniacas, sed negari non potest esse illicitas per dispositum in dictis motibus proprijs, tamen etiam hodie si ad curiam Romanam deferuntur dictæ resignationes, purgaruntur illo vitio vt supra dixi notare Cassadorum.

In.l.2.tit.16.pa.1.in glo.1.

1 *Quæ sufficientia requiratur ad obtinenda beneficia remissiue.*

GLos.1. in ver. *Que entiendan latin.* Circa sufficientiam personarum, ad obtinẽda beneficia, vide consilium Trideo. sessione.24.c.12.fol.143.

In.l.3.tit.16.par.1.in glo.2.&.5.

1 *Quæ ætas requiritur tam ad beneficia minora quam ad maiora.*

GLos.2.in ver. *Catorze años.* Aetas quę hodie requiritur, tam ad beneficia ma
2 iora, quam ad minora, ponit tex.in cap.12.sessione.24.in concil.Triden.

1 *Ille cum quo Papa dispensat in pluritate beneficiorum non est tutus in foro animæ si sine causa fuit facta dispen*

fatio

fatio & causa est triplex, scilicet necessitas, vtilitas & prærogatiua meritorum. Limitatur, quando ex dispensatione sequeretur graue scandalum aut damnum alterius, & num.2.

3 Causa falsa in dispẽsatione ad beneficiũ dispensatio est nulla ipso iure.

Glos.5. in verb. *Otro en otra yglesia.* In versic. Item concludit, refert opinionem Abba. in cap. extirpandę. §. qui vero, de
1 præbend. dicentis, quod ille cum quo Papa dispensat circa pluralitatem beneficiorum, quo ad Deum non erit tutus, vtilitate publica cessante, & sine causa, quæ triplex est, scilicet necessitas, vtilitas, euidens, prærogatiua meritorum, per text. in capit. multa, de prębend. & in cap. exposuisti, eo. tit. in cuius conclusionis cõfirmationem, alios adducit, contrariam tamen partem, imo quod iste cum quo Papa dispensat in dicta pluralitate beneficiorum, erit tutus in vtroque foro asserere posse inquam: quia vbi Papa dispẽsat super prohibitis à iure positiuo solũ sufficit, eius sola voluntas pro causa, vt tenet Inno. in cap. cum ad monasterium de statu monacho in medio, quem sequitur Specul. in tit. de legato. §. non breuiter ad fin. & Card. in cap. perpendimus, de senten. excommu. & Abb. in cap. fraternitatis, de scismath. & Anto. de But. in c.1. de const. nu.8. dicit, quod ipsa liberalitas habetur pro causa in Summo Pontifice in ijs quæ sunt de iure positiuo, & eandem sententiã affirmat Præposi. Alexand. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. §. quod autem. num.2. & Felin. in c.1. de const. & in c. ad audientiam, de rescript. nu.4.

2 Opinionem tamen glossæ nostræ, dicit communem Emanuel Xuarez, in. 1. tomo commu. opini. fol.253. n. 2 qui nec Felini, nec aliorum meminit, sed solũ citat Dida. Couar. in epitho. ad 4 in. 2. pa. c.6 §.9 num.7. vbi per glos. in c. non est de voto, tenet minime tutũ esse, qui sine rationabili causa, aliquid fuit assecutus, aut aliquem actum agit contra ius humanum, etiam ex dispensatione Romani Põtificis, cuius rationẽ adducit sanctus Thomas, 1.2. q.97. art. 4. & tandem cõcludit. Tunc mortaliter peccare dicta dispensatione vtens, quãdo sequeretur graue scãdalum, aut damnum alterius, quem sequitur Domi. à Sot. in li 1. de iust. & iur. q.7. art.3. & sic erit limitanda conclusio nostræ gloss. quæ communis est, & Didaci Couarru.

3 Sed quæro si causa in dispẽsatione ad beneficia sit falsa, an dispensatio erit nulla ipso iure. In qua quęstione dicit Inno. & communis doctrina doctorum in d. c. ad audientiam. de res. el.2. quod sic, & ibi Felin. nu.22. qui ampliat dictam conclusionem tripliciter, & limitat quadrupliciter, per tex. in c. ad aures, & c. cõstitutus. de rescrip & glo. in extrauag. sedes Ioã. 22. de concessio præben. in verb. literas, & per. l. 1. ibi nihil videri impetrasse. ff. de natali. resti. de quo Dida. Perez in. l. 1. titul. 1. lib.3. ordin. & Petrus Rebuff. in praxi beneficia. 1. par. de differẽtiã inter rescripta gratiæ & iustitiæ, pag.107. cum sex ampliationibus quem sequitur Bernard Diaz, reg.445. & Ioan. Graci. reg. 444. num.3.

In.l.10.tit.16 par.1.in gl. 4.

1 Beneficia viuentium non sunt danda vel promittenda; ne mors alterius desideretur, & hac ratione prohibetur pactum de futura successione.

Glo.4 in verbo. *Codiciar la muerte.* glo. confirmat decisionem legis, per text.
1 in c.2. & in c. ex tenore. de cõcessio. pręben. qui probant, beneficia viuẽtium nõ esse danda, vel promittenda, ne alterius mors desideretur, cum hoc etiam inquit d. c.2. in legibus gẽtilium reperiatur prohibitum: scilicet in. l. fi. C. de pacti vbi dicta ratione prohibetur pactum de futura successione, & in. l. pactum quod dotali. C. de pact. l.3. tit.10 par.5. & l.13. tit.5. par 5. & l.5 tit 8 par.6 & l.7. tit.1. par.6. vbi materiam tangit glos. nostra.

Quæ conclusio limitatur per Iasso. in l. stipulatio, hoc modo cõcepta. ff de verbor. obligat. & per Alexan. consi.25. lib.3 quam regulam cum septem limitationibus constituit Guiller. Benedi in c. Raynuntius, in verb. duas habens filias. num. 140. & latè per Roderi. Xuarez, in. l. quoniam

niam.in prioribus.C.de in offi. testamẽ.
5.limitatio.fol.79.& Dida.Couarruu.in
rub de testa 2.par.n.8.&.c.quamuis pa-
ctum de pact.3.par.in initio. Mench. de
successio.creatio.lib.2.§.18.num.1.cũ
alijs.& per Bernar. Diaz à Luco.reg.522
& ibi eius additio. Salze. & Anto. Go-
mez,in.l.22.Taur â n.1.vsq; ad nu 17. &
Gomez Arias,in.l.15.Tauri,& Couar.in
d.c.Raynuntius.de test.n.17.& Matien.
in.l.6.tit.6.glo.4 num.1.lib.5.Recopila.
& Ioan.Graci.reg.335.

In.l.16.tit.16.par.1.in glos.1.

1 *Beneficiatus non debet discedere
absque prælati licentia, & tunc non
lucratur distributiones quotidianas,
etiam si in scholis degat, & quæ dican
tur distributiones quotidianæ.*

GLo.1.in verb.*Otorgasse*, cõcludit,quod
beneficiatus non potest discedere, abs
que Prælati licentia, & tunc licet lucra-
1 tur fructus beneficij, non tamen lucrabi-
tur distributiones quotidianas, quam cõ
clusionem bene dilatat Petrus Paul. Pa-
risiens. cons.33. vol.4 & an dicantur di-
stributiones quotidianæ stipendia, quæ
dantur pro Missis celebrandis, vel inter-
essentia in processionibus, & dicit quod
sic, & quod nõ faciet suas, etiam si scho-
laris, & degat in scholis. Quę est limita-
tio ad dictum Abb.in cap. super Specu-
la. de magistris, dicentis, scolaris facit
fructus beneficij suos, & in.c.tuę,& in.c.
relatum.de cleri.non resident.Quę Abb.
conclusio limitatur duodecim modis, per
Rebuff.in tract.de priuileg. scola, priuil.
31.à nu.1.vsque ad fin. &.12.limitationes
ponet Dueñas,reg 386. quia appellatio-
ne fructus beneficij, non veniunt distri-
butiones quotidianæ,per tex. in.c.1.de
cleri.non residen.in.6.&.c.fi.§.in illis.de
concessio.præben.in.6.nec augent bene
ficij valorem.Couarr.in lib.3.variar. re-
solutio.c.13,nu.1.quæ tanquam commu-
nis ponitur in.2.tomo.communi opinio.
fol.566.col.2. & fol.571.col.1.

1 *Beneficiatus requisitus, vt resideat
& non veniens expoliari potest defa-
cto, secundum Abb. & glossam istã,
& alios quia in notorijs non opus est or
dine iudiciali.
Quam conclusionẽ extendit Abb. vt
non residens indigeat noua collatione.*

2 *Beneficiatus non residens, quãuis
monitus non erit beneficio priuandus
ante sententiam, quia omnia iura mun
di, quæ dicunt pænam proponi ipso iu-
re intelligi debent dummodo sequatur
sententia declaratoria, quæ conclusio
probatur ex concilio Tridentino.*

3 *Quoties in aliquo actu iudiciali
exigitur citatio, solennitas iuris requiri
tur, quia citatio dicitur de processu.*

4 *Ordo procedendi quando datur,
& ascendendi de vna pæna ad aliam
dictus ordo est seruandus cũ solennita
te iuris facto processu, cuius finis est
sententia.*

5 *Citatio per edictũ tunc constituit
contumacem quando seruatur forma
& modus, vt figetur loco solito & quã
do citãdus impedit vel procurat, quod
citatio ad eum non perueniat, vel quan
do locus vbi habitat adiri non potest,
quia non est tutus, vel quando ignora-
tur vbi citandus maneat.
Ex quibus infertur intellectus ad.c.1.
sessio.23.concilij Trident.*

6 *Non valet consuetudo, quod cura
tus non residat in beneficio, quia ista re
sidentia est de iure diuino contra quod
consuetudo non valet.*

GLo.4.in verb.*Toller la yglesia.* dicit, ad
procedendum contra beneficiatũ non
1 residentem, non est necessaria solennis ci
tatio, neque solennis priuatio, sed sufficit
requisitio, & spoliatio de facto, per text.
in.c.ex parte, el primero, & ibi per Abb.
nu.3.de cleri.non residen.

Sed quia durus est sermo iste, veritatẽ
aperire,

aperire,censeo esse vtile. Ratio etenim Abb.ea est, quod in notorijs nõ est opus ordine iudiciali,per text.in.c.qnoniam. de filijs presbytero. Eandem conclusionem tenet idem Abb in.c.ex tuæ.de cleric.non resid.nu.10 11.& Oldrald.consil. 195.& 315.idem Abb.in.d.c.ex parte,nu. 4.dicit,quod verbum illud expoliari, & priuari,positum in.d.c. ex tuæ.sonat in quandam iuris executionem, & ibi Gaspar.Calde.dicit,sic in curia iudicatum & determinatum fuisse. In cuius confirmationem adduco Petrum Rebuf. in titul. de pacificis possesse,in cõcordata fol 37. nu.223.dicentem: quando verba executionem denotantia,ponuntur in lege vel dispositione, etiam si lex loquatur per verba de futuro, tunc denotant executionem actualem, & inferunt priuationem ipso iure Facit etiam pro ista parte, alia eiusdem Abb.conclusio,in.c.extirpãdæ, §.quia vero.de præben.nu. 24. vbi dicit, Beneficiatus non residens in curato sine iusta causa, ad minus occulta non poterit licite retinere beneficium in foro animæ,sine noua collatione, ibique subdit quod cum non residere possit esse ex iusta causa,ideo requiritur admonitio, & ibi num. 26. dicit dictam admonitionem non esse partem substantificam priuationis.

Hosti.vero,& Inno.in dict.§.quia vero cum maiori modificatione procedunt, dicentes,ꝙ nõ residens per se in ecclesia non annexa, vel non constituens vicarium,erit priuatus ipso iure, dummodo interueniant quæ interuenire debent ad hoc,vt vere dicatur non residens,scilicet quod moneatur loco,& tempore cõgruo & quod assignetur ei tempus ad veniendum,quo etiam elapso, prouidentia est, ipsum aliquantulum expectare. Quam sententiam sequitur Syl. in verb.residentia.Sed finaliter videntur idem cum Abbate sentire isti dicti.DD.

2 Contrariam tamen partem, videlicet quod dicti beneficiati, non residendo in curatis,debeant citari,& iudiciali sententia à beneficijs priuari, & quod spoliatio non erit facienda de facto,tenuerunt Feli.in.d.c.ex tuæ,de cleri. non residen. & ibi Ioan.de Imo.numer. 10. sequendo Ioan.Andr.& Gaspa.Cald.dicentes, termino signato,ad veniendum elapso, nõ posse prælatum,beneficium alteri conferre ante sententiam priuationis, quia in omnibus casibus, amissione beneficij dignis,semper beneficiarius,erit sententia priuandus, facit pro ista parte singulare dictum Bal. in. l.cum fratrem C. de his quibus vt indig.dicentis,notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum,vel priuandum,nisi sequatur sententia priuationis, quod dictum destruit fundamenta Abb.eandem sententiam tenuit Ancha.in regula, peccati veniæ. de reg.iur.& per inquam placet,aliud dictũ Archi & Ioan. And. in cap.1.de homici. in.6.quod omnia iura mundi quæ dicunt pœnam imponi ipso iure vel facto, debent intelligi, dummodo secuta sit sententia declaratoria, per quam declaratũ sit fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda illa pœna,alias illa pœna effectum & exetutionem non sortitur,quos refert & sequitur Alexand.in l.si quis maior.C.de transactio. num. 13. & Syl.in verb.emphiteosis, nu 7. & pro ista sententia facit melior tex. de iure, in.c.cũ secundũ de hæret.in.6 & S.Tho. 2.2.q 62 art.3.expresse asserens,neminẽ ante condemnationem per iudicem, ad pœnã teneri,etiam si ipso iure, vel facto, in eam incurrat. Atque ista sententia tradunt etiam, Domi.a Soto libro.1. de iust & iure.q.6.art 6 & Didac.Couarrũ. in epitho. ad.4.p.2.c.6.§.8. num. 10 &. Didac.Perez in.l 2.tit 9.lib.2.ordin.col. 499.&.500. reprobata sententia Alfon à Cast.in lib.2.de potesta.legis pœna capit.10 & per alia capitula sequentia,asserentem contrariũ: cuius conclusio absq; dubio,communiter reiecta est, vt testatur Iul.Clar.in pract in § fi.q.9.nume 8. fol.230.qui de consuetudine in criminalibus hoc seruari dicit, quidquid de iure sit,teste Didac.Couarr.in cap. alma mater.de senten.excommu.in. 6. pa. 1. §. 2. num.9. cuius opinionis fuit Hippoly.in Rub.ad leg.corne.de falsis,num. 34.& in Rub.de probatio.num.227.&.228.

Nec huic assertioni obstat dicere,aliud esse in criminalibus,aliud in beneficialibus, vt dixit Ioan de serua.in tract.de benefi.vol.15 in.4.pa.q.2. num.2. Ista duo committere delictum,& non residere in beneficio,sunt longe diuersa, & tandem concludit num fi. quod quando clericus non residet personaliter in beneficio curato,per se principaliter absque iusto impedi-

pedimento, ipso facto est priuatus benefi
cio, sed non ausus est dicere, quod erit
spoliandus sine sententia.

Nam priuatus beneficio ipso iure, nõ
debet à possessione de facto amoueri, nisi
eo citato, & causa cognita. c. licet Episco
pus, de præbend. vt tenuit Fran. de Ripa
in cap. sæpe, de rest. spolia. num. rot. idq;
apertissime colligitur ex Concilio Tri-
dent. sessio. 23. in cap. 1. de reformatione,
in. §. eadem omnino, in versic. quod si, fo
lio. 118. cuius verba sunt, quod si per edi-
ctum citati, etiam non personaliter con-
tumaces fuerint, liberum esse vult ordi-
narijs, per censuras Ecclesiasticas, & se-
questrationem & subtractionem fructuũ
aliaque iuris remedia, etiam vsque ad pri
uationem compellere.

3 Qui text. ordinem iudiciarium indi-
cat, in quantum dicit quod absentes erũt
citandi: quotiescunque enim in aliquo
actu iudiciali exigitur citatio, solennitas
iudicij requiritur, quia est principium iu-
dicij § vlt. insti. de pęna teme. litigan ita
concludit Oldrald. consilio. 220. & dict.
Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. 4. p.
q. 3. num. 5. qui ad fundandum partē con-
trariam dicunt, quod ex eo beneficiarij
absentes sunt monendi, vt veniant ad re-
sidendum, & non citandi, quia monitio
non indicat ordinem iudiciarium, citatio
sic: ergo cum concilium Tridentinum di
cat, quod sunt citandi dicti beneficiarij
absentes, sequitur quod debet solennitas
iudiciaria intercedere, cum citatio dica-
tur de processu, vt late oĩa probantur per
Mari. Soc. in tract. de citatio. at. 1. & 37.

4 Item probatur in. d. consilio Triden. lo-
co citato nostra conclusio, in eo quod or
dinatur modus & forma procedendi cõ-
tra dictos absentes. Primo erunt citandi,
qui si contumaces extiterint, censuris cõ
pellendi, in quibus si animo indurato ex-
titerint procedendum ad fructuum sub-
tractionem, & sequestrationem; & per
alia iuris remedia compellendi, vsque ad
priuationem. Et quotiescunque datur or
do procedendi, & assendendi de vna pœ
na ad aliam, dictus ordo erit seruandus,
cum solennitate iuris, & causæ cognitio
ne; vt probatur in cap. cum non ab homi
ne, de iudicijs, vbi quis deponitur, excõ-
municatur, anathematizatur, & degrada
tur, & curiæ sæculari traditur, & ista gra
datim debent fieri, & cum causæ cogni-
tione, non autem præposterando: ergo
in casu nostro, beneficiatus per citationẽ
contumax, non erit beneficio priuãdus,
nisi ordine seruato, quæ ex processu con
stare debet. Et sic indubitanter vult di-
ctum concilium, quod procederetur ante
priuationem, cuius processus finis senten
tia diffinitiua est, vt constat per titulos
de re iudicata. Ex quibus omnibus cõclu
* dendum est contra Abb. & glossam no-
stram, & sequaces, beneficiarios absentes
acutatis non esse de facto, sine senten-
tia, spoliandos: sed ordine supra di-
cto seruato, cum citatione præcedente
& sententia sequente, vt inquit Imo. in
cap. ex parte, de cleri. non resid. nume. 4.
& est videndus Azeue. in. l. 27. nu. 3. & 4.
dicẽs procedendũ esse cõtra beneficiatos
absentes forma seruata istius legis quę vi
detur dissentire à sententia glossę nostrę.
Et pro intellectu. d. c. 1. in versi. quod si,
in. d. sessio. 23. Concil. Triden. necessariũ
est videre, qualiter & quando. d. citatio
per edictum debeat procedere.

5 Et dico quod ad hoc vt edictum vires
obtineat citationis, & constituat absen-
tem in contumacia, duo sunt obseruãda,
forma & modus: quoad primum vt le-
gantur literæ edicti in aliquo loco publi-
co, & postea edictum citatorium affiga-
tur in loco solito, vt tenet Bart. in extra.
ad reprimendum. io ver. publicé, & Ioã.
de Imo. in cap. fi. de cleric. non residen.
num. 4. & Maria. Soci. in tract. de cita-
tio. art. 23. fol. 4 num. 9. in versi. de forma
citationis per edictum.

Quo ad secundum, vt in dicta citatio-
ne per edictum seruetur modus, in cle. 1.
de iudi. constitutus, vbi cautum extat, ne
dicta citatio contra absentes fiat, nisi in
duobus causis, scilicet quando citandus
impedit, vel procurat per se vel per alios
quominus citatio ad eum posit perue-
nire, vel quando loca, vel domiciliũ, vbi
citandus habitat, non potest tutè vel libe
rè adiri. Tertium addidit Rebuff. in. 3.
tomo constitut. in tract. de citatione, fo-
lio. 62. num. 97. quando ignoratur, vbi ci
tandus maneat, & nemo in domo eius ha
bitat: vltra quos casus per edictum cita-
tus, non habebitur, pro contumace vero
nec manifesto, vt asserit glo. in. d. Cle. 1.
quam approbat Maria. loco citato. nu. 12.
nisi prius fuerit personaliter citatus, ad
causam totam peragendam: quia postea
poterit

poterit citari per edictum, vt resol. Paul. de Castr.in.l.ad peremptorium.ff.de iudi.n.6.vbi reprehendit Bart. & dicit ita seruari in curia Romana, vbi dicta edicta ponuntur in curia contradictoriarũ vbi cõueniunt oẽs procuratores curiæ. 4.pa.q.1. &Bern.Diaz à Luco in prax.c. 47.&eius addi.Salz.& Rebuf.in sua pra. Ex quibus infero citationem per edictum, de qua loquitur dict.cap. 1.in vers. quod si, prope finẽ, sessio.23.debere procedere, iuxta dictas regulas iuris Canonici, quod si secus, non constituet beneficiatum absentem in contumacia. Et sic non poterit iudex procedere ad dictas pœnas imponendas.

6 GLos.6. in ver. *Costumbre*. Probat consuetudinem non valere, quod clericus non teneatur residere in beneficio curato, & quod in absentia percipiat fructus, secus in simplicibus, cui addo Felin.in.c. cum omnes de const.num.33.& in capit. quoniam frequenter.num.21.vt lite non contest. & Fede.de Senis.consil.109.Ioã. de Selua.in tract.de benefi.vol.15.tract. benefi.fol.455.num.1.&.2.Ratio est, quia dicti beneficiarij curatorum tenentur ad residentiam iure diuino, contra quod nõ valet consuetudo, vt in cap.fi.de consuetud.& ibi Abb.& DD. & concludit ita Rochus de Curt. in tract. de consuetud. num.78.& Laure.Sylua.consil.10.nu.39. & Paul.Paris.consil.68.num.193.volu.4. & Petrus Dueñas reg.137.Didac.Couar. lib.3.varia.c.13.num.9.

Titulus 17. De la *Simonia*.

In.l.9.tit.17.pa.1.in glo.2.

1 *Locatione facta per ecclesiæ prælatum de bonis ipsius ecclesiæ, quam tanquam prælatus fecerit tenetur successor ei stare.*

2 *Locatio facta per prælatum de bonis ad suam sustentationem expectantibus tanquã ad beneficiatum non arctant successorem.*

GLos.2. in verb. *Por mas tiempo* Remissiue resoluit quæstionem, an locatione facta per prælatum vel beneficiatum, ei successor stare teneatur. Et licet bene Abb.distinguit in dict.cap.fin.ne prelati
1 vices suas à numer.3. cum sequentibus: Didac.Couarr.in lib.2.varia.cap.15.num.6.breuius resoluit, etiam distinguendo, in hunc modum. aut prælatus res ipsius ecclesiæ, quæ ad dignitatem & sumptus, & alimenta prælati non pertinent, tanquam bonorum ecclesiæ administrator, & ecclesiæ rector, locauit, aut ipsius dignitatis rem, cuius fructus & reditus, ad victum, vestitũ, & onera dignitatis expectant, in locationem dedit. Primo etenim casu, cum similis videatur prælatus tutori, res minoris & pupilli locanti, cuius locatio tenet per.l.si tutelæ.ff.de administra.tuto.ita tenere inquit locationem factam à prælato nomine ecclesiæ, ad tempus iure permissum, scilicet ad triennium per extraua.Paul. Veneti. 2. in tit. de rebus eccles.non alie. de cuius intellectu, aliqua dixi supra in.l.2. titu. 14 in glo.1. & Dida.d.lib.2.varia.capit. 16. num.6.in fin.

Aut.d.rector locauit dictas res, nomine proprio, ad propriam vtilitatẽ pertinentes, huic locationi successor stare non tenetur, imo finitur locatio morte locantis, secundum glos.in d. c.fi.ne prelati vices suas. Et de ista locatione non loquitur.d.extrauagans.Paul.Veneti.2. in tit.de rebus eccles.non.vt ipse Couar. testatur.d.c.16.num. 6.secundum quam doctrinam capellanus non tenebitur stare locationi factæ, per suum prædecessorem, in bonis capellaniæ. Et optime pro ista conclusione facit text.in.l.ista.

In.l.10.ti.17.par.1.in glo.8.

1 *Doctores antiquiores sunt præferendi iunioribus.*

GLos.8. in ver. *Aprendan*. Ex text. cum
1 glos probatur, antiquiores Doctores esse præferẽdos iunioribus, quibus addo glo.in.l. cum quid, in ver.vocem. ff. si certum petatur. &.l.1.ff. de albo scriben. & cap.1.de maior. & obedien.l. semper in ciuitate nostra.ff.de iure immu.l.prouidendum.& ibi glo.2.C.de postul. vbi

aduocatus antiquior præfertur. gloff.1. in cap.fic viue.16.q.1.dicentem, quod feniores magiftri potius funt audiédi, quã iuniores. Et ita per Felin.in Rub.de magiftratum regulam, cum duabus ampliationibus,& fex limitationibus ponit Decius in l.cum quid. ff. fi certum petatur, à num.11.vfque ad num.22.& in cap.clerici.nnmer.7. de iudi.refert Dueñas regula.208.

In.l.12.tit.17.par.1.in gl.1.

1 *Ponit remiſsiue pœnas à iure conſtitutas contra ſimoniacos, dixi in .l. 63.ſup.tit.5.*

GLoſ.1. in verb. *Es vedado.* Remiſsiue ponit pœnas à iure conſtitutas, contra
1 ſimoniacos in ordinibus, & in beneficijs, de qua materia dixi ſupra in.l. 63. tit.5.

In.l.15.tit.17.pa.1.in glo.1.

1 *Non poteſt à Canonico de nouo intrante poſſeſsionem beneficij aliquid petere.*

GLoſ.1.in verb. *Par premia.* In quantum dicit quod non poteſt peti pro collatione vel receptione de nouo ad canoni-
1 catum, aliquid à Canonico intrante poſſeſsionem beneficij,& allegat.c. Iacobus de ſimoni.vbi ſimilis conſuetudo improbatur,addo.c.14.ſeſsio.24. Concil. Trident.fol. 145.col.2.

1 *Conſuetudo vt aliquid pro exequijs mortuorum ſoluatur clericis ſeruanda eſt, nec eam poſſe populum per ſtatutum mutare.*

2 *Ciuitas poteſt mutare conſuetudinem de dando eccleſiæ eleemoſynam ex cauſa,& etiam ſtatutum quicquid dixerit Decius.*

GLoſ.2. in verbo. De ſu officio. Dicit
1 conſuetudo, vt aliquid pro exequijs mortuorum ſoluatur clericis ſeruanda eſt & refert, quæ requirantur ad eſſentiam talis conſuetudinis, non obſtante conſilio Paul.de Caſtro.363.dicentis, nõ video quare populus iſte non poſſet immutare dictam conſuetudinem, contrarium ſtatuendo, cum non liget eos magis conſuetudo, quam ſtatutum. Quæ concluſio eſt contra Bartholum in.l.priuilegia.numer. 3. C.de ſacroſan.Eccleſ. & contra Innocen.in cap. ad Apoſtolicam,de ſimonia,numer.1.afferentes, per dictum ſtatutum populum non poſſe ſimilem conſuetudinem mutare. Quibus Gloſſator noſter accedit, vti ſi populus conſueuit dare eleemoſynam, non poterit ſtatuere quod non detur, vel ſi velit mutare pias & laudabiles conſuetudines, vt pro ſepultura non detur,quod ſolitum erat dare,vt ipſi Bartho.& Innocen.vbi ſupra exemplificant. Et quod Epiſcopus poterit facere eas obſeruare.Pro quibus facit dictum Panormitani in capit.fina. de rebus eccleſ.non aliena. num.6. quia circa concernentia cultum diuinum, & refrigerium animæ defunctorum, non poteſt ſtatutum fieri per laicos. Tenet hanc concluſionem Domi.in capit 1.de conſt in.6.& Maria.Socin.in tract.de oblatio.libello 3.nu.7.in fi. DD.in.d. c. fi. de rebus eccleſ.alie.vel non & Roma. in authen.ſimiliter C.ad leg.falcid Caſsia. Lup.in repet.l.admonendi ff.de iure iur. Anton.Fran.in additio. ad Alexand. in l.non ampliùs.§.1.in litera.c.ff.de leg. 1. qui ſequitur Bart.& Inno.locis citatis.

2 Contrariam tamen partem,imo quod tale ſtatutum ſeu conſuetudinem,de dando eccleſiæ eleemoſynam, poterit ciuitas de nouo ſtatuendo reuocare, tenet Cyn.in.d.l.non ampliùs. §.1. ff. de leg.1. & ibidem Imo. Alexand & Iaſ. nume.9. & Fulgoſ.& Paul.in.d.l.priuilegia.& Salice.in auth.Caſſa. C. de ſacroſan.eccle. quæſtio. 5. & Alexand. conſil.160. volum.2.& Calca. conſil.11. & Aegid. Boſſi. in pract. crimin.titul.de principe, & priuilegijs eius,numer.222.vbi dicit com munem, & inter communes eam refert Viuius,primo tomo communi opinio fo lio.149. numero.33. & ſic habemus com munem contra gloſſam noſtram, cùm
* quodam tamen moderamine, & diſtinctione, quam Iaſſo. addidit in dict.l. non ampliùs.§ 1.num 15. & in conſil .1. vol.1.dicens.

Aut

Aut illud statutum de danda eleemosyna, sine causa volunt statuentes reuocare, & non possunt, & sic procedit opinio Abb. Bart. Inno. & caeterorum, & facit pro eis text. in cap. ad Apostolicam, de simo. ponderato verbo, malitiose. Aut volunt reuocare dictum statutum, seu consuetudinem piam, cum causa, & possunt, & isto casu procedit cõmunis, quae confirmatur, quia licet statutum quod transiuit in contractum, & habuit pactũ reciprocum impletum, reuocari non potest, tamen cum causa per statuentes reuocatur. per text. in l. qui semel. ff. de decreto ab ordin. facie.

Decius in c. ecclesia sanctae Mariae, numer. 53. de consti. post medium, aliter distinguit, aut statutum laicorum specialiter expresse, beneficium clericis concedit & isto casu procedit Bart. opinio in dict. l. priuilegia, quod reuocari nõ possunt dicta beneficia, quia tunc respectu clericorum, videntur transire in priuilegium, quod cum sit concessum non subditis, non potest reuocari. c. nouit, de iudi. aut generaliter loquitur statutum, quo casu licet extendatur ad clericos reuocari potest, quia intelligitur quod clerici vtantur tali priuilegio, donec duret, & sic reuocari potest. Et etiam aliter soluit dictam contrarietatem dicendo, Bart. opinio & caeterorum procedit in iure quaesito, contraria in iure quaerendo, in quo valet statutum laicorum in praeiudicium ecclesiae vel clericorum, & Felin. d. capit. Ecclesia sanctae Mariae, quaest. 12. numer. 97. quem pro se communis citat, cum potius se in contrarium inclinet, respondet ad. l. si quis curialis. C. de Episcopis & clericis, quod Imperator de facto reuocauit dictum priuilegium: sed quidquid isti dicant, à communi non est recedendum, cum praedicta distinctione lasso. quae potiori iure fulcitur.

In.l.17.ti.17.par.1.in glo.5.

1 *Qui aliquid dat famulo Episcopi, vel alterius collatoris temporale pro eo quod de suis meritis informet collatorem, non committit simoniam: secus autem si dat pro obtinendo beneficio, & talis est famulus quod moneat dominum collatorem.*

GLos. 5. in verb. *Tenudo*. Lex ista simoniacum illum existimat, qui ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum, vel ordinem, aliquid temporale dedit tertio, vt à praelato impetret, dictum beneficium. cui rex. est similis in capit. quicquid. 1. quaestion. 1. Ar glos. nostra mouet quaestionem, an dispositio horum iurium, restringatur ad ministros Episcoporum, quorum ministerio vtuntur ipsi Episcopi, in conferendis beneficijs, seu alijs spiritualibus. Et concludit, quod dicta dispositio extenditur ad omnes ministros praelatorum, & etiam ad alios interuenientes, per text. in capit. final. 1. quaest. 5. & per legem istam, quae iura indistinctè loquuntur, & pro opinione glos. nostrae facit Innoc. doctrina, in capit. tuam, de aetate & qualitate dicentis, quod si pecunia detur familiari collatoris, vt daret operam, quod ad beneficium promoueretur: tunc largitor pecuniae, simoniam committit, ac si daretur, ipsi collatori beneficij, argument. text. in cap. praesentium. 2. qua st. 5. Sed ibi Cardina. Alexand. limitat dict. Innocen. quando mediator talis est, qui suis precibus, potest commouere collatorem, secus si non moueretur ipsius instantia, sed informatione recepta de sufficientia ipsius promoti: quia tunc pecunia data intercessori, videtur data pro suo labore, & non pro collatione beneficij. & ita dicit se respondisse, in facti contingentia. Quam determinationẽ exaltat Andreas Sicul in repet c. cum M. Ferrariensis de constitut. numero. 118. & ita limitandam esse censeo glossam nostram.

Titulus .18. De los Sacrilegios.

In.l.1.tit.18.p.1.in glo.3.

1 *Clericus sacris initiatus fornicando sacrilegium committit, & qui in peccato sacramẽta ministrat & committitur*

mittitur per violentiam aut irreuerentiam rei sacræ.

1 GLo.3.in ver. *Clerigos*. Dicit, si quis verberat clericũ, vel coit cum moniali sacrilegiũ committit, cui addo, quod etiam clericus sacris initiatus, fornicando sacrilegium committit, quia res sacra violatur. Et itidem committit sacrilegium qui sacramenta ministrat in peccato mortali, vel communicat, vel celebrat & ad intelligendum, quibus casibus sacrilegium committitur, quandam normam assigna re volo, dicens, sacrilegium committitur per irreuerentiam, vel violentiam sacræ rei, secundum S. Thom.2. 2.q.99.artic.1. idem asserit Marti. Azpil. Nauar. in cap. 28. in additio. ad cap.27. ad num. 259.

1 In detentatione rerum Ecclesiasticarum committitur sacrilegium, & in illis quæ deputata sunt ad sustentationem clericorum, quia dicuntur res sacræ quartæ speciei.

1 GLos.5. in verb. *Derecho*. Dicit per solam detentionem rerum Ecclesiasticarum, committitur sacrilegium, allegat Abb. in cap. conquæstus. num. 3. de foro compet. & cap. sacrilegium. 17. q 4. istius conclusionis rationem assigno, & dico eam esse, quia res Ecclesiasticæ deputatæ, ad sustentationem clericorum, vt sunt prædia, domus, & alia immobilia, dicuntur res sacræ quartæ speciei, vt notauit sanctus Thomas. 2. 2. quæstion. 99. articulo primo. Quam rationem non assignauit Sylu. in verbo, sacrilegium, licet eandem tenet conclusionem, & dicit, large istud dici sacrilegium, non proprie. Quam conclusionem glossæ nostræ extendit Abbas, etiam ad bona patrimonialia clericorum, in capit. cæterum, de iudi. licet eum impugnat Nauarr. in capit. Cæterum, de iudi. licet eum impugnat Nauarr. in capit. 28. in additio. ad capit. 27. suæ summę, ad num. 259. fol. 57.

In.l.7.tit.18.pa.1.in glos.2.

1 Leges harum partitarum regulariter loquuntur de morapetinis qui valore adęquantur solidis aureis Iustiniani.

2 Lex ista non loquitur de dictis morapetinis qui valore adęquantur solidis, sed de alijs morapetinis aureis currentibus tempore Afonsi Regis.

Agiturque de nouo declaratione l.2. tit. de las iniurias, lib. 4 fori.

3 Vnus solidus Iustiniani ponderat sextam partem vnciæ auri.

GLos.2. in verbo. *Por marauedis*. Dicit, tene mente istam legem partitarum, vt scias cuius valoris sint morapetini, de quibus ll. istę loquuntur, & tandem vult quod omnes morapetini, quorum dictę leges meminerunt, sint eiusdẽ ponderis, quod solidi Iustiniani, & quod aurei & solidi Iustiniani, sint eiusdem valoris & ponderis: & quod isti solidi ponderant octauam partem vncię.

1 Pro cuius computationis veritate elicienda, inquam, veram esse primam glosę conclusionem, in qua testatur regulariter istas leges partitarum loqui, de morapetinis aureis, qui valore adæquantur solidis Iustiniani, vt tenet Didacus Couarr. in tract. de numis. c.6. num. 5. illatio. 4. fol. 45 & sic in quantum glos. vult, quod aurei solidi, & morapetini aurei sint eiusdem valoris, verum est si intelligamus de aureo morapetino, qui Gotorum tempestate currebat, quorum numismatum valor, adęquatur valori Castellani, qui æstimatur denarijs argẽteis fere decem & septem, Couarr. vbi supra, capit. 3. num 5.

2 Sed in quantũ glos. vult, quod loquatur lex ista, de dictis morapetinis aureis, decepta fuit, vt testatur d. Couar. vbi su. c. 6. n. 5. illatio. 4. vbi per bona fundamẽta asseri, quod lex ista loquitur de morapetinis æneis nostri temporis, aut de morapetinis aureis, qui tẽpore Alfõsi 10. cõditoris harũ legũ currebãt, quorum vnusquisq; decẽ morapetinis æreis nostri temporis æstimabatur, vt d. Couar. d. cap. 6. illatione. 7. fol. 46. expendit, & etiam vt

glos.

glossa nostra procedat, in collatione valoris solidi, intelligenda est de solido aureo Iustiniani, de quo lex ista minime loquitur. Nam secundum Couarr. cap. 3. nu me. 7. vbi supra loquitur de solido argenteo, vel de solido Turonensi, qui mixtione argenti & æris cōflabatur, cuius valoris expositioni adstipulatur multum conclusio Auend. in dictio. in verbo, *Sueldos*, vbi inquit solidos. 300. De quibus loquitur l. 2. titulo, *De las injurias* lib. 4. fori esse reducendos, ad tria millia morapetinos æneos nostri temporis Et quod eadē censura computandi sunt solidi, de quibus loquitur. l. 131. styli, vt illi quingenti solidi faciāt quinq; millia morapetinos æneos, hodie vero, quoad. d. l. 2. fori, & ad l. 131. styli opinionum varietati locus non ceditur, & li. l. 2. tit. 10. lib. 8. recopila. dicit. *Peche trezientos sueldos, y por ellos mil y dozien os marauedis* Et paulo inferius subdit: *Pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil marauedis* Et quamuis Couarr. de valore solidorum diuersō agit, horum non meminit. Et ex hoc videtur, ista noua interpretatione valoris solidorum, quam d. l. 2. assignat cessare interpretationem Auendani, vbi supra.

3 Item videtur glos. nostra decepta, in quantum inquit solidum vnum octauam partem vnciæ ponderare, nam sextā partem facere satis probat Didac. Couarru. in dict tract. de numisma, in cap. 3 nu. 5. intelligendo de solidis Iustiniani, & de parte sexta vnciæ auri, vt dixi supra in titu. 13 l. 14. in glo. 2.

In .l.9. tit.20. pa.1. in glo .1.

1 *Solidi de quibus lex ista loquitur intelliguntur de Turonensibus, qui faciunt decem morapetinos nostri temporis, & de istis. ll. harum partitarum loquuntur quando sunt transcriptæ à iure Canonico.*

Glos. 1. in verbo: *Nouecientos sueldos* De cuius valore Didacus Couarru. in tract. de numis. capit. 3. §. 2. num. 7 post mula eruditionis plena concludit. quod isti solidi sunt Turonenses, qui æstimari possunt apud nos: tertia vnius argentei numi regalis parte, paulo minus. Et sic isti congenti solidi, de quibus lex nostra loquitur, continent numerum noue mil lia morapetinorum æreum, nostri temporis, & d cit quod semper de istis intelligit, quoties. ll. partitarum non transcribunt de iure communi imperatorum, sed de iure canonico, in cap. 6. illatione. 12. & 13. Lex etenim ista fuit transcripta de text. in capit. si quis contumax. 17. q. 4. vt supra in. l. 7. dixi, quæ etiam transcripta fuit de. c. qui subdiaconum.

Titulus. 19. De las Primicias.

In.l.8. tit.19. pa 1. in glo. 1.

1 *Parœchiani cogi non possunt ad oblationes, & ponuntur sex species oblationis cum duabus limitationibus.*

2 *Coguntur parœchiani ad oblationis præstationem, quando talis adsit consuetudo, & si curatus indigeat, & in præcipuis anni festis maxime vbi ecclesia non habet decimas prædiales, vel quando oblationes sunt ex testamento faciendæ, vel quando non soluuntur primitiæ.*

3 *Qualiter consuetudine præscribatur aduersus parœchianos in præstatione oblationum.*

1 Glos. 1. in ver. *No les puedan apremiar.* Probat parœchianos non esse cogendos ad oblationes, in qua materia ad veram istius conclusionis cognitionem veniemus, si quot sunt species oblationum nouerimus. Et sic dico sex esse species oblationum, quædam sunt quæ ad actū latriæ pertinent, vt orationes & sacrificium, quædam ad ecclesiæ, vel alicuius loci pij expeditionem, quædam quotidianæ & vsuales, ad altare vel ad manū sacerdotis, quedā quæ sapiūt eleemosynā, & propter charitatem & misericordiam fiūt, quædam quæ fit ob causam, vt aliquid recipiatur, quædā quæ fit inter viuos, quædam quæ fit propter mortem, vel mortis causa, vt distinguit Mart Soc.

in tract. oblatio. in primo & secundo libello, & in libello tertio, pet totum quærit, vtrum ad oblationes homines necessitentur, & ad quas, & nu. 5. de istis oblationibus, quarum per glos. nostram mentio fit, concludit, quod sunt necessitatis, in diebus festiuis, & solemnibus: sed melius istum articulum euacuando, dico cũ glos. nostra parœchianos non esse cogendos, ad præstationem oblationum, quæ ad altare fiunt, vel ad manus sacerdotis, quę vsualis dicitur, secundũ Ioan. Andr. in Rub de parochia & Calcane. cõsil. 57.

2 Quam conclusionem limitat Rebuff. in tract. de decimis. q. 1. nu. 24. quinque modis. Primo, quando consuetudo adesset præstandi dictas oblationes. Secũdo, si curatus indigeat. Tertio in præcipuis anni festis, maxime vbi ecclesia non habet decimas prædiales. Quarto, quando oblationes essent ex testamento faciendę, vtpote in anniuersariis, vel sepulturis mortuorum. Quinto, vbi non soluuntur primitiæ, quia oblationes succedunt in earum locum & S. Tho. 2. 2. q. 86. art. 1. ponit quatuor fallentias.

3 Ampliatur dicta conclusio, vt præstatio oblationum consuetudine fiat necessaria, & præscribatur contra præstantes, quamuis sit actus meræ facultatis (. qui cessante sacerdotis egestate) præscribi ñ potest. l. cum in rem versum ff de vsuris. l. si certis annis. C. de pactis. & quæ ibi per doctores notantur, quia ista consuetudo inducitur fauore ecclesiæ, vt tenet Maria Soci in d. tract. de oblatio. nu. 7. libel. 3. & Ioan. de Fanto. in §. actionum inst. de actio. & Inno. in. c. ad Apostolicam de simo. idem dicit Dida. Couarru. lib. 1 variar. c. 17. num. 3. referens alios.

Secundo ampliatur in d. casibus necessitatis, & consuetudinis, in quibus remanet obligatio quodam modo voluntaria, scilicet quo ad quantitatem vel speciem rei oblatæ, & alias limitationes & ampliationes ad prædictam regulam videri possunt, per Conar. d. c. 17. lib. 1. vari. nu. 3. & Bernard. Diaz de Lugo, reg. 499. & Ioan. Gracian reg. 331. qui remissiue loquitur.

In l. 9. tit. 19. par. 1. in glo. 1.

1 *Parœchiani non possunt compelli ad oblationis præstationem per subtractionem officiorum.*

2 *Oblationes facta imagini debentur curato loci vbi sita imago est, nisi fuerit in monasterio fratrum.*

1 GLos. 1. in verb *Non les dexiendo las horas.* refert opinionem Hostien. quem sequitur lex ista dicentem, posse parœchianos compelli ad oblationem per subtractionem officiorum, si clericus indiget: sed glos. nostra accedit sancto Thomæ, contrarium asserenti. 2. 2. q. 86. artic. 1. quibus addo Maria. Socin. d. tract. de oblatio. libello. 3. num. 7. ad medium.

2 Quæro cui debeantur oblationes factę imagini, & tenet Panor. in cap. dilectus. num. 4. de offic. ordin. quod debentur curato illius Ecclesiæ, vbi est imago. & in capit. quoniam, eo. tit. & Troyl. Maluen. in tract. de oblatio quam conclusionem limitat Rebuf. in tract. de decimis. q. 1. num. 3. vbi dicit quod quamuis hæ oblationes curato debeantur, conuertendæ tamen sunt in reparationem ecclesiæ per Episcopum per quandam decretale, Alexand. 3. quæ non est in volumine decretalium, notauit d. Maria. in dict. tract. de oblatio. libello. 18.

Titulus. 20. De los Diezmos.

In l. 2. ti. 20. par. 1. in glo. 3.

1 *Clerici tenentur ad præstationem decimarũ ex prædijs sitis in alienis parœchijs, quamuis assignatæ sint dictis clericis pro prebenda.*

2 *Monachi vel clerici in communi viuentes non tenentur soluere decimas de prædijs sitis in aliena parœchia si ea colunt suis manibus vel sumptibus, & animalia redeãt noctu ad monasteriũ.*

3 *Cum proximis dictis limitationibus intelligendus est text. in capit. 2. de decimis in eo sensu quod loquitur* de deci-

de decimis prædialibus. & text in .l. 2. tit. 5. lib. 1. recopila.

1 GLos. 3. in verb. *Heredades.* Concludit per tex. in præsenti, clericos teneri ad præstationem decimarum, ex prædijs sitis in alienis parœchijs, quamuis ipsis clericis sint assignata pro præbenda: secus si sita fuerint in propria parœchia, quæ bene declarare S. Thom. 2. 2. q. 87. artic. 4. inquit.

Sed pro sua conclusione perperam allegat S. Thom. loco citato, cum potius contrariam firmet sententiam, vt cõstat ex subsequentibus verbis eiusdem dicentis: prædia vero ecclesiæ non sunt ad decimas soluendas obligata, etiam si sint infra terminos alterius parœchiæ. Quã conclusione non obstante receptior est opinio glossę nostræ, quę fuit Panormit. in capit nouum genus, de decimis. & in cap 1. de censib. post glos. & Card. consil. 88. Didac. Couarr. lib. 2. varia. c. 17. nũ 8. in versic. secundo.

2 Limitatur dicta conclusio nostræ glossæ, & aliorum eius factionis, in prędijs clericorum vel monachorum communiter viuentium, nam soluere decimas non tenentur, de laboribus seu nutrimentis suis, siue sint dotalia siue alia bona ecclesię, per text. in capit quæsti sunt. 16. q. 1. qui secundum aliquos, in monachis tantum loquitur, sed verius est quod loquitur de vtrisque, vt tenet ibi Archi. & Ioã. de Turrecrem. & Aegidi. de Bellame. quam conclusionem notauit Rebuff. de decimis q 5. num. 7. non citando nisi. c. decimas. 16. q 1.

Et hoc quod dicimus supra dictos clericos & monachos non teneri ad prestationem decimarum, de laboribus & nutrimentis suis, intelligitur de prædijs, in quibus proprijs laborant manibus, vel suis sumptibus colere faciunt, dando pecuniam his qui hec colunt. glos. in cle. 1. in ver. excolendas, de decimis. & Socin. consil. 92. vol. 3. & Rebuf. de decim. q. 14. num. 44. & illa animalia dicuntur de nutrimentis suis esse, quę custos ad eorum domum, vespere reducit: nam tamdiu sunt sua, & à dictis clericis vel monachis nutriri dicuntur, quamdiu consuetudinem eundi & redeundi habent ad monasterium, vel ad monasterij domũ, argum. §. pauonum inst. de rerum diuis. hęc Rebuf. vbi supra, numer 57. & per alia quę ibi dicit, videtur sentire, quod tenerentur soluere decimas, de animalibus, quę per pastores nutriuntur, nõ pernoctantibus domi monasterij, vbi aliquę fallentiæ videri possunt.

3 Et sic limitabitur. c. 2. de decimis, secundum vnam lecturam intelligendo eum, vt loquatur de decimis prædialibus, vt notauit ibi Innoc. distinguendo inter decimas personales, & prædiales, vbi dicit episcopos teneri, ad decimas prędiales dandas, de suis prędijs ecclesijs, in quarũ parœchijs sita sunt prædia. Si autem intelligamus dict. capit. 2. de personalibus, vt vult Cardin. Zabare. aliter erit dicendum, vt videri potest per DD. in d. c. 2. & Rebuf. vbi sup. q 5. n 3. cum sequent.

Item sic limitanda venit. l. 2. titul. 5. lib. 1. recopila. cuius verba sunt *Otrosi mandamos y tenemos por bien, que todos los Obispos y la otra clerezia, que den diezmo derechamente de todos sus heredamientos, y de todos los otros bienes, que han, que no son de su* glossa: In quantum per arg. à contrario sensu (quod validum est in iure. c. cũ Apostolica de his quæ fiunt à præla.) quo vult quod de bonis ecclesiarũ decimę nõ præstentur: quam difficultatem censuit Azeuedus 1 lib. tit. 5. d. l. 2. num. 11. sed male concludit eo quod indistincte dicit Episcopum & ecclesiam teneri ad solutionem decimarum de prædijs sitis in aliena parœchia, debuerat etenim distinguere, vt supra glossa ista ego distingui.

In .l.12.tit.20.p.1.in glo.2.

1 *Capiens feram in alieno fundo seu in aliena defensa inuito & vetante domino non efficitur capientis secundum glossam istam.*

2 *Summas tres glossæ nostræ conclusiones.*

3 *Capiens feras aut aues in alieno fundo inuito domino, licet domino cõpetat actio iniuriarum, tamen captura efficitur capientis contra glossam communis.*

4 *Capiens feras & volucres indefensa facit prædam suam, nisi fructus nemoris consistat in venatione, quia tunc efficitur dñi, & ibi de veritate.*

5 *Iudicis prohibitio potest impedire trãslationẽ dominij aliter se habet ista conclusio in prohibitione venationis.*

Prohibitio ne dominium ferarum vel auium transferatur in capientem per solum principem fieri potest.

Non tenetur ad restitutionem ferarum, aut auium captarum in defensa, vel prædio alieno venator, quia sunt in sua naturali libertate, & in nullius bonis limitatur, nisi prohibitio facta fuerit per principem, & fructus nemoris consistat in venatione.

16 *Lex 16. tit. 28. pa. 3. non impedit translationem domini, sed in pœnam disponet quod restituatur, captura domino prædij, & sic non tenetur in foro conscientiæ ad dictam restitutionem, donec sententia feratur.*

7 *Quando animalia & volucres dicantur esse in sua naturali libertate.*

8 *Aucupantes tempore prohibito iuste per familiam potestatis venatione expoliantur.*

9 *Opponitur difficultas contra communem dicentem dominium ferarum captarum in fundo alieno inuito domino transire ad capientes.*

10 *Casus in hac lege enumerati in eo æquiparãtur captutis in venatione pro hibita quod turpiter per omnes acquiritur, sed non quod æqualiter in omnibus prohibeatur dominij translatio in capientes, & ob hoc noluit ecclesia decimas ab eis recipere, quamuis dominiũ acquirant, vt in meretrice & hystrione videtur.*

11 *Actio datur domino fundi vel defensæ ad repetẽdas feras captas eo inuito.*

12 *Ecclesia odit decimas accipere ab illo qui modo illicito acquirit, quamuis dominium acquirat.*

Et hac de causa noluit recipere decimas de acquisitis in ludo, quæ acquirentis fiunt.

13 *Dominium non transfertur nisi per modos à iure ciuili inuentos ex titulo habili ad similem translationem.*

Quia licet possessio ex inutili contractu transfertur inordinate eam acquirens ten. tur ad restitutionem cum fructibus.

14 *In ludo etiam prohibito acquirentes non tenetur acquisita restituere frau de seclusa, & legibus ludi seruatis ante iudicis sententiam.*

15 *Contractus inter ludẽtes non est prohibitus propter se, vt cõtractus vsurarius & simoniacus.*

GLos.2.in verb. Capa Remittit se ad dicta infra in.l 16.quæ nunc est lex.17. titu.28 pa.3.vbi sequendo.d.l.17.& glos. in.§.feræ, in verb.ingrediatur, inst.de rerum diuisio. inquit, animalia capta in alieno prædio post prohibitionem domini, non efficiuntur capientium, sed dominorum, de spectis glosis contrarii m asse rentibus, in.l.diuus.ff.de seruitu. rustic. prædio.& in.l. 3.ff. de acquiren rerum domi. insuperque dicit, quod vbi tolerantur garenæ & defensæ, capiẽs in aliena garena, vel defensa, non facit capturã suam: nam & prohibitio iudicis impedit translationem dominij, multo fortius lex consuetudin: ria, secundum Ioannem Fabrum in. §.feræ, numero.2. & Cardina. Alexa.in capit, ius naturale. 1. distinct. colum.fin.

Glo-

3 Glo. nostra tria facit, in parte prima se quitur glos. in dict. §. feræ, & legē istam in secunda æquiparat prohibitioni speciali per dominum prædij factæ prohibitionem per consuetudinem factam, in defensis seu garenis: & sic quod neutro casu præda fiat capientis, in tertia reddit rationem.

3 Quod ad primam conclusionem dico, contrariam esse veriorem & communē, nempe quod quamuis venatori prohibitus sit ingressus prędij, nihilominus facit capturā suam, per glo. in l. diuus. ff. de seruit. rust. præd. & similem in l.3. ff. de acquiren. rerum domin. sed datur domino prohibenti, actio iniuriarum aduersus dicta prædia intrantes, eo inuito. l. iniuriarum. §. vltimo. ff. de iniurijs, licet vsurpa tum esse inquit Vlpianus, id est consuetudine obtentum, vt quis prohiberi possit ante ædes suas, vel porticum piscare. Et ideo dicit Ioan. de Ana. in cap. omnibus, de cleri. vena num. 4. consuetudine obtentum est, vt contra intrantem prædium meum me inuito, possim iniuriarum agere Et sic dixit Iul. Clar. in pract. fin. §. iniuria, num. 2. consuetudine obtentum est, licet ferus de iure, at supra dictā nostram conclusionem principalem, puta quod præda in fundo alieno efficiatur capientis etiam domino prohibente, dicit eam communem Angel. in dicto. §. feræ. & Rolan. à Valle consil. 9. num. 23. & ponit inter communes Emanuel Suarez. 2. tomo. commu. opinio. & eandem tenuit Martin. Azpilq. in summa, in cap. 17. num. 129. & Nicasius in dict. §. feræ. numer. 5. & 6.

4 Quoad secundam conclusionem nostræ glos. dicentem, quod vbi garenę seu defensę tolerantur, capiens animalia in garena seu defensa non facit sua. Contrariam dico esse sententiam veriorem per supradicta, & quia ipse dominus nullum ius habet ad feras: quamuis in sua sint defensa, sicut nec qui prohibet ingressum ad venandum, maius ius habet post prohibitionē ingressus quam antea, vtroque enim casu, illę feræ vel venationes in nullius sunt bonis: idcirco capientis efficiuntur, nec prohibitio domini, nec custodia defensæ, eum effectum operātur, q ea animalia, vel ipsius efficiātur, priusquam capiantur, vel postquam eo prohibente fuerint per alium capta, in ipsius domini non capientis dominium transeant: & hanc tanquam veriorem approbat Didac. Couarru. in regula, peccatum. 2. p. §. 8. nu. 9 in versi. quinto ab eadē conclusione, & hanc etiam approbat Ioann. à Medi. in Codi. de rebus resti. ca. 12. per totum. & Soto de iusti. & iur lib. 4 q. 6. art. 5. in foro animæ. Et ob hæc Didaco Couarr. vbi supra dicit, sibi non placere distinctionem Floria. in l. diuus. ff. de seruitu. rust. dicentis, aut fructus fundi consistit in venatione, & tunc si dominus prohibeat venatori ingressum, venatiōnis prędæ nō efficiuntur capientium. aut fructus nō cōsistit in venatione, & tunc venationes efficiuntur capientium: cum qua distinctione conciliat glossam, quam sequitur Iacobinus in tracta. de fœudis, in. §. & cum venationibus. & Chassa. in consue. Burg. in Rub. 13. §. 7. n. 8. & Felis in. §. omnes. II. distinctā. colum. fin. in tomo. 3. in fin. per text. in. l. item si fundi. in. §. aucupiorum. ff. de vsufruct. vbi probatur reditus venationis ad vsufructuarium fundi pertinere, & hanc refert inter communes Cacheran. secundo tomo commun. opinio. folio. 212. numero. 221.

5 Ad tertiam igitur partem glossæ deueniendo, in quantum pro fundamento suæ conclusionis adducit simile, dicendo quod sicut prohibitione iudicis, impeditur translatio dominij, multo fortius lege consuetudinaria, quæ conclusio fuit Ioan Fabr. in dict. §. feræ, num. 2. dicentis: quod si ad instantiam meam, iudex prohibuisset tibi ingressum fundi mei, ne ires venatum, tunc quæ ibi caperes, non efficientur tui capientis. Quem sequitur dictus Iacobinus de sancto Georgio in dict. tract. fœudo § & cum venationibus & Chassa. in consuetud. Burgū. in dict. Rubr. 13. §. 7. nume. 8. pag. 1477. & Clau. Canciu. in dict. §. feræ Quibus Didacus Couarru. in regula, peccatum, 2. pa. §. octauo, numero quarto opponitur, & sic dicit istorum doctrinam procedere in hunc sensum, vt possint venatores per dictos iudices captura expoliari, in pœnam criminis, neque prohibendo dictam venationem, impediūt dominij translationem, in primum feram, vel auem capientem, cum isthęc prohibitio, per solum principem, ex causa fieri potest, vt late expendit d. Couar.

dict.§.8.num.1.melius cæteris de ista materia loquentibus

Ex quibus infertur, venatores feras, vel volucres, aut alia animalia fera aucupates & venantes, quæ stant in sua naturali libertate, non teneri ad restitutionẽ in foro cõscientię, siue capiãtur in prędio alieno post dñi prohibitionem, siue in defensa, vel saltu, sepe circundato, vel circumcepto, siue post iudicis prohibitionem: siquidem captæ istæ feræ, nullius sunt ante capturam, nec ex ista venatione alicui aufertur, quod eius sit proprium, vel ei debitum, vt tenet Paulus de Castr. in. d. l. diuus. ff. de serui. rustic. & ibi Angel & in. §. feræ inst. de rerum diui. & Bart. in. l. 1. § omnia ff. de acquiren. rerum domin. & Felinus in d. c. omnes. ll. col. fin. in fine sui operis. & Ioan. à Medin. in codice de rebus resti. cap. 12. per totum. & Domi. à Soto de iust. & iu. lib. 4. quæst. 6. art. 5. & Didac. Conarru. dict. § 8. num. 5. & 14. & 15. Sed non ob hoc intendo discedere à distinctione Iacobini supra relata, nume 4. nec etiam ab ea discedit Couar. loco citato, quæ legitime fulcitur, eo quod dictæ defensæ quo ad venationem per principem sunt priuilegiatæ, & sic per legem priuatam prohibentem translationem dominij ferarum captarum in vito domino, quod fieri potest, vt ipse Couarru. testatur, vbi supra,
6 num 4. fol. 56. col. 3. in medio.

Nec huic conclusioni obstat. l. 17. tit. 28. pa. 3. qua cautum stat, vt capta in prędio alieno post domini prohibitionẽ, non capientis, sed ipsius domini efficiantur: nam per dictam legem non impeditur dominij translatio ferarum captarum in primum capientem, sed tantum sanxit, eas feras domino fundi restituendas, in pœnam vetiti ingressus. Vnde donec iudex, secundum eandem legem, per sententiam condemnauerit venatorem, ad restitutionẽ sententiaq; ipsa vires assumpserit, minime in cõscientiæ foro, venator tenebitur. Quam solutionem notauerunt Ioan. Medi. dict. capit 12. & Soto. d. quęst. 6. artic. 5 lib. 4. & Didac. Conart.
7 vbi sup. num. 6.

Et quoniam quasi tota quæstio pendet, ex eo quod dicta animalia, siue sint in prædio, siue in defensa circumcepta, dicuntur esse in sua naturali libertate: ideo in specie censui vtile esse exponere, quæ dicantur extare in dicta naturali libertate Et tunc dicitur aliquid esse in sua naturali libertate, quando impossibilis, vel difficilis est eius persecutio, vel apprehensio, considerata natura animalis, quia scilicet volat, vel velociter currit. Et hinc procedit distinctio quã ponit. l. 3 in. §. item feras. ff. de acquiren. possess. quo in loco iurisconsultus Paulus respõdit, animalia inclusa viuarijs & columbarijs priuatis, pisces item in piscina cõgregatos, à domino fundi possideri, non sic pisces inclusos in stagnis, nec feras in saltibus circumceptis degentes, & euagantes, vt notauit Nicasius in. d. §. ferę. n. 7.

8 Ex quibus deducitur, iure familiam potestatis, venatores tempore, vel loco prohibito venantes, captura eos posse expoliare in vtroque foro: per ea quæ dixi supra num. 5. quamuis pœna ista non sit imposita, per. ll sitas. in titul. 8. *De la caça y pesca* lib. 7. recopil. nec in legibus harum partitarum.

9 Prædictæ tamen communi conclusioni asserenti feras captas, etiam post prohibitionem domini fundi, vel in defensæ alterius, effici capientis, & ad eum trãsire dominium earum, obstat fortiter lex ista in illis verbis. *Assi como los que ganan de guerra non derecha, o de caça defendida, o de robo o de furto, &c.* In quantum æquiparat acquisita per venationem prohibitam, acquisitis ex bello iniusto, & furto, vel rapina, quorum dominium ad capientes minime transit, cap. ius gentium 1. dist. l. hostes & l. si quid in bello ff de capti. & post limi. reuer. l. naturalẽ, §. vltimo ff. de acquiren. rerum domi. Iason in. l 1 num. 8. in prin. ff. de acquiren. possessio. §. furtiuæ insti. de vsu capio. l. in ciuile. C de furt. & de æquiparatis idẽ est iudicium, glo. magistralis, in. l. si quis seruo. C de furt, glo in. l. quod vero contra ff. de legibus. glo. in cap. si postquam. §. fi. de electio in. 6. ergo videtur concludendum esse de iure partitarum, contra dictam conclusionem nostratum, quos miror huic difficultati non satisfecisse.

10 Cui ego tripliciter respondeo, quod casus enumerati in hac lege, licet quoad hunc effectum, vt ne ab eorum lucris decimæ accipiantur, æquiparantur ex quadam generali ratione, scilicet quia per omnes turpiter acquiritur: non tamen in eo æquiparantur, quod sicut in furto, in

rapi-

rapina, in bello iniusto, minime acquiritur dominium rerum captarum: sic in acquisitis, ex venatione prohibita sit: nam meretrix ex causa turpi recipit, & lucratur, & tamē suum facit quod recipit. l. 4. § sed, &. ff. de condit. obturpem, & ibi DD. & nihilominus Hystrio turpiter acquirit, & sua facit, quę ex arte vel officio acquirit, & sic est in casu, de quo thema nostrum est: nam cum interdicitur venatio, non prohibetur acquisitio ferarum, vt manet dictum, sed vsum venationis, vel ingressus in prędium alienum: & ideo quod dictæ capturę acquisitæ sunt, ex exercitio prohibito, quamuis accipiētis fiant, ecclesia recipere nolit decimas de illis: vel secundo responderi potest, alia ratione: lex nostra vult, quod decimę personales, de quibus in pręsenti loquimur, reddātur tantum de illis rebus, quorū dominium, ita in acquirentem transit, quod primo possessori nullum ius competat, ad repetendū eas: vt notauit Hostien. in summa in titul. de decimis, nu 12. in princip. & glos in cap. ex transmissa. de decimis, & ibi Abb. nu. 3 qui in proprijs terminis casus nostri loquitur.

11 Sed in casu nostro proposito, vt supr. num. 6. dixi, actio datur domino fundi, qui venationem prohibet, vel domino defensę, ad repetendas feras captas: & ipse venator condemnatus ex d. l 17. titu. 28. par 3. tenetur restituere capta: ideo ecclesia tenuit recipere decimas ex aucupio prohibito, tanquā restitutioni obnoxio, vt lex nostra testatur.

12 Vel aliter, & tertio responderi potest: quod quamuis acquirens faciat suum acquisitum: si tamen sit cum peccato ecclesia nolit ab eo decimas accipere, ne peccatū videatur approbare: vt notat Host. in summ. de decim. d. num. 12. in medio, & Abb. in. d. c. ex transmissa. num. 3. ob quod dixit gl. in c. non est putanda 1 q 1. cum glo. in d. c. ex transmissa quod oblationes non sunt recipiendæ à meretricibus, licet eleemosynæ sic, & Thom. 2. 2. q. 86. ar. 6 & habemus relatum per Dida. Perez in. l. 1. tit. 5. lib. 1. ordin. col 209. & per Azeued in. l. 2. tit. 1. lib. 1. recopila. in reg. 106. & hac de causa, lex ista prouidit, ne decimę præstētur, ex dicta venatione prohibita. quia acquiritur cū peccato, propter transgressionē præcepti: vt concludūt Medi. d. c. 12. & Dom. Sot. d. li. 4. q. 6. art. 5. & Didac. Couarr. d. reg. peccatum 2. part. § 8. num. 4. Ex hac etiam ratione, prohibetur præstatio decimarum, de acquisitis in ludo alearum, non autē ex eo, quod victor in ludo non faciat in eo lucrata sua: vt tenet Abb. in c. clerici el. 1. de vita & honesta. cleric. num. 13. & 14. quam sententiam sequutus est dissertissimus domin. Franc. Sarmien. Episcopus Mentisen. lib 1. Select. cap. 11 num. 3. refragans sententiæ Dida. Couar. in regul. peccatum. 2. par §. 4. numer. 1. asserenti. ex eo in ludo, lucrantem non teneri ad restitutionem, imo eiusdē fieri, quod conuentione præcedente, inter ludentes pactum est, vt cui alea hoc vel illo modo contigerit, alter teneatur appositam pecuniam reddere: cū acquisitū pacto vel contracto, non sit necessario restituendū l. 1 §. si côuenerit. ff. de posti; c. 1. de pact. Ratio autem qua hanc conclusionē Couarru. impugnat, d. dominus Episcopus Mentisen. ea est: quia non qui libere potest donare, potest ex reprobata, & iniusta causa aliquid dare, vel promittere: vt in contractu vsurario, & alijs quos ipse refert: sed cum causa ludi iniqua, & iniusta iudicetur, aliam causam quærendam esse dicit. ad hoc vt qui per ludum prohibitum aliquid acquisierit, non teneatur ad restitutionem.

Confirmatur domin. Franc. Sarmient. sententia, alia ratione: scilicet, quod dominium non transfertur, nisi per modos â iure ciuili inuentos, & dispositos, & ex titulo habili ad similem translationē, secundum congesta per Anto. Gomez. in l. 45. Taur. num. 5. & 7. sed causa acquirēdi dominium in re lucrata, ludo prohibito, est à iure reprobata, per text. in. l. 1. ff. de aleæ vsu & aleato, & in auth. alearum vsus. C. de religio & sumpti. funer. & in cap. clerici. el. 1. de vita & honest. cleri. l. 2. tit. 7. lib. 8. recopil. ergo cum dominiū per sopradicta de iure transferri non potest, capiendo alterius pecuniam qui vincit, tenetur ad restitutionem, quia licet possessio ex inutili contractu transferatur, modo res vere tradita sit. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess & ibi per DD. & in. l quod vxor. in eod. titul. & tetigit d. Gomez in. d. l. 45 num. 23 & 25. & Matien. in l. 3. tit. 10. glo 8. num. 4. in lib 5. recopil. tamen nihilominus in possessionem missus inordinate tenetur ad resti-

restitutionem, nec rem, nec fructus facit suos, secundum Inno.in.c. consultationi bus.de iure patro.glo.Bar.Alex.in.l.sed si lege in §.scire.ff.de petitio.hæredi. Lu douic.Rom.consi.454.nu.26. Felin.in.c. ecclesia,num.26.de consti.Iaf.in.l.iuste possidet.ff.de acquiren.possess. Panorm. in cap.cum causa.de offi.deleg. Matien. in.d l.3.glos.10.nu.5. ergo non releuabit dictum victorem, à restitutione lucratorum, quamuis possessionem eorum apprehenderit.

14 His vero non obstantibus, in contrarium est veritas & magis communis opinio. Imò quod acquisita ex ludo prohibito, acquirentes non teneantur ea restituere in foro conscientiæ, dummodo absit fraus, legesq; ludi seruētur, habeantq; ludentes administrationem liberam rerum, quas in ludi conuentione deduxere: quam conclusionem affirmat Dinus Thomas.2.2.q.32.art.7.& ibi Caieta. & Ioan.Maior.in.4.senten.distin.15. q. 13. & Paluda.ibi.q.3.art.5.Ioan Medina, de rest.q.22.Alfonsus à Castro lib.2. de potestat.legis pœna, cap.2. Corollario.3. & Domin.a Soto.lib.4.de iust. & iure. q.5. art.2.dicentes, quod ideo aliquid lucrans in ludo, non tenetur ad restitutionem ante iudicis sententiam, quia dominium acquisiuit, quos sequitur Dida. Couarr. in reg.peccatum.2. par. §.4.num.1.2.& 3. & Alcocer qui bene loquutus est, in tractat.de Ludo.c.18.vbi examinat.l.a.tit.7 lib.8.Recopila. & dicit eam non impedire dominij translationem. Et istam etiā sententiam amplectitur Martin. Azpil. Nauarr.in summa.c.19.num.9.& de iure cōmuni hanc sententiam sequitur Iasso. in.l.iurisgentium.§.prætor ait. num. 4. ff.de pactis, & idem in.l.singularia.ff.de rebus credi. si certum peta: & eam dicit communem Bonacossa.1.tomo. fol.434. num.14.& fol 131.col.2.& hæc est tenenda: quicquid in cōtrarium dixerit Auendañ.de exequend. manda.1.par.c.9.n.4. de bellissimis fundamentis.

15 Et ad dictum domini Franc.Sarmi.responderi potest, quod cōtractus initus inter ludentes, non est ex propria vi & natura, iure naturali diuino vel humano illicitus, neque acquisitio ex ludo iure prohibetur, ratione iniquæ receptionis, sed quia solent plura vicia in ludi exercitio contingere, ob eius varias circunstantias,

Et sic domini Fran. argumentum parum vrget, cum dictus contractus inter ludentes non sit prohibitus propter se, vt est prohibitus contractus vsurarius, & simoniacus, & alij quos ipse refert, cui solutioni adstipulantur, fundamenta Nauarr. in summa.d c.19.num 9.& in hac sententia fuit Syl.in summa.in verb.ludus. nu.12. & glossa nostra infra, in.l.10. titul. 23. ista par.

Titulus. 21. Del pegujar de los Clerigos.

In.l.5.tit.21.par.1.in glo.1.

1 Clericus testari potest de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, & etiam ad ea acquirenda veniunt hæredes ab intestato hac lege correcta.



1 Glos 1 & aliæ sequentes trāseunt cum lege ista dispo nente, vt in bonis clerici defuncti, quę intuitu ecclesię acquisiuit, siue ab in testato, siue ex testamēto, ecclesia suceedet, in alijs bonis vero consanguinei.vel hęredes scripti: hodie vero.l.ista, & supra proxima sunt correctę per.l.fin.tit.8.lib 5 recop. vbi disponitur quod in clericorum bonis, etiam acquisitis intuitu ecclesiæ, ex testamento, & ab intestato, succedant hæredes, quę se fundat in antiqua consuetudine: sed quia de isto articulo satis dixi supra in.l.4.titul.5.ista part.ideo nunc supersedeam.

Titulus.22.De las procuraciones, y censos.

In.l.2.ti.22.par.1.in glo.2.

1 Procuratio seu charitatiuum subsidium bis in anno non est exigendum, nec valet consuetudo quod vltra taxam aliquid exigatur.

Consue-

2 Consuetudine immemoriali induci potest, vt vltra taxam exigatur procuratio, quia dicta consuetudo inueterata habet vim priuilegij, & vim legis, & habet potestatem, quã habet imperator, habet vim seruitutis, habet vim pacti, & habet vim publici instrumenti in capace.

3 Præscriptio immemorialis quo spatio temporis circunscribatur in quo variæ opiniones referuntur, & concluditur quod de iure Regni circunscribitur spatio.40. annorum cum despositione auditus.

1 GLos 2. in verb. *Costumbre vsada* Concludit cum tex. quod procuratio, seu charitatiuum subsidium, bis in anno non est prestanda: vt habetur per Henric. Bnic. in cap. cum Apostolus, eod tit. n.5. &.6. & per Marian Socin in tract. de visitatio. libello 12. num. 72. & 73 sed dubitatur, an sicut cũsuetudine prescripta induci potest, quod bis in anno præstetur dicta procuratio, seu charitatiuum subsidium, ita induci poterit, quod prestetur vltra taxam, positam in exttauagante incipiente, vas electionis de censi. inter cõmunes: & in hoc tegularitet dicitur, charitatiuum subsidium exigi non posse, vltra dictam taxam, nec valere contrariam consuetudirem; quam tegulam constituit Barthol. de Bellencinis in tractat. de charit. subsid. q.62 & glos. in d. extrauagante in. § premissis, in verb. vel consuetudine, & tex. cum glos. in cap. dilecti. de maiorit. & obedientia Dueñas reg. 90.

2 Fallit dicta regula, quando consuetudo est antiqua, & tanti temporis, quod eius initij memoria non existit in cõtrarium: quia talis consuetudo inueterata, habet vim priuilegij à Principe cõcessi, cap. super quibusdã. §. præterea de verb. signific. l. ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & acquirit dominium directum, habet vim legis. l.1. §. fi. ibi vetustatem vim legis obtinere, & in l. in summa, ibi vetustas semper pro lege habetur. ff. de aqua pluuia. arcen habetur que pro veritate: habet eandem potestatem, quam habet imperator, habet vim seruitutis, habet vim pacti, habet vim publici instrumenti, vt bene congerit Ant. Gabriel. 3. tom. cõmuni opinio. fol. 299. num. 63. vimq, etiam habet constituti.

Quę conclusiones limitantur, in capace iuris præscripti: secus in incapace, vt notauit Hippolyt. in singul. 80. & Petr. Rebuf. in tract. de decim. q.13. nu. 68 Feli. in cap. accidentes, num. 6. & in c. causam quę de pręs. & ibi Abb.

3 Sed pro intellectu supradictę fallentiæ quęro, quod dicatur spacium tanti temporis, cuius initij memoria non existit in contrarium: & Bartho. Cephol. in tract. de seruit. vrbano pręd. cap. 19. numer. 5. dicit, quod dicatur spacium centum annorum, & Rebuf. in tract. de decim. dict. q.13. num. 94. & Bertach. in suo reperto. in verb. pręscriptio, el. 2. col. 4. Chassa. in consuetud Burgundię Rub. 1 § 2. num 8. fol. 26. quæ sententia fuit Cyn. in. l. 2. C. de seruit. & aqua. num. 9. q. 9. quos sequitur Dueñas d. reg. 90. nu. 1. in fin.

Contrarium asserit Fehn. in cap. ad audientiam, de præs. nu. 27. & alij quos ipse citat: cuius sententiam defendit Didac. Couar. in reg possessor. 2 par. §. 3 num. 6. fol. 31. in parua impressione assignãs differẽtiam inter pręscriptionẽ immemorialem, quæ est illa cuius initij memoria in contrarium non existit, & centenariam: & prima differetia est, vt in præscriptione contra Romanam ecclesiam, & in quadragenaria contra priuatam, si pręscribẽti ius resistit, tunc titulus sit ad præscribendum necessarius, in immemoriali vero, minime titulus, exigatur teiecta opinione. Card. in cap. si diligẽti, de præscri. & Aymonis Crauet. de antiquit. tempo. & sequendo Matth. de Afflict in constit. Neapol. Rub. 8. c. 1 notab. 6.

Secunda differentia versatur in probatione, vt habetur per glo in cap. 1. de pręscript in. 6 quam DD. ibi sequũtur, & de ista forma habetur in. l. 41. Tauri, quæ in probando rem aliquam maioratus esse, eam pro forma dat, & etiam eam describit Didac Couar. vbi supra, nu 7.

Et quamuis multum vigeat Ant. Gabriel sentẽtia. 3. tertio cõn. un. opinio, folio. 299. num. 71. referendo quam plures Doctores tenentes, quod tempus immemo-

moriale censetur tempus centum annorum, & alios asserentes, quod præscriptio immemorialis sit maior præscriptione centenaria, & etiam alios in tertiam euntes sententiam, nempè vt præscriptio immemorialis, sit minoris temporis, quam præscriptio centenaria: vt tenet Feli. in d.c.ad audientiã.5.limitatione, & Alex. cons.208.vol.2 & Chassa.cons.54.n.14. vbi tenuit, quod post quadraginta annos dicatur tempus esse immemoriale: & tãdem d Gabriel.vbi supra, concludit primam sentẽtiam sequendã esse tanquam magis cõmuniter approbatam.

De iure tamen Regni, magis approbata, & recepta est opinio Chassa. in dict. cons.54.num.14.cum per d.l.41. disponitur, quod ad minus testis disponat se vidisse per tẽpus quadraginta annorũ, & à suis maioribus audiuisse, dicentibus se ita etiam vidisse & audiuisse: & sic ista immemorialis, vltra spatium quadraginta annorum, nulla temporis meta circunscribitur: poterit enim probari seruata forma d.l 41.intra cẽtum annos, & vltra: vt etiam notauit Lapus in cap.1.de pręs. in.6.& ibidem Domin.& Philip. Franc. & Aymon Sauellia.in tr. ct.de antiquit. tempo.4 p.cap.absolutis num.13. Chass. in consuetud.Burg.Rub.1.§ 2.num.8, & idem in Rub.13.§.2 ad finem, & hanc dicit frequentiori suffragatio receptã esse Couar.in d.reg.possessor.2. p. §.3, nu.6. versic.hinc falsum est.

Titulus. 23. Delas fiestas y ayunos.

In.l.4. tit.23.par.1.in gl. 5.

1 *Semel in die ieiunij comedendum limitatur vbi consuetudo viget, vt collatio serotina fiat etiem cum fructibus.*



Glos 3.in ver. *Enomas* Vbi per tex.in præsenti concludit, se-
1 mel in die ieiunij comedendum, per multa quæ ibi adducit. Quę conclusio limitatur in terris, in quibus est consuetudo, vt serotina collatio fiat: quamuis fiat ex sensualitate, & ratione famis sedandæ, secundum mentẽ Panormit.in Rub.de obseruatio.ieiunij: quem Sylu.sequitur in summa, in verb. ieiunium, num.10.siue collatio fiat cũ solo pane, siue cum pane & fructibus, & si non fiat, vt ne noceat, sed ad aliquam sustentationem naturę. Vt refert Panorm. in d.Rub.& Caietan.in summa, in verb. ieiunium, & melius in.2.2.q.147.artic.6. Idemque asserit.Martin. Azpil. Nauarr. in summa, in cap.21.num.12. & Medina. de ieiunio in c.de consuetudine fol.141. col.2.litera.D. dum non fiãt in fraudem ieiunij, & ita repleri, & saturati remaneãt, sicut in prandio.

1 *Iuris remißio.seu dispensatio non extenditur vltra causam, & sic causæ exigentia est attendenda, & sic pluries comedere si id causa exigat, secus aut si tantum infirmitas exigat carnis comestionem debet in reliquo ieiunare, secundũ Medinã, cui nõ assedeo.*

2 *An toties quis mortaliter peccet ieiunium frangendo quoties soluit in die comedendo.*

Finis præcepti ieiunij est, vt carnis petulantia, & luxuria refrenetur, & vitia comprimantur.

3 *Finis præcepti non est sub pręcepto & quoties quis ex contemptu ieiunium frangit toties peccat mortaliter in d.e.*

4 *Ratio differentiæ aßignatur quare quoties quis in die ieiunium frangens non toties peccat cessante contemptu, & carnibus vescens sic.*

GLos.4.in verbo. *Huenos, leche, queso.* Dupliciter cõcludit, scilicet: quod si quis
1 carnibus vescatur in ieiunio indicto, soluit ieiunium, & idem si plusquam semel in die comedat. Circa primam conclusionem, Medina in codice de ieiunio, in cap.de his qui ad ecclesiastica ieiunia tenentur in liter.F. fo.142. Mouet quæstionem: an qui ex aliqua causa poterit car-

nes

nes edere, ita videatur ad totum dispensationē habere, vt in die posit duas, vel plures vices comedere, & cōcludit: quod iuris remissio, seu dispensatio, hoc in casu, non extenditur vltra causam. Et sic causæ exigentia est attendenda, vt si infirmitas sit talis, quæ exigat infirmū bis, aut ter in die comedere, non tamen caussa illa exigat, vt carnes comedat, poterit quidem pluries comedere, non tamē carnibus vti: autècontra si infirmitas talis sit quę vsum carnium exigat, & nō pluribus refectionibus, poterit carnibus semel vti, nō tamē pluries comedere, quæ distinctio mihi subtilis videtur, tādē ab eo discedo, eo quod carnibus ob necessitatem vescens, vtcunq; sit formam ieiunij demit, & sic non erit ieiunium, neque vt tale obligabit.

2 Circa secundam conclusionem, addo aliam quæstionem, an qui semel soluit ieiunium in die, si pluries postea eodē die comedat, toties peccet mortaliter. Et Syluest. in verb. ieiunium, num 22. resoluit: quod toties peccat mortaliter, quoties ex contemptu comedit Alias dicit, quod semel peccat soluendo ieiunium. Medina tamen in dict. tract. de ieiu. in cap. de numero refectionum fol 137. litera. B. distinguēdo inquit, aut ecclesia intendit obligare ad mortale ex omnibus refectionibus, aut ex prima, & si de voluntate cōstat nō opus est coniecturis, c. fin. ff. verbor. signific. aut dubitatur, & tunc dicit: magis verisimile esse, ecclesiam velle obligare ad mortale, ex omnibus refectionibus: quod magis apparet, ex fine præcepti qui fuit, vt carnis petulantia, & luxuria refrenetur, mens ad cœlestia erigatur, vitia comprimantur, & sic quoties edimus contra finem præcepti facimus.

3 Cuius distinctioni ego dupliciter oppono. In quantum dicit, quod in casu dubio sit verisimile ecclesiam velle obligare ad morrale, soluentem ieiuniū, ex omnibus refectionibus in eodem die factis. Et primo oppono de tex. in cap pœnæ. de pœni dist. 1 & de. l. interpretatione. ff. de pœnis dicētibus, quod lex pœnalis est restringenda. Sed lex ieiunij, in quātum transgressori pœnam æternam infligit, pœnalis est, & sic restringenda.

Et ad argumentum de fine pręcepti oppono, quod finis pręcepti non cadit sub pręcepto: vt habetur per sanct. Tho. 1. 2. q. 1 o. art. 9. & sic magis vera videtur opinio Dura. in. 4. dist. 15. in casu dubio dicē tis, quod soluens ieiunium pluries in die vnum tantum peccatum facit, nisi ex nouo contemptu, secundo vel tertio comedat. Quem sequitur Angel. de Claua. in summa, in verb. ieiunium nu. 22. vbi istā dicit cōmunem, & eandem sequutus est Syln. in verb. ieiunium, num 22 & Mart. Azpil. in sua summa, cap 21 num. 25 eandem affirmat contra dict. Ioann. Medin. licet verum sit quod in die ieiunij carnes edens, mortaliter peccet toties quoties eas comederit, rationem autem differentiæ non asignant supradicti Doctores.

4 Posuit eam tamen Cardin. sancti Xisti in 2. 2. q 147. arti. 8. dicens: Tres sunt partes negatiuæ ieiunij, scilicet, nō vesci carnibus, non comedere plusquam semel in die, & non comedere ante horam consuetam. Sed quod nō eodem modo se habeant, ad ieiunium istæ negationes: quia duę vltimæ cadunt sub præcepto ieiunij, vt partes vel quasi partes constituti ieiunij prima autem pars, quæ habet carnibus non vesci, cadit sub præcepto absoluté, durante tempore ieiunij: & proptea comedens carnes, vel alios prohibitos cibos, in die prohibito, toties de nouo mortaliter peccat, iuxta regulam pręceptorum negatiuorum: sed non comedere plusquam semel, nec multiplicare comestiones non cadit sub præcepto absolutè, sed vt requiritur ad ieiuniū: prout latius ibi habetur, quę breuitatis gratia omitto: & cum istis remanēt nostrę glossę cōnclusiones, magis elucidatæ.

In.l.10.tit.23.pa.1.in glo.6.

1 *Non tenetur ad restitutionem quis illarum rerum, quæ in ludo acquisiuit.*

GLos. 6. in verb. *Señorio*. In finalibus verbis remissiuè tenet, quod de acquisitis in ludo, non tenetur lucrans ad restitutionem: quę conclusio cōmuniter approbatur, vt late manet dictum in. l. 12. tit. 20. supra ista par.

In.l.12 tit.23.p.1.in glo.5.

1 *Mulier non potest eleemosynam dare etiam de fructibus paraphernalium*

lium de iure Regni, neque contractus facere sine viri licentia, quamuis sit pro eius anima, & pro redemptione peccatorum, quia fructus parapherna lium, & dotalium sunt viri.

2 Pauper eleemosynam recipiens à muliere nupta sine licentia viri etiam de paraphernalibus, vel aliunde quæsitis tenetur restituere ea viro quando venerit ad pinguiorem fortunam quicquid dixerit Domin. à Soto.

3 Refellitur sententia Tiraquel. dicentis posse qui cum muliere contraxit sine licentia viri rem acquisitam in vtroque foro retinere, quia dictus contractus est nullus ipso iure in vtroque foro, & licentia viri est de substantia actus.

Quando lex resistit actui præcipiendo, ne fiat dirigendo præceptum ad personas ne contrahant, tunc non valet contractus, nec oritur obligatio ciuilis vel naturalis.

4 Mulieri non licet dictos contractus celebrare sine licentia viri, etiam in testamento, nec etiam possessionem tradere, quamuis contractus non dicatur.

Ex nullo contractu possessio transfertur, & retinens tenetur eam restituere cum fructibus.

1 GLos. 5. in verbo. *Apartadamente.* Licet bacilet, tandem concludit, quod mulier sine licentia viri, non potest eleemosynam dare, de paraphernalibus, vel alijs rebus proprijs. Idem censuit glossa ista infr. in. l. 6. tit. 11.. part. 6. in glos 4. col. 5. q. 5. in medio, vbi dicit: fructus bonorum paraphernalium esse viri, sicut fructus dotis: eandem affirmat esse verã Didac. Couar. in. 4. par. 2. c. 7. §. 1. nu. 2. & sic mulier prohibetur eos donare, constante matrimonio, vt cæteros contractus facere sine licentia viri: de quo extat dispositũ in. l. 2. tit. 3. lib. 4. recopil. & habetur per Didac. Castellum in. l. 55. Tauri. & Montal. in. l. 13. tit. 20. lib. 3. & in. l. fin. titu. 11. lib. 1. fori. & Roderic. Xuar. in l. 13. tit. 20. lib. 3 ordin. num 1. fol. 112. vbi dicit: quod d. l. 55. Tauri fuit facta in fauorem viri, & eo mulier in eius damnum nullum cõtractum potest facere, quamuis sit pro anima, & redemptione peccatorũ: cui subscribit Couar. vbi supra addens, quod maritus facit fructus rerum, quę bona paraphernalia appellamus suos, modo sint industriales, modo naturales, per. l. fi. C. de pactis conuen. addens de voluntate vxoris. Quæ limitatio de iure codicis procedebat, per verba text. in d. l. fin. dicentia: pecunias autem sortis quas exegerit, seruare mulieri, vel in causas, ad quas ipsa voluerit, distribuere: quę limitatio hodie cessat, de iure Regni, & etiã quęstio, scilicet, an fructus paraphernalium fiant viri, de quo per gl. in. l. vbi adhuc. C. de iure doci. & Bal. ibi, & in. l. 2. C. de fruct. & lici. expen. & Bart. in. l penul. ff. ad leg. falci. & Dec. in consl. 521. & Alex. d. l. pen. quia fructus omnes dotalium, seu paraphernalium sunt viri, per. l. 3. tit. 2 & l. fin. tit. 3. lib. 3. fori. quæ. ll. hodie sunt sitę in. l. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. & per eas dixit Rode. Xuar. in tit. *De las ganancias,* num. 63. sublatam esse dictam quęstionẽ, cui subscribit Anton. Gomez. in. l. 51. Tauri, nu. 71. & Matien in d. l. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. in glos 1. num. 5.

Ex quibus plane confirmatur, conclusio glossę nostrę dicentis, mulierem sine licentia viri non posse eleemosynam dare, etiã de bonis paraphernalibus. Vt in terminis tenuit Roderic. Xuar. in d. l 13. tit. 20. lib. 3. ordin. nu. 1. fol. 112. & Cifuentes in. d. l. 55. Tauri, & Ioann. de Palac. Rubius in rep. Rub. §. 48. nu. 4. fol. 28.

Nec huic conclusioni obstat, quod san. Tho. contrarium asseruerit. 2. 2 q. 32. ar. 8. dicens: quod si vxor habeat alias res, prę ter dotem, quę ordinatur ad sustentandum onera matrimonij: vel ex proprio lucro, vel quocunq; modo alio licito. poterit eleemosynam facere, etiam irrequisito assensu mariti, moderatãs tamen, ne ex eorum superfluitate, vir depauperetur. Eandem sententiam asseruit Hostie.

in

in.§.quibus,& qualiter in summa,de pęni.& remissio.nu. 61.in annoratione incipiente,quid de facientibus eleemosynam,in versicul.quid de vxori,vbi dicit. Si habet res paraphernales, idest, proprias pręter dotem, potest,& debet inde facere eleemosynam : quę etiam fuit opinio Bar.in.l.1 ff.rerum annota.& in.l.si.sponsus.ff.de donatio inter virũ & vxo. & glos.in cap.manifestum.33.quæstio.5. & Anton in summa sua.3.p.titul.1.c.24.§.17.& Chassa.in consuetud. Burgund. Rub.1.num.34. &.35.colum.188. Ioan. And.& Anton.& Abb.in cap.si quis propter necessitatem,de furtis.quorum sententiam amplectitur Nauarr. in summa, in cap.17.ã numer.154. Sed limitat eam Hispaniæ,vbi per ll.supradictas Regni, omnia bona mariti & vxoris, quoad administrationem ; & fructum dispensationem, mariti arbitrio & ordinationi subsunt. Istam etiam sententiam sequutus est Ioann.à Medina, codice de eleemosyna, cap.de quibus bonis fit eleemosyna facienda, in.§.ex dictis, fol.153. in litera.H.nisi quantitas sit parua, vel verisimiliter credat,quod ratum habebit maritus, vel patrię consuetudo excuset mulierem: qualis vt puto est, in dando pane,aut aliquid quod ex refectione superfit: & ita concludendum de iure nostro, per dictas.ll.Regni, quicquid dixerit sanct.Thom.vbi supra,& alij eius sequaces: quorum autoritate, quę ingens est, credo posse decipi multos Theologos dictarum legum Regni inscios.

2 Ex quibus deducitur,quod pauper etiã existente necessitate extrema, recipiens eleemosynam magnę summæ à muliere nupta, sine viri licentia, etiam si dederit de fructibus paraphernalium, vel aliunde de sua industria quęsitis, tenebitur ad restitutionem viro, si ad pinguiorem peruenerit fortunã. Vt testantur Ioan. And. & Anton.de Butr.& Abb.in cap.si quis propter necessitatẽ,de furt.asserentes secundum vnam lecturam, text.qui in extrema necessitate aliquid furatur, teneri ad restitutionem, ad pinguiorem deueniendo fortunam. Et istam partem dixit esse magisturam Sylu.in summa,in verbo,restitutio,el.5.num.2.& eam sequitur Ioan.à Medina,in codice de rebus restit. quæstio.3.colum.3.in versic.tertio. Quia indigens, inopia pressus, alienum occupando, non acquirit in re sic occupata maius ius, aut dominium, quam dominus ipsius rei,tenebatur in ipsum trãsferre. Sed dominus in tali casu,non tenetur rem in inopem donando transferre, cum obligationi qua tenetur inopi, in tali necessitate subuenire,satisfaciat,si mutuet illi ea quibus indiget. Et sic intelligendus est text.in capit.sicut hi. 47. distinctio.& glos.in dict.capit.si quis propter necessitatem,de furt.& glos. in.l.2. ff. ad leg. Roderic. de iact. in.§. cum eadem, vt testatur Nauar.noster in summa, cap.17.num.60.cui nõ placuit distinctio Domin.à Soto,in lib.5.de iustit. & iure, quæstio.7.articul.1 vbi distinguit, an sit res consumpta tempore necessitatis, vel non, & an habeat alibi bona vel omnino indigeat.

3 Nec huic meæ illationi obstabit conclusio Tiraquel.post.ll cõnubia in glo.2. num 21.dicentis,posse eum qui cum vxore absque viri licentia contraxit,rem acquisitam ex dicto contractu,licite in foro conscientiæ retinere. Quam conclusionem etiam tenuit Domin.à Sot.lib.4. de iustit.& iure.quęstio.7.articul.1. quia omnis contractus celebratus cum muliere nupta, sine licentia viri, aut iudicis in absentia viri, ipso iure est nullus,per d. l.2.titul 3.lib.5.recopila. tam in foro exteriore quam interiori: vt habetur per d. Roderic.Xuarez in dict.l.1 tit.20. lib.3. fori.num.36.& Didac. Couarr.in.regul. peccatum.2.part.relect §.3 num. fin. dicentẽ, lex iusta,quę principaliter non se fundat in præsumptione, quemadmodũ in exteriori iudicio, ita seruanda est in foro animæ, etiam si constet,nullam subesse in actu contractus fraudem : qui refellit dictam sententiam Tiraquelli, & Dominici Soto: & huic sententię Dida. Couarru. adstipulatur Ioann. de Palac. Rubi.in dict.l.55.Tauri, numer.17.vbi dixit: quod licentia viri in contractibus mulieris, per eandem legem, est de substantia actus, vnde ea omissa contractus est nullus,per text.in cap 1. de baptis. & Bald.in.l.cõparationes.C.de fide instru. column.2. nu. 8 itẽ dicit, hoc tene licet Bald.in.l.ad exactionem, numer.3.C.de dotis promissio. contarrium teneat, & ista Bald.contrarietas, si talis dici potest in hoc consistit,quod ipse in dict.l comparationes, num8. dicit, quod in instrumentorum

mentorum confectione, est de substantia cōtractus, quod opponatur locus vbi instrumētum cōficitur, & in dict.l. ad exactionē dicit, quod solennitas extrinseca, vt est autoritas tutoris, & præsentia propinqoorum, vbi per statutum, si secus fieret contractus anullatur, non sunt de sobstantia actus: & ita naturalis obligatio oritur, ex tali contractu, qoamuis dicta solennitas extrinseca nō ioteruenia. Cuius sententię noo inbærendum est, vt bene defendit Bart. in.l. cum lex.ff. de fideiusso. à nu.4. cum sequentibos dicens: quod quaodo lex resistit actui, pręcipiendo ne fiat, dirigendo præceptum ad personas ne cootrahant, vel ad vnam: tunc non valet, nec oritur obligatio ciuilis, nec naturalis. Vt in statuto prohibente mulieribus, vel minoribus alienationem: vt ipse etiam Bart. notauit, cons 437: & in l.1.ff. de nouatio, quamuis contrariū affectat Ioan. de Imol. in cap. cum contingat, memb.8. de iureiurao. & forsao his fundamentis & alijs motus Micha. Cifueta. in dict.l.55. Tauri, fatetur licentiam viri esse de sultantia actus, in cōtractibus mulierū. Ex quibus firma manet nostra conclusio, quod recipiens aliquid à muliere viro inuito, ipsaque iliceotiata, tenebitur ad restitutionem viro, si bona habuerit vnde soluat, vel cum venerit ad pinguiorem fortunam, cum limitationibus relatis per sanct. Thom. 2.2.q.62. artic. vlti. & ibi eius Additiooator, & per Sotum de iustit. & iur. lib.4.q.7. art.1. & Medio. in codice de rebus restit. q.3. & Nauarr. in summa, cap.17. num.154. & Didac. Couar. in reg. peccatum in.1. part. in ioitio, num.1. & .2.

4 Sed cum contractus fieri potest in testamento. l. heredes palā §. fin. ff. de heredinst. & ibi. dd. an ita in eo, inuito marito, & sine eius licētia poterit dictū cootractū facere mulier, teneot quod noo, neq; possessionē in alium transferre, licet possessioms traditio non sit contractus. l.1. §. si vir vxori. ff. de acquiren. possess. de quibus quæstiooib. habetur per Tiraquel. in ll. connubia. glo.5. nu.93. & num.164. & in.l. si vnquā. C. de don. in verb. donatio largitus. num.30. pag.196. & Matien. in l.2. tit.3. lib.5. n.3.4. & .6 cōpilatio. & qui dictā possessionē apprehenderit, etsi negari non potest, ꝙ ex cōtractu nullo possessio transferatur, per. dict. l.1. in. §. si vir vxori, tamen teoebitur ad restitutionem rei cum fructibus, vt supra ex doctrina Innoc. dixi in.l.12. tit.20. in gl.2. nu.13.

IN

1 Papā non posse omnino ecclesiā priuare Imperatore, in quā glo. nostra, quia imperiū immediatè processit á Deo.

2 Aut consideratur causa immediata, & primaria, & tunc Reges sunt de iure diuino, & Imperator, aut causa mediata, & sunt de iure gentium.

GLo.6 in ver. *O otro poder tēporal.* Concludit Papā minime posse ecclesiā totaliter priuare Imperatore: vt habetur per Abb. in c.licet ex suscepto de foro cōpet. & assignat rationē, scilicet, quia imperiū processit
1 à Deo, tex. in §.1. in auth. quomodo oport. Episco. & cęteros cler. & in §. sancimus, in auth de nō alie. rebus ecclēs. & quod imperiū immediate à Deo processit, est text. in §. quia igitur, in authe. de instru. caut. & fide hactenus glo.

Cui oppono imo quod imperiū processit à populo Romano, de. §. sed, & quod principi inst. de iure natu. obstat etiā quod imperiū & regnū procedit de iure gentiū, vt testātur Pau. Bal. in l. ex hoc iure. ff de ius. & iur. & ibi bene per Ioā Corra n.12. Vbi dicit Medos primos Reges sibi elegisse, & in. l. 1 n. 12 ff. de rerū diuis. quod suprema iurisdictio, & potestas, & vniuersum ius reipublicę penes populū initio semper fuit: neq; enim Reges principio fuêre, nec ex subditorū cōsensu electi, sed violenta & tyrannica potestate dominationes inuasisse: tum q; populus necessitate quadā adductus, inuitus principatū cōsensit, vt sine tumulto ciues haberēt certū moderatorē, qui reipublicæ cōsuleret & ipsi tranquilli iustitia fruerentur. & idē Corra in. l. 2. §. nouissime. n. 12. dicit constitutionem Cæsaris à tyrannide processisse. ff. de origi. iuris.

2 Et pro solutione dico quod aut cōsideratur causa immediata, & primaria, & tūc Reges sunt de iure diuino, & Imperatores, & procedunt à Deo, cū ipse sit Rex regū, & Christus dicitur caput omnis principatus, & potestatis. Pau. in c. 2. ad Collossenses: aut cōsideramus causam mediatā, & tūc sunt de iure gentiū: & cū ista distinctione intelligitur gl. in. § 1. in auth. de nō alie. rebus eccles. & gl. in d § quia igitur in auth. de inst. caut. & fid. in ver. de cœlo, & sic respōdit Cortet. in trac. de potest. Regis, vol. 12. q. 19 n 3. f. 88. & Fel. in c. cū nō liceat, de præsc. n. 13. & sic etiā procedit gl. nostrę cōclusio: & quę Naua. dicit in c. nouit, de iud. notab. 3. n. 147. qui bene de materia loquitur.

Titulus. 1 De los Emperadores y Reyes.

In. l. 2. tit. 1. par. 2. in glo. 23.

1 Dominiū rei meę nō transit in principē eam mihi auferentē cum limitationibus, & num. 2.

3 Et dicta causa cōcurrente soluendū est pretiū cū primū princeps potuerit.

4 Clausula de plenitudine potestatis, quid operetur.

5 Potestas absoluta in principe Christiano quid sonet & quid in Papa, n. 7.

6 Interpretatio circa tres glos. dubitationes.

8 An princeps poterit tollere citationem, dicitur, quod non.

9 Iura diuina, & naturalia, an violari possent, & quando interpretari.

10 Citatio, quæ necessaria est ad verā causæ cognitionem, & rei defensionem nullatenus per principem demi potest.

GLo. 23. in ver. *Buen cābio.* Quærit: an princeps in se. vel in suū donatariū, transferat dominiū, rei alienæ quā assūpsit, pretius
1 non dato câbio, & dicit quod licet lex ista, & l. 31. tit 18. p. 3. multū obsitent, eo quod dicant, prius soluendū pretium, tandē concludit, has. ll. limitandas esse, scilicet, quādo Rex habet ilico vnde soluat: nā si non habet, ratione publicę vtilitatis, solutio pōt differri. & similiter reliquit cogitādū, an erūt limitādæ d. ll. quādo princeps de iure, & nō de plenitudine potestatis procedit. Itē cogitādū reliquit, an d. ll. possent limitari, quādo dominus rei ablatæ, passus est eā possideri à Rege vel eius donatario: vel quādo princeps assumeret sibi vel alij concederet publica, & de istis duabus finalibus quæstionibus

nibus dicit: dubitare pro quorum intelligentia cõstituo vnã regulã, s. quod, &c.

2 Et sic cõstituo, vnã regulã, ꝙ princeps nõ potest rẽ meã mihi auferre nõ dato æquali cãbio, vt. l. ista probat, & d. l. 31 & habetur per gl. & DD. in l. fi. C. si cõtra ius vel vtili publ. quã multo cõmendãs, sequitur Fel. in c. quę in ecclesiarũ, de cõst. n. 33. per tex. in. l. 3. C. de test. & in. l. ex imperfecto. ff. de leg 3. quę probãt, ex testamẽto imperfecto nõ posse principẽ legata vel hęreditatẽ accipere. Dec. cõs. 403. n. 14 quibus subscribit Dida. Coua. li. 3. varia. n. 6. & Berna. Diaz à Lugo reg. 209. & ibi Salz. & Ioã Grac. reg. 403 & Matie. in. l. 7. ti. 7. gl. 7. n. 2. li. 5. reco.

Limitatur d. conclu. nisi ex causa vtili rei publicæ fecerit, secũdũ gl. nostrã in pręsenti, & Coua. d. c. 6. n 6. & habetur per Fel. in c. quæ in ecclesiarũ, n. 66. de cõst. & Ias. in d. l. fi. C si contra ius, n. 17. & And. Sicul. in c. quod translationẽ, de offi. deleg. Idẽ Ias. in. l. causas vel lites, n. 6. C. de trãsact & d. Ioan. Grac. in reg. 403. n. 6. & DD. in. l. itẽ si verberatum. ff. de reiuend.

3 Sed prædicta causa cõcurrente, nihilominus recõpensa Dño est facienda, cũ primũ poterit Rex, æquiualẽs rei ablatæ, vt notãter tenuit Euerar. in cẽtũ locis, loco. 99. de plenitudine potestatis, & And. ab ex ea li. pacto, n. 148. Alcia. in c. placuit, de præscr. nu 81. & Tiraq. in tract. de causa cessante, p 1. n. 20. & Matie. in. l. 11. ti. 7. glo. 9. nu. 6. li. 5. reco. gl. nostra, in. l. 53. in gl. 2. ad fi. ti. 5. p 5. & idem in d. l. 31. tit. 18. p. 3. & bene per Grac. in d. reg. 403. n. 9. & Salz. in additio. ad Berna. Diaz in reg. 209. in ampliatio. 3.

4 Nec principali nostrę cõclusioni obstat ꝙ multi contrariũ tenuere, asserendo principẽ posse mihi auferre rẽ meã, sine causa reipublicę vtili, dũmodo clausula apponatur de plenitudine potestat. & ex certa sciẽtia, & motu ꝓprio: quorũ choripheus fuit Ang. in l. item si verberatũ. ff. de reiven. in §. 1. idẽ Ang. & Bal. in. l. 2. n. 1. C. de quadri. præs. & d. Ang in. l. 3. §. si is ꝓ quo. ff. quod cuiusq; vniuer nom. Ias. in d. l. fi. C. si cõtra ius vel vti. n. 3. Alex. cons 105. col. 6. vol 1. & in cons. 107. eod. vol. col. pen. & Bald. in procemio Greg. n. 4. vbi dicit: quod in principe est plenitudo potestatis, ꝙ quãdo aliquid vult ex certa scientia, nõ potest ei dici, cur ita facis, & Spec. in tit. de locato in §. nũc ostendendũ n. 89. Idẽ Bal. in c. cũ super n. 1. de causa poss & Propi. dicit: quod princeps ex certa scientia super ius, & contra ius, & extra ius, omnia põt: & Chass. in consue. Burgun Rub. 10. § 1. col 1306. dicit, princeps raro debet vti hac clausula, & ꝙ Romanus populus nũquã ea vsus fuit, nec hæc forma reperitur in iure ciuili.

5 Quia isti supradicti patres, iniquã cõclusionẽ fouent, quæ est falsa, & falsissima in Christiana republica, cui vis istius clausulę de plenitudine potestatis nõ conuenit, eo ꝙ iure diuino naturali, & gentiũ regitur: & ista iura, omnino princeps tollere nõ potest, nec ordinaria, neq; potestate absoluta: ꝙ si contrariũ fecerit, non dicetur potestas absoluta, sed potius tyrannis, quę longe abesse debet à principibus, & hanc partẽ tenẽdo Dida. Coua. in li. 3. varia. c 6. n. 8. miratur viros doctissimos, differentiã constituentes, inter potestatẽ principis ordinariã, & absolutã: cũ in principibus humanis, nullatenus absoluta dari potest. Et Fortu. Grac. in. l. gallus, in. § & quid si tantũ. ff. de vulg. & pupil. n. 301 & 311. dicit. ꝙ hoc nomen absolutę potestatis iuri contrariũ sit, & Carol. Molin in additio. ad Dec. in c. quæ in ecclesiarũ, de cõst. in liter. T. & bellissime Arias Pine. in rub. l. 2. C. de resc. vend. n. 25. dicit: scio quidẽ boni principis potestatẽ, ad tutelã subditorũ, ad iustitiam ministrandã esse amplissimã, cæterũ vt iniuria subiectis fiat, illic principis potestatẽ nõ agnosco, sed tyrannis. Mẽs etenim principis talis esse debet, qualis est legũ cãdor, & rationis naturalis integritas, secundum Bal. in c. 1 col. 2. apud quos cõtro. inuestit. in vsib. fœud. qua ratione, absolutã potestatẽ esse negat in principe Alcia. l. in cẽsore, ff. de verb. signi. & Bar. in d l fi. C. si cõtra ius vel vtili publ. n. 2. in fi. dicens: nõ dedit eis Deus, iurisdictionẽ peccandi, vel auferendi alienũ: istiusq; factionis est Ioan. de Imol. in Rub. ff. de verb. oblig. col 4. & ex vsu talis potestatis, prĩceps mortaliter peccat, vt censuit Curc. Seni. cõs. 48. col. fi. & Carol. Moli. in additio ad Dec. in d. c. quæ in ecclesiarũ, d. liter. T. ea quę potestas absoluta, in bonis subditorũ Christiani principis nõ est, sed potius Turcarũ, vt fatetur Domi à Sot. in li. 4. de iust. & iur. q. 4. ar. 1. & si princeps vtatur in suis rescriptis dicta clausula, nõ sequitur ꝙ voluerit præiudicare tertio, aut ius alterius interuertere, vt bene scripsit Bal. in. l. 2. q. 6. C de seruitu. quia princeps pręsumitur iustitiæ plenus. l. 2. §. si quis à principe & in. §. merito ff. ne quid in loco publi. nec aliud ipse vult, nisi quæ iura volunt. l. si quando. C. de in offi. testa. & in. §. fi. inst. quibus modis test. infirme.

in

in cuius conclusionis probationem, multa alia adducit Salz.in addit.ad Berna. Diaz reg.209. Er istam dicit cõmuniorem. Ant. Gabr.io.3 tom.cõmu.opin.f.182.&183.n.1 & sic remanet diluta, dubitatio gl.nostrę, dicẽtis:itẽ cogita an possit limitari ista lex

6 Glo.nostra se dubitare dixit,de duabus quæstioibus finalibus, & quoad primam dico: aur spoliarus verisimiliter potuit, rẽ sibi ablarã,& â Rege possessam, vel ab eius donatario recuperare.& non fecit: isto etenim casu,dominiũ ad dictũ Regẽ, vel eius donatariũ videtur translatũ, ex consensu tacito,præsumpto,aut ficto,ex nunc, non vt extunc,ratificante præcedentem apprehensionẽ,per quem eriã casu nostro dominiũ transfertur,sicut ex consensu vero,traditione secuta:vt bellissime notauit Ioan. And.io glo.ad reg nõ firmarur de reg.iur. in.6.in verb.nõ firmatur, & haberur ex.l. tradirionibus. C. de pact. in.l. rraditio.ff. de acquire.rerũ domi.& in.§ per traditionẽ inst.de rerũ diuisio l quod meo.ff.de acquire possess & io l.clauibus.ff.de cõrrah. emptio.vbi probatur per actus fictos rransferri dominium sicut per veros,de quo per Ant.Gom in.l.45.Taur.nu.4.istaq; inrerpreratio fit,cõtra dictũ dominiũ rei ablatę, quia qui actũ agere patitur,cui obuiare & resistere poterat.& non fecit, sibi pręiudicar: vt tener glo in.l caius.ff.de pign.acti. quam per mulras distinctiones approbat Bar.in.l.quæ dotis.ff.solut.matr & Tiraq: de retract.§.1 glo.9 fol.61 .nu.147.& quantũ ista taciturnitas, cõtra tacentẽ operetur, videri potest per Dyn.in reg.qui tacet, & ibi per Boer.Additionatorẽ.siue incontractibus,siue in alijs actibus iudicialibus, aut extraiudicialibus,& aliqua dixit Ioã. Gracia.in reg.488.& Azeu.in.l 13. tit 9. lib.3. nu.9.& idem in.l.10 tit.17.lib.4.Recopil. n.94.& sic in casu nostro videtur dicendũ dominiũ rei ablatæ,transferri ad Regẽ, ex eo quod dominus rei patitur,eũ possidere, cũ rehabere posset,dictã rem ablarã, & nõ fecerir Aut verisimiliter,d.dominus rei,eã recuperare non porest, & patitur innitus: isto etenim casu , dominiũ ad Regem non transfertur ex defectu cõsensus,qui necessarius est,in omnibus contractibus l. cõsensu.ff.de actio. & obliga &per notata, à gl. in.d.l. caius, & à Bar.io.d.l.quæ doris,deficienre iusta causa, vt manet dictũ sup.n.5.

Aut dubitatur de ista potentia recuperãdi,& de taciturnitate:& isto casu, credendũ erit, quod rẽ possideri â Rege, vel eius donatario patitur dominus, quia eã rehabere nõ potest,cũ nemo præsumatur bona sua iactare.l.de indebiro.ff.de probatio & coostat,quod ille qui fidẽ de pretio habet, in aliquo minuit parrimoniũ, & iactat : cũ quia sicut ille qui ante perit , plus petere videarur,sic minus recipere, qui solurionẽ differt,argu.tex.in.§. plus inst.de actio.& in c.1.plus peritio tum,quia periculũ in solurione verrirur,& non dubitatur, an habita fide de prerio dominiũ transferarur, per tex.in.l.quod vendidi.ff.de contrahe emptio.& Tiraque.de retract.conuen.in fin. fol.347.n 67.(nisi tamen in ipsa venditione,conuentũ fuetit de transferendo dominio rei venditę,quia tunc non erit vẽditio vt bene notat domi.Ant.de Padilla,in l.naturalis.§.& siquidẽ.ff.de præsc.verbis,n.4 &.6.)sed an in casu nostro , fides habita sit quod negatur,propter defectũ consensus.

Quoad secundum vero dubiũ principale glossę nostrę,videlicet, quando Rex assumit sibi publica alicuius ciuitatis,vel alij concedit,an dominiũ transferatur,non dato cãbio,latissime dicã infra in. l.5. tit.26. ista par.in glo.6.n.4.cum sequentib.

7 Ar dicta magis cõmũnis cõclusio,de qua n.5.dixi , extenditur etiã ad Papã, vr sine iusta & legitima causa non possit aliquẽ Episcopatu priuare,vel beneficio,reprobata glo.in c.per principalẽ.9.q.3.& Barb.in tract,de præstan.Card.1.q.n.14.& alijs relatis ibi,dictã glossam approbantibus. Sed nõ sub silentio transeã,quod cõtra dictam cõmuniorẽ cõclusionẽ multa tradidit Pet. Dueñas reg.43.n.5.vbi per text.in.d.l.2.§. si quis à principe.ff ne quid in loco public. dicit: quod licet princeps non potest aliquid cõcedere in pręiudiciũ iuris alterius, tamen si concesserit valet.Qui tex.quãuis pro sua conclusione videatur facere,eã apparentiã quippe diluit glo. in verb impetrauit,in eadẽ.l.2. vbi exponir illud verbũ impetrauit,idest cũ in cõmodo paruo tertij.& non magno, quasi inouat quod non potest cũ magno dãno,illud princeps concedere: quã seotentiã glo. in.d.l.2. approbat Bar.in.l quo minus.ff.de flumi.

8 Et sequẽdo suã opioionẽ d Petr.Dueñas in d.reg.43.exrendit eã ad citarionẽ dicẽs, quod licet ciratio sit de iure diuino , vt in c.3.Genesis,& etiã de iure naturali Clem. pastoralis.§.cæterũ,de re iud q nihilominus princeps potest tollere citationẽ,attestanre Bal in.l.cũ cessante in principio.C. quomodo,& quãdo iudex,& Alex.cõs.9. et

vol.1.n.9.&Pet.Bellug.in suo Spec.princ.
rub 11.§.stat.n.4.& ratio est,quia in prin-
cipe semper præsumitur causa. quã sentẽ-
tiã refellit Fel.in.c.cũ olim,n.13.de reiudi.
quia cõtra ea quæ sunt de iure naturali vel
gentiũ,disponere nõ potest causa vera ces
sante,quę nõ præsumitur,vt plenius adno-
tauit Mench.in lib.1.controue illustri.c.5.
nu.15.&.16. Quia plenitudo potestatis,ad
malũ,& iniurium nõ extenditur: cũ dicta
tamen causa, poterit in aliquo minuere,&
interpretari,sed nõ ea in totũ tollere,idem
Mẽch in tract.de success ereatio.li.3 § 26.
n.79.in qua quæstione resoluendo dico:in
his quę mere de iure positiuo sunt,nec ex
iure diuino,aut naturali,vel gentiũ vires as
sumũt Principes,& Papa, potestatẽ habẽt
disponẽdi ad libitũ.c.proposuit,de cõcess.
præbẽ. l.princeps.ff.de leg. vt notatur per
DD.in.c.quę in ecclesiarũ,de cõst.vbi Fel.
dicit,quod de dicta potestate est sacrilegiũ
disputare.l.disputare.C.de crimi.sacrileg.
& in istis dispẽsando princeps semper cau
sa adesse pręsumitur:vt post Cyn.in.d.l fi.
C.si cõtra ius,adnotauit Bar.& Fel.in d.c.
quę in ecclesia.nu.60.& ibi Dec.nu.29.de
cõst.Fort.in.d.l.gallus.in.§ & quid si tan-
tũ.ff. de libe.& posth.col.138.Hipp.sing.8.

9 In alijs vero,quę iuris naturalis, vel diui-
ni sunt, cũ sint immutabilia.§.sed natura-
lia inst.de iure natu.principes dispẽsare nõ
possunt:quia dicta iura,nec in toto,nec in
parte violari,minui aut tolli possunt,vt be
ne Dida.Couar.in lib.1.variar.c.17.n. 8.ad
mediũ,declarare vero,& interpretari dicta
iura poterunt:quod ex diametro à dispẽsa
tione distat lege etenim naturali dicitur,
nõ occides,& tandẽ per legem positiuã hu
manã licet occidere,ad sui defensionem.l.
vt vim.ff.de iust.& iur. quia naturalis ra-
tio dictat,defensionẽ omnibus permissam
esse,&sic quãuis dicta iura naturalia &diui
na, sint immutabilia quoad prima princi-
pia,quę dictaot ratione viuendũ,& quoad
ea quæ necessario ex primis principijs de-
ducuntur,vt sunt pręcepta decalogi,tandẽ
per legẽ positiuã declarari possunt. Ratio
enim exposcit,vt deponẽti reddatur depo
situ,& tãdẽ aliquibus casibus denegari po-
test l.bona fides.ff. depositi. notãter tenet
S.Tho.1.2.q.54.ar.5.Fortu.Garc.in.l.vlti
ma.ff.de iust.& iur.col.7.& bene per Di-
das.Coua.in epito.ad.4.in.2.p.c.6.§ 9.n.2.
&.3.& Matie.in.d.l 6.tit.10.li.5.Recop. in
gl.1.n 4.& in.l.3.ti.10 gl.1.n.1.2. &.3.ergo
10 cũ defensio sit de iure naturali, quæ demi
nõ potest,& citatio sit defensioois ingres-
sus,vel ianua,sequitur: ꝙ demi nõ potest di
cta citatio,per priocipẽ,quia defensionem
demere videtur: intelligendo sane,de illa
citatione,quę necessaria est ad verã causæ
cognitionẽ,& rei defensionem,vt habetur
ex traditis per domi.Frã.Sarmi.in li.2. Se-
lect.c.14.n.7.fo.93.& ex ista conclusione
infertur intellectus ad.l.10.tit.17.lib.4.Re-
cop.vbi iubetur ꝙ procedatur ad sentẽtiã,
quãuis omissum sit aliquid de substaotiali
bus ordinis iudiciarij,vt nõ extendatur ad
omissionẽ citationis.Nã d.l.10. nõ ita am-
ple intelligenda est,vt in cortice sooat,vt
per longã disputationẽ explicat Azeu.ibi.

In.l.7. tit.1.pa.2. in glo.4.

1 *Monarchia præfertur Democratię, & Aristocratię, seu Holygarchiæ, & Darius dixit circa reipublicæ gubernationem optime pauci, optime vnus, quia hominum voluntas variæ sunt.*

GLo.4.in verb.*Son de partides.* Cũ lex ista
asignat rationẽ, quare necessariũ fuit,
vt vnus eligeretur ad regimẽ, &monarchia
1 constitueretur,scilicet,quia voluntates ho
minũ sunt departitę,inquit gl.ista,& alle-
gat tex.eandẽ cõclusionem probantẽ in c.
quia diuersitatẽ,de concess.præben.vbi In
noc.III.dicit: quod diuersitas corporũ,di-
uersitatẽ sequitur animorum propter ꝙ di
xit Arist.lib.3.poli.c.9.&.10.& 11.&.12.rẽ
publicã nõ posse bene geri, multorum im-
perijs,& vnius dominationẽ,quam monar
chiam vocant,omniũ optimã esse,dũ prin
ceps nihil arbitratu suo,& ex libidine,con
tra leges faciat:& sic Darius postremo sen
tentiã dicens,propositis tribus statutis, vt
optime imperet populus, dixit: optime
pauci,optime vnus,& inter hęc,multo an
tecellere vnius imperium sentio: vt refert
Herodotus li.3.cui titulus est Thalia,& sic
Democratię(quæ est popularis potẽtia)&
Aristocratiæ,seu Holygarchiæ,quę est op
timarũ & paucorũ dominatio monarchia
præfertur:vt refert Ioã.Corra.in.l.2.§.no-
uissime.ff.de origine iur.n.6. cum alijs se-
quentibus fo.82 quorum ratio supradicta
est,quia voluntates:hominũ variæ sunt. l.
item si vnus.§.principaliter.ff.ad Trebell.
vnde illud Ouidij. Velle suũ cuiq; est, nec
voto viuitur vno.Et pectoribus tot mores
sunt,ꝙ in orbe figurę,&Teren. quot homi
nes tot opiniones: & illud, suus cuiq; mos

est

est, & quælibet prouincia abundat in suo sensu.c.fi.76.dist.gl.in c. capellanus. de ferijs: humanum quippe ingeniũ procliue est ad discensiendũ, vt tetigit Mench. in lib. illustrium cõtrouersia. in præfacione, n.122: ex qua varietate, insurgunt varios legum intellectus, & quod magis est sacræ paginæ: quod quã dãnosum sit rei publicæ Christianæ nostri tempestatis, tot detestabiles hæreses ostendunt: vt bene notauit Burgos de Paz in procemio legũ Tauri, n.219. &.246. dicens: totum ius ex ista varietate turbari. Et has nouitates & varietates detestatur Iustinianus in.l.1.in.§.nostra autẽ, & in.l.2.in.§.hoc autem.C.de veteris iuris enucleat: notauit ibidem Dida. Perez in procemio ordin.col.7.in initio.

In.l.8.tit.1.par.2.in glo.3.

1 Rex non potest villã regni alienare si in alienatione multũ lędatur Regum quod si parũ damnauerit secus: & sic conciliantur duæ partitarum leges.

2 Contra dictã cõmunem, imo quod Rex non potest alienare dictã villam, seu castrum defensat Mench. quia eo quod Rex à se abdicat iurisdictionẽ multum læditur Regnum.

3 L.3.tit.10.lib.5.nouæ recopil. quæ dat formã in alienationibus factis per donationem extendatur ad alienationes factas per venditionem.

4 Adducuntur fundamenta pro parte affirmatiua quod loquitur tãtum in donationibus.d.l.3.

Verba præfationis indicant mentẽ legislatoris, & etiam contrahentium, & statuentium.

Magis dãnificantur Rex, & Regnũ per donationẽ, quã per venditionẽ.

Quandoque à lege parificantur donare, & perdere.

5 Quãdo dubitatur de legis intellectu, ille verior videtur qui adaptatur magis rubricæ sub qua lex sita est.

6 Verbum hoc alienatio cõprehendit omnes alienationes siue sint factæ titulo oneroso siue lucratiuo quãdo eadem ratio currit in omnibus, aut non appareat de contraria mente legislatoris.

7 Hoc verbũ alienatio secundũ subiectam materiã est restringẽdum, quia quando ad certũ genus contractus oratio refertur talis prohibitio sumitur ex aliquo non ex vniuerso.

8 Ferdin. Mench. & Matie. tensiũt in alienationibus rerũ coronæ castellæ, quæ fiunt per venditionem non esse necessaria solẽnitatẽ.l.3.tit.10.li.5.recop.

9 Dicitur argumentũ de donationibus ad venditionẽ qualiter curras late examinatur quando est eadem ratio.

10 Negatiuè quando procedat argumentum de donatione ad venditionẽ.

11 Emptionis verbum, omnem cõplectitur alienationem quocunque modo fiat quãdo lex habuit rationẽ dominij.

12 Prohibita donatione prohibetur alienatio cum limitationibus.

13 Fundatur conclusio, quod in venditionibus regalium requiritur solennitas legis tertiæ, tit.10.lib.5. recop. sicut in donationibus.

Quando de iure æquiparantur duo casus lex noua disponẽs in vno exæquiparatis videtur disponere in alio.

14 Alienatio seu concessio facta de regalibus in præiudiciũ successoris non valet quãdo intulit notabile dãnum.

Quando ratione alicuius certi effectus dispositio inducitur non modus, sed effectus attenditur.

15 *An Rex in venditione regaliũ, oppidorũ & villarũ, & vendẽdo iurisdictionalia poterit solennitatibus legis tertiæ, tit. 10. lib. 5. recopil. derogare.*

Contractus initus per Regem sub nomine dignitatis obligat ipsum, & eius successorem. Contraria sententia procedit in illis qui assumũtur ad regimen per electionem, vt in Papa, & Imperatore.

16 *Constitutio principis quando in contractũ transfertur per ipsum minime reuocari potest nisi fiat causa publicæ vtilitatis.*

17 *Concluditur venditiones Regalium oppidorum & castellorum, ac cæterarũ rerũ quæ sunt de corona Regia valere sine solennitate dictæ legis tertiæ si Rex ex causa anulat dictas solennitates legis.*

GLo.3. in verb. *A quien quisiere*. Concludit regẽ posse donare villã vel castrũ, si non lædatur enormiter corona Regia, & sibi reseruauerit supremã potestatẽ, vt habetur per Paul. de Castr. cõs. 70. vol. 1. 1 Eandẽ conclusionẽ tenent Bar. in l. prohibere in. §. plane n. 5. ff. quod vi aut clã, & Abb. & Hostie. Imol. & Canonistæ, in c. intellecto. de iure iur. dicentes. Rex nõ potest alienare res, & bona ipsius Regiæ dignitatis, quia potius sunt Regni, quam Regis. Quæ intelligenda sunt, vbi alienatio tendet, in maximũ preiudiciũ Regni. Alioquin si in modicũ, profecto valet; secundũ relatos in d. c intellecto: & hãc sententiã approbat Bal. in præludio fœudo. n. 32. & ibi Matth. de Afflict. n. 63. & Panor. 2. p. cons. in cons. 3. nu. 11. Feli. in c. 1. nu. 1. de probatio. Petr. Belluga. in Specu. princ. Rub. 8. nu. 7. in fi. Restal. Castall. in tract. de imperatore. q. 104. nu. 32 vol. 12. & hanc tenet Palac. Rub. in repet. c. per vestras. §. 1. notab. 3. n 40. & Mench. lib. 1. de successio creatio. §. 26. num. 82. & 83. Dida Couar. in. c. quãuis pactũ. 2. p. § 2. nu. 4. & sic cõciliantur. l. ista quę dicit. *E mas el Rey puede dar villa o castillo de su reyno, por heredamiento, a quien quisiere:* vt intelligatur cũ supradicta limitatione, si modicum dãnum Regno sequeretur: & l. 5. tit. 15. infr. ista pa. quę dicit. *Fuero e establecimiento fizieron antiguamẽte en España, que el señorio del Reyno no fuesse de partido*: intelligatur si maximũ damnũ, ex alienatione sequeretur: & hãc sententiã vocat cõmunem Caschoni. 2. tomo, communi opinio, fol. 416. num. 132.

2 Contrariã tamen sententiã, imo quod Rex, quę sunt coronæ Regiæ nõ potest alienare, quãuis modica sit læsio Regni affirmat Carol. Molin. in appost. ad Alex. in cons. 1. in lib. 5. in verbo, modicũ, in litera C. & in consuet. Paris. §. 2. gl. 4. n. 17. & hãc cõtra cõmunem defendit Menhe. in lib. 1. illustri controuerti. c. 3. numer. 8. eamq; ampliat, quãuis sibi retineat supremã iurisdictionem: quia eo quod Rex ordinariam iurisdictionem alienauit, & â se abdicauit, non leuiter nocuit iuribus Regni sui: & eandem materiam dilatat eo. lib. in c. 4. nũ. 4. & in c. 5. num, 3. Vbi inquit, indubitabile est, tali conditione, Regna Regibus â populo concessa, vt eis nõ abutantur, & vt potius ędificent, quam destruant: & præcipuè cum Regi liceat imponere noua vectigalia, ad necessitates alleuiãdas: & istam partem sequitur d. Mench. de successi. creat. lib. 1. §. 3. n. 4. in fi. vbi dicit: donare nõ posse Regẽ Regalia, sine forma d. l. 3. tit. 10. lib. 5. recopila. 3 quę tũc ordinamenti erat. Et an hoc etiã procedat, in alienatis titulo venditionis, nõ esse fas dirimire inquit, quia lites pendent: & propter innumeras alienationes, â summis principis tationalibus factas, & etiã hac ratione motus Matien. in d. l 3. ti. 10. gl. 7. n 7. lib. 5. recop. veritatẽ huius quęstionis nõ ausus est aperire, & si mihi in eo satis dicũt, maxime cũ ipse Matien. ibi n. 1. in verb. *Que qualquier alienacion q se hiziesse*, dicat. Nota legem istã, quæ nõ solũ prohibet donationem populorũ, regię coronę, sed & aliã quãcunq; alienationẽ, titulo etiã oneroso factã, & sic sentire videtur, quod forma d. legis requiratur, in alienationibus dictorũ bonorum: quãuis Paulo inferius, ibidem, nu. 5. in fi. dicit, quod alienatio facta, titulo donationis, sine forma d. l. 3. non tenet: secus autem fortassis esset inquit ipse, si fit titulo oneroso venditionis.

Sed

Sed cum materia sit difficilis, & scitu digna, propter varietates doctorum qua re dictis viris literatis proculdubio, & fertissimis ingenijs prędictis, animū auertere, à dicta expositione placuit, nescio. tamen ne materia illibata maneat, & om nes ieiuni discedamus, in animū induxi meū, aliqua circa dictum dubium scribe re, prout mihi m ea minerua dictauerit, Deo optimo maximoq; opitulante.

4 Et sic in primis dico, quod d.l.3. tit.10. lib.5. recop. tantū loquitur in donationi bus. & nō in alijs contractibus. Quæ con clusio probatur ex præfatione ipsius dictæ legis tertię, in illis verbis. *No conuiene alos Reyes vsar de tanta franqueza y largueza, que sea conuertida en vicio de destruycio.* Quę præfationū verba indicatiua sunt mētis legis. vt ostendit Paul. iuris consul. in.l. patuleius. ff. de heted. inst. & ibi Bar. n.3. dicens, hāc conclusionē dictā legem probare, melius cæteris: & ibi Bald. Ang. & Imo. n.4. & Bal. in.l. vt liberis. C. de collatio. & Panor. in.c. aduersus. n.2. de immun. ecclesi. sicut etiā ex præfationibus probatur intentio cōtrahentiū.l. Titia. §. idem respondit. ff de verbo. oblig. lex itē quia. §. fi. ff. de pactis. Et etiam probatur mens statuentiū secūdū Bar. in.l. ambitiosa. col. pen. ff. de decret. ab ord. facien. & semper ad dicta procemia recurrimus, quo disponentis voluntatē conijciamus, l.1. & ibi Bar. ff. ad Macedon. l. cum hi in principi. ff. de trans. & sic patet ex dictis verbis d.l.3. & ex alijs in eius cōtextu po sitis, loqui solum de alienationibus factis per donatione: & in eis requiri dictā solennitatē: ex eo quod magis regnū dāni ficatur, per donationē, quā per venditionē. donans etenim, rem alienat & abdicat à se, sine vlla cōpensatione, vendens autē pretiū habet, ꝙ loco rei succedit, & aliquando rei æstimationē excedit. l. 2. C. de resc. vend & hinc est ꝙ donare, & per dere, quandoq; à lege patificatur. l. filius familias. ff. de dona. quāuis non ignorem quod dicit gl. beatius est dare quā accipe re, in rub. ff. cōmodati, & hinc Ouidius crede mihi, res est ingeniosa dare, & probatur in Clem.1. §. nos de reliquis, & venet. sanct. Isti loquūtur in donationibus moderatis, nō offendētibus donatoribus.

5 Secūdo cōfirmatur. d. nostra concl. tali fūdamēta: quādo enim dubitatur de alicu ius legis intellectu, ille videtur verior, quī magis adaptatur rubricę. & eius materię, per gl. in.c. bonæ de confirma. v ti vel inuti. & ibi Panot. n.8. & est similis in.c. cū monast eriū. de electio. & ibi Abb. Imo. & Ioan. Andr. Bal. in.l.1. C. ne liceat tertio prouo. Bart. in.l. imperatores. ff. de in diē adiectio. Euetar. loco. 45. fo. 152. literā. C. & sic verba istius legis, quāuis in aliquibus partibus videatur loqui, de omnibus alienationibus, restringenda sunt, & ad aptāda ad suā rubricā: scilicet, ad solā do nationem sub cuius titulo sita est, & non ad venditionem, quę diuersæ naturę est. Et sic casus omissus habebitur pro omisso c. susceptū. de resc. in.6. & ibi notāt. DD.

6 Et in specie dicemus, huic nostræ con clusioni non obstare, verba d.l.3. ibi. *Que qualquier alienacion que se hiziesse, por esse mismo hecho fuesse ninguna.* Quę verba notauit Matientium, ad dicendum, quod d. l.3. loquitur etiam in omnibus contractibus onerosis, in glo.7. in principio: quia licet verū sit, quod hoc verbum alienatio cōprehēdit omnē alienationē, titulo one roso, vel lucratiuo factā, eo quod sub dicto nomine alienationis, venit omnis cōtractus, per quem dominiū transferri potest. l. fi. C. de rebus alie. non alien. glo. & DD. in.c.1. de prohibita alien. per Feder. in vsib. fœudo. Bal. conf. 176. vol.4. Ancha. conf. 105. Rebuf. in. l. alienationis vet bū. ff. de verbo. signif. pag. 224. post mediū. Respōndeo, quod ista limitantur quā do ratio nō currit equaliter in omnibus, vel appatet de contraria mente legislatoris, vt in.l. fi. C. de pręd. decurio. lib.10. & dixit Rebuf. vbi supra.

7 Et quod fuit de mente d. l.3. loqui de donationibus tantū, vltra sup. dicta, ipsa lex ostendit, si verba perpēdamus. In ipso etenim contexto, procedit loquendo de donatione, & continuo subdit. *Y si en otra manera la tal donacion, o merced se hiziesse contra la forma sussodicha: que qualquier alienacion q̄ se hiziesse por esse mismo hecho fuesse ninguna.* Nā istud verbū (*alienacion*) quod generale est, vt dictū manet. Secundū sub iectā materiam de qua agitur erit restrin gendū, vt testatur Alberic. de Rosat. in.l. cū autē. C. de dona. inter virū & vxorē sa cit etiam quod dixit singulariter. Bald. in.l. voluntas. C. de fideicōmi. n.2. quod quando ad certum genus contractus, ora tio refertur, talis prohibitio sumitur ex aliquo, non ex vniuerso, per. l. pater in ini-

in initio.ff.de leg.3.& sic dictum verbum alienatio, quod generale est, sumendum est ex donatione, ad quem totus sermo, d.l.3.refertur. Nec non diffiteor, rectè.d. l.3.intuenti, dictis fundamentis, & rationibus opus esse, ad intelligendum, quod tantum loquatur in donationibus: ex vi comprehensiua legis.

8 Dubium tamen restat, indigens expositione, an ex vi extensiua d.l.3.comprehendatur dictus contractus venditionis, ita vt in eo, sicut in donatione requiratur solennitas dictę legis: & Ferdin. Vazq. à Menchac.de successio.creatio. lib.1.§.3. num.4.in fin.& Matien.in d.l.3. glos.7. num.7.sentire videntur, non esse necessariam, dictæ tertię legis solennitatem, in alienationibus rerum, quæ sunt coronæ Regiæ, per venditionē factis: quia dicunt non semper valere argumentum de donatione ad venditionem.& cęteros titulos onerosos, licet quandoque valeat, vt in terminis.l. donationes, quas parentes, C.de donat.inter virum & vxor.sed quia non dicunt quare in casu de quo agimus non procedat, quasi nihil egerunt.

9 Propterea pro contraria parte, imo q̃ solēnitas formalis, d.l.3. requiratur in vēditionibus rerũ, coronæ Regię, adduco sequentia fundamēta: ex d.vi extensionis

Et primo facit, quod licet Menchac.& Matien vbi supr.dicunt: non semper valere argumentũ, de donatione ad venditionem, hoc verum est, quando non eadē ratio currit in omnibus, vt probat.l. fin. C.de prædi.decurionum, lib.10.vbi licet donare, & non licet vendere, propter diuersitatem rationis: nam ibi lex respicit ad pretij redemptionē, & non ad rem, vel translationem dominij, vt melius infra dicam.

Et sic dictũ argumentũ valet, siue procedat affirmatiuè, vt in.l.cui ius est dandi, eidem, & vendendi.ff de reg.iur.& ibi notauit Deci.nu.2. quia plus est donare, quã vendere, & sic adstipulatur alia regula, cui licet quod est plus licet, & quod est minus, vt notauit Cagno.in. d.l.cui ius, nu.1.in fi.Siue negatiuè, qui non potest donare, non potest vendere, quando eadem vel maior ratio versatur in venditione, q̃ in donatione: vt in casu. d.l.3.vbi lex voluit cõsulere Regi & Regno, prohibēdo donationes sine forma ibi tradita, ne regalijs rex euacuetur, quę ratio magis militat in vēditione, quia facilius homines vendunt, quã donant: vt notauit Dyn.in reg.cui licet de reg. iuris in.6 & Dec.in.l.cui ius.ff.de reg.iur.nu.3. & facit.l.fin.C de præd.decurion. lib.10.vbi quia maius periculum versatur in venditione, quã in donatione prohibetur venditio, & nō donatio quando lex attendit translationem dominij prohibere, vt infra dicam.nu.11.

10 Siue procedat negatiuè è conuerso, scilicet, cui non licet vendere, nō licet donare, vel venditione prohibita, prohibetur donatio, & quęuis alia alienatio. Vt notanter tenet Bart.in.l.voluntas. C. de fideicõmiss.nu.12.& ibi Bal.nu.11.vbi post bonam distinctionem dicit: aut actui apposita est pœna, & tunc verbũ venditionis intelligitur strictè, aut est annexus fauor, & tunc large.l.fi.C. de rebus alienis non alie, per glo.in.l 2.C de vsucap. per empto.præter quã aliam non esse in iure dicit Bal.in Rub.de pactis, in decretalibus, nu.6.& in c.literæ, col.fi. de dilatio; per text.in.l. statu liberi à cæteris in §. quintus Mutius.ff.de statu.lib. vbi em-

11 ptionis verbo omnem alienationem cõplecti inquit Paulus iurisconsultus: & Alex.in.l.filius in.§.diui, & ibi Ias.in 2. lectu.nu.143.& in.l.fi.C.de iure emphy. Cyn.in,d.l.2 C.de vsucap. pro empt. & melius per eundē Cyn.in.d.l.volũtas.C. de fideicõmiss.nu.3.in fi.vbi prędicto argumen.d.l.fi.C.de præd.decurio.respondet, quod ibi fuit mentio facta de venditione, habito respectu ad pretiũ, vt ibi patet: secus vbi fit mentio de venditione, propter rē, tunc enim extenditur ad omnem contractũ per quem dominiũ transfertur, vt in.d.l.voluntas, & in.l.patet in § fundũ.ff.de leg.1.l.sciendũ in.§.pollicetur.ff de edilit.edicto.Eandem sententiã affirmat domin.Franc.Sarmi.Episcopus Mentisen in.lib.3. Select.c.2. nu.14.vbi assignando intellectũ ad.§.quintus Mutius, dicit: emptionis verbo, omnis alienatio cõprehenditur, quando lex habuit rationē dominij: & sic respicit effectũ trãslationis dominij, non autē modũ alienandi: & ex ista differentia sic notata, intelligitur additio Pet.Pau.Pari. ad Bar.in.d. l.voluntas horũ nulla citauit d.Dñs Frã. Sarmient.at confirmando dictum argumentũ, Paul.de Cast.in.d.l. voluntas secutus est Bar.& idē facit ibi Fulgosus.

12 Insuper & tertio procedit dictum argumentum, de donatione ad venditionem, directè, & simpliciter, ita quod prohibita donatione prohibeatur alienatio cum tribus limitationibus positis per Iaff so.in d.l. filius.§ diui, in.2. lectu.nu. 145. ff.de leg.1.& ibi per Bart. num.19.& per Imo.num.14.ex quibus constat qualiter quando agitur de impedienda domini translatione æquiparentur donatio & venditio, vt manet dictum supra, nu.10.

13 Dicta æquiparatione supposita infero ex vi extentionis dictæ.l.3. solennitatem eiusdem esse necessariam in venditionibus bonorum coronæ Regiæ, sicut in donationibus, quia quando de iure æquiparantur duo casus, lex noua disponens in vno videtur disponere idem in alio, secundum Alexan in.l.centurio.colum.2 ff.de vulga.& pupil. per text. & glo.in.l. si quis seruo. C. de furtis. Bart. & communiter DD.in.l.1.§.2. ff.ad legem Falci.Bart.in.l.Marcellus.ff.ad Trebellia.Iasson.in.l.transigere. nu.15.C.de transactio.Anton.Gomez in.l.24. Tauri in princip & habetur per Bernard.Diaz reg.429.& Ioan.Gracia.reg.142.num.5. vbi dicit, quod quando duo casus, per legem antiquam æquiparantur in omnibus & per omnia, tunc lex noua disponens in vno ex æquiparatis, extenditur ad alium. Quæ qualitas concurrit in casu de quo agimus, cum prohibitum sit de iure, omnis alienatio bonorum coronæ Regiæ, siue per venditionẽ fiat, siue per donationem: quia dicta alienatio, siue concessio facta de regalibus, in præiudi-

14 cium successoris nõ valet, vt supra dixi, & tenet Bal.in titu. de pace Constan. in versic.amplius consueuerunt. Felin in.d. cap.1.de probatio. num.1. Iasson. consil, 10.vol.1.Brunus consil 11.versi non omitto tamen, Iasso. in præludio fœudo. Feli. in cap.ad audientiam, de præs.& ibi Bal. Matth. de Afflict.in præludio constitu. Regni.q.24. Bal.consil.271.vol 1.&. 271. volum. 3. Rebuff. in concorda, in tit. de collatio.in præfacio.pag.17. Socin.consil.127.vol.2.Ruyn.consil.90 volum.1.& consil.92.eo. volu. Anton.Gabriel in. 3. tomo, communi opini.fol 187.nu.4.quæ vt dictum manet, debent intelligi, quando inducit dicta alienatio, notabilem diminutionem status, vel principatus, vt per Cardin. Alexan. concluditur in præludio fœudo.& per Ruynum consil. 101. vol.1.& Bertran consil.42. vol 1.in antiquis. Ergo data dicta æquiparatione infertur, quod dicta dispositio de nouo inducta.per dict.l.3.titu. 10.lib.5 recopila. disponens in donatione extendatur ad venditionem. Et ratio est, quia quãdo ratione alicuius certi effectus dispositio inducitur, non modus, sed effectus attenditur, argum.text in l.mulier.ff.ad Trebellian. & in l.fideicommissa.in.§.si cui ita.ff.de leg.3.& in.l.si ita.ff.quando dies leg. cedat, Albet.in.l.1.col.3.C.vt nemo priuat.

15 Sed pro expeditione istius dubitationis quęto, an Rex vendendo dicta regalia, & oppida, villas & castella, & iurisdictionalia poterit .dictę. l. 3. solennitatibus derogare, & videtur quod non, per clausulam quę inibe posita est, videlicet *Estatuydo y ordenado por ley, pacto y contrato firme y estable hecho y firmado entre partes.* Quæ verba obligant, non solum Regem paciscentem, sed etiam eius successorem in dignitate. quando sub nomine dignitatis contractus fuit celebratus, notauit Abb. in cap.1. num.1. de probatio. & ibi Felin.num.1.citans alios, & ibi Decius nume.7.& Bal.num.5. & idem in.l. digna vox. C.de legi & Bart. in.l.prohibere. § plane ff quod vi aut clam Oldra. consil.94. Petrus Rebuff. in titu. de collatio in pręfa.d.pag 17.col.1.in concordata. Nec obstat quod contrarium asseruit Bal.in.l.1.ff. de consti. quia illud procedit in Imperatore, vel Rege, & Papa, qui per electionem assumuntur ad principatum: secus in illis qui iure successionis veniũt, vt declarat Iasso.in d.l.1.n 13.&. 14. ff.de consti.& etiam notat Matien.in.d. l.3.in glo.2. nu. 5. vbi agendo de dicta clausula supra telata inquit. Si Imperator vel Princeps facit aliquod pactum cum regno suo, vel cum aliqua ciuitate sibi subdita, tenebitur proculdubio, ad eius obseruantiam, sed quantum existimo non in eo casu sumus, sed in alio sci-

16 licet, quando constitutio principis in cõtractum transfertur, quam ipse reuocare minime potest, vt asserit Bal.in.l. donationes, quas diuus.C. de donatio.inter virum & vxorem, & Paul.de Cast.in. d. l. digna vox.C.de leg.Roman.consil.352. num 16. dicens constitutionem in contractum transeuntem, reuocari non posse in eorum præiudicium, quibus ius ex eadem

eadem est quæsitum, & in consil.116.n.8. Iasso.in.l. ciuitas. ff. si certum petatur, num 5.& Ancha.in cap.1.de consti in.6. num 8. Anton.de Butr. in cap.1.de consti num.7.& in cap.at si clerici.§.de adulterijs,de iudi.& Barba.consil.1.vol.2.vet sic. item dico Abb.consil.35.volu.1.Boerius decis.215.

Limitatur dicta conclusio,nisi reuocatio dictæ constitutionis fiat causa publicæ vtilitatis, secundum Iasson. in.l.Barbarius.ff.de officio prætoris.num. 32.1 bi sequendo Bal.in.l.fin in princip.ff. de senato.dicit principem ex causa posse ius priuato acquisitum, etiam ex contractu celebrato cum principe auferre,per l.qui fundos.C.de omni agro defer. lib.11. idē tenet Bal.in d.l.donationes,quas diuus. C.de donatio.inter virum & vxorē. Idē Iasso in consil.1. volum. 1. & Bart. in.l. quod semel ff.de decret. ab ord.faci.Ioā. Crotus in.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure.Anton.in cap.nouit.de iudi.Alexā. consil.fi. vol.4.Imo. in.l. non amplius. §.1.ff de leg 1. Abbas in cap.nouit.de iudi.num.24. Rubi. consil.196.vol.1. & Antonius Gabriel in.5.tomo commun.opin. fol.189 numer.1. &. 2. &.3.cum sequentibus.

17 Et sic causa ipsa quę iustificat vēditionē vel donationem,iustificat abrogationem solennitatis dictę .l.3. & ideo concludendum quod venditiones quæ à rationalibus Regis fiunt de eius mandato, de Regalibus,quæ sunt coronę Regię & de Castellis & villis sine solennitate.d.l. 3.valent,si Rex anulauerit. d.l.3.& eius solennitates ex iusta causa,& certa sciētia,& de plenitudine potestatis, saltē de iure communi, vt dixi infra in.l.5 titul. 15.ista pa.in glo 2. constituendo regulā, & limitationes, ad nostram principalem conclusionē,scilicet quod Rex nō potest ciuitates,villas,& castella alienare sine consensu procerum. affirmat Alfonsus Azebe.in.l.1.tit.1.lib.4.recop.numer.5. satis subsinte,quem postea vidi per dict. l.3.recopila.

In.l.9.ti.1.par.2.in glo.2.

1 Iste erit proximior,& qui succedere debet ad maioriā,qui tempore mortis vel abortus posthumi fuerit proximior ei,& non ille qui erat proximior tempore quo maioria delata fuit posthumo.

Dictam conclusionem procedere verum est in Hispaniarum primogenijs secus in fideicommissis,secūdum Molinam, quamuis magis communis teneat,quod in fideicommisso familiæ relicto succedit proximior vltimi grauati,& non testatoris.

2 Vocatis ad fideicommissi successionem proximioribus, veniunt etiā hi, qui iure communi inspecto respectu successionis proximiores forent, quamuis respectu naturæ essent vlteriores.

Quia hodie sublata est differentia agnationis & cognationis.

3 Ius primogenituræ vendi vel cedi non potest in præiudicium descendentium vltra vitam possidentis.

4 de natura maioratus est vt nō possit successor non quærere in præiudiciū tertij.

5 Mortuo etenim maioratus possessore possessio ilico transfertur in dicti maioratus successorem.

Et ex dicta translatione possessioonis causatur successori spes firma & inuariabilis quæ demi per antecedentem possessorem non potest quæ spes multum considerabilis est.

6 Posse nolle acceptare hæreditatē legatum vel donationem est de natura l. prima.§.vtrum.ff. ne quid in frau. patro.& de natura.l. qui autem.ff. de his quæ in frau.cred. & de ratione ibi.

GLos.2.in verb. De *sustinamiento*.Primo concludit, quod si possessor maioriæ

discedat

discedat, vxore pregnante, & posthumus postea moriatur, vel nascatur abortiuus, ille erit proximior, & qui succedere debet, qui tempore mortis vel abortus posthumi; reperiatur proximior, & non ille, qui esset proximior, tempore quo maioria delata fuit posthumo. ad quod allegat. l. 1. §. proximus. &. §. si quis proximior. ff. vnde cogna. & quæ tradit Bart. Socin. in. l. si cognatis. num. 40. ff. de rebus dubijs, vbi concludit, quod in fideicommissis, & fœndis, familiæ relictis cōsideratur proximitas respectu vltimi grauati; qui hanc conclusionem per multa iura & Doctores defendit, & vocando testator proximiores, succedunt proximiores substituti defuncti, quam dicit communem. idem Soci. in consil. 126. volum. 1 num. 56. & ab ea recedere, dicit fas non esse, in iudicando, cui assentit Gozadin. consil 4. num. 17. & cum maiori examine. Idem dicit Rollan. à Valle, consil. 100. num 1. vbi dicit, quod tuta conscientia hoc iudicari potest. Et Hierony. Gabri consil. 141 num. 10. vol. 2. & hanc dicit magis communem Viuius. 2. tomo, communi opinio. fol. 88 num. 190.

Licet contrarium puta, quod in dictis fideicommissis relictis familiæ succedat proximus testatori, & nō vltimo grauato tenent Hierony. Gabri. consil. 21. nu. 10. vol. 1. & Bertran. consil. 37. num. 6. vol 1. & in consil. 151. num. 3. volum. 4. & in cōsil. 79. num. 2. vol. 5. Et Ioan. Dilect. in tract. de arte testan. titu. 5. art. 21 nu. 3. & Didac. Couar. in pract. qq. in cap. 37. num. 1. extendens dictam conclusionem ad maioratuum successionem Hispaniæ: â sententia, quorum quamuis omnes nō citet discedit Ludouic. â Molina in lib. 3. de Hispaniarum primoge. cap. 10. n. 38. sequendo supra dictam magis communem, fol. 77. & in lib. 1 cap 6. num. 46. folio 50. quo ad Hispaniarum primogenia tantum, & in fideicommissis familiæ relictis contrarium asserit

2 In eadem glos. 2 in versic. sed pone in quantum concludit in successione transuersali locum non esse repræsentationi bene loquitur, & de isto articulo agam infra in. l. 2. tit. 15. ista pa. in glo, 18. q. 1.

3 In eadem glo. in versic, sed an poterit filius conqueri, quod in fraudem eius repudiauit pater maioriam. Et concludit quod non, per. l. 1. §. vtrum. ff. si quid in fraudem patron. & in. l. qui autem. ff. de his quæ fiunt in fraud. credit. Quam sententiam, per vrgentiora fundamenta tenuit Hosti. Ioan. Andre. Anton. de Butr. Abb. in capit. licet, de voto & voti, per text. in capit. quanquam periculosum, & ibi glos. 7. q. 1. & Iasson. in l. pactū, quod dotali. C. de collatio. num. 4. ex Guiller. Bened. in cap. Raynuncius, in ver. duas habens filias. num. 244. licet tandem in contrariam partem declinet in fin. vbi dicit ꝙ ius primogenituræ in abstracto consideratum, & separatum à successione per pactum potest tolli, sed non cum ipsa successione. Et etiam istam partem glossæ sequitur Roderi. Xuarez in. l. quoniam in prioribus limitatione. 5. num. 4. & latius per Tiraquel. in tract. de primogenitu. q. 30. num. 2. dicit ius primogenituræ, potest vendi & cedi.

* Contraria pars melius defenditur, imo quod dictum ius primogenituræ non potest vendi vel cedi, per auth. res quæ. C. commu. de leg. & in. l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. & in l. si mulier. in. §. ex asse. ff. de iure dotium, vt late defendit Burgos de Paz in Proœmio leg. Tauri, num. 93. & num. 95. concludens, quod maioratui renunciari potest in sequentem in gradu, si renuncians non habeat filios. Sed Ludouic. à Molina de primogé. lib. 1. cap. 6. num. 45. dicit dictum ius primogenituræ vendi nullatenus posse, vel ei cedi, in sequentem in gradu, in præiudiciū filiorum, & descendentium suorum, qui nati sunt, vel etiam nascituri. Quæ sententia fuit Iasso. in l. is potest. ff. de acquirenda hæredi. num. 33. dicens, quod ius primogenituræ potest cedi & vendi, in præiudicium ipsius cedentis, vel vendentis, non autem in priudicium alterius, puta secundo geniti, vel alterius successuri. Et sic cum dictis limitationibus glossa nostra saluari poterat, nisi pro suo fundamento allegaret, l. 1. §. vtrum. ff. ne quid in fraud. patro. & l. qui autem. ff. quæ in fraudem credi, quæ indistinctè probant, libertum & debitorem posse non acquirendo preiudicare patrono & creditori, cui argumento respondeam medijs sequentibus.

Primo quod de natura maioratus est, vt non possit successor non quærere, in
4 periudicium tertij, eo quod eorum natura perpetua est in primogenijs Hispaniarum

rum

rum, & ad omnes ex familia testatoris procedentes, eorundem successio deferri debet. Et ita in hoc nullæ sunt partes successoris, habentur à Ludoui. Molin. de primogen. lib. 1. capit. 6. num. 45. fol. 50.

5 Secundo potest alia assignari ratio differentiæ, mortuo etenim maioratus possessore, possessio ilico transfertur, in dicti maioratus successorem, sine vlla actuali appreheosione, ipso iure, etiam in furiosum, mente captum, & ignorantem, vt concludit Anton. Gomez in.l.45.n.112. & Molina in.d. tractat. de primoge. lib. 3. cap. 12. num. 1. & num. 24. fol. 89. & Matien. in.l.8. tit.7. lib.5. glo.1. num. 24. Ex qua possessionis translatione, causatur filio vel legitimo successori, quodam ius formatum & considerabile, spe firma & inuariabili, quæ demi per talem possessorem non potest, vt notauit etiam Molin. vbi supra lib.4. cap.11. nu. 52. fo. 200. & ista spes competens, ex iure primogenituræ, summè consideranda est, in tantum quod damnum illatum, ex renunciatione legitimæ, compensatur cum spe succedendi in maioratum. Idem Molina in lib. 2. cap. 3. num. 35. fol. 261. & sic manet conclusum, de natura maioratos esse, vt eius successor non possit non acquirere.

6 Et dico quod similiter de natura cæterorum casuum, de quibus loquitur .d. l. 1. §. vtrum. & dict. l. qui autem. & .l. non alienat. ff. de re iudic. & . l. nemo. la: 2. in. §. 1. ff. pro socio, est licere, non acquirere, quod sibi delatum fuerit, per hæreditatem, legatum, vel donationem, vt glos. innuit, in dicta. l. qui autem, in verbo, locupletentur, in fin. quam solutionem assignauit Decius in. l. non frandantur creditores. ff. de reg. iur. in prima limitatione, vbi dixit, regula ista limitatur non procedere in casibus, in quibus de natura contractus, quis tenebatur acqnirere. Idem censuit Bart. in dict. l. qui autem. & in. l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omissa causa test. Et ratio quare dictis casibus licet nõ acquirere, ea potissima est, quia edictum, ne quid in fraudem patroni, & quæ in fraudem creditorum, loquuntur quando dolo fecisti, vt desineres possidere: sed qui non admittitur, nihil agit, & sic dictis edictis non illaqueatur, neque irretitur, nolens acquirere legatum, donationem, vel hæreditatem.

Neque obstat. l. 1. C. commooia, de lega. vbi habetur quod legati dominium, recta via ad nos trãsit, & sic videtur perdere patrimonium, & in eius deuastrationem quid facere. Nam respondeo, quod repudiando fingitur nunquam fuisse nostrum, soluit Bart. in dict. l. qui autem, in fin. quam solutionem disputat bene Cagno. in dict. l. non fraudantur. num. 2. & 3. & cum istis manet responsum, ad fundamenta glossæ nostræ & contra eam conclusum. Quod secus est in maioratus acquisitione per supradict. fundamenta.

In.l.12.tit.1.par.2.in glo.2.

1 *Rex concedendo oppidum, villam, vel castrum, quamuis titulo alicuius dignitatis non venit iurisdictio, nisi exprimatur in priuilegio, vel tacite ex eius verbis colligatur.*

2 *Priuilegia principis interpretantur secundum eius mentem: quia priuilegia rescripta & statuta ad ea tantum extenduntur, de quibus cogitatum est.*

GLo. 2. in verb. *Segun los priuilegios.* Di-
1 cit, cessante priuilegio vel consuetudine, si Rex concederet aliquam villam, oppidum, vel ciuitatem, titulo ducatus, comitatus, vel marchionatus, non tamen intelligitur esse concessa iurisdictio nisi hoc expresse diceret in priuilegio.

Cui addo quod cõcessa videtur, d. iurisdictio, quãuis expresse in priuilegio non dicatur, si ex eo tacite colligatur per. l. 1. tit. 10. li. 5. recop. cuius verba sũt. *Pero si en los priuilegios y mercedes, que assi se huuiesen hecho, o hizieren a nuestros subditos y naturales de villas o lugares no se dixere expressamente, que se les da en ellos la justicia, sino que les dona, y da o enagena, la villa o lugar, cõ q̃ reserua para si, en ella el Rey la justicia, si el señor en la tal villa o lugar la menguare, o dixere, que la da y dona, con que no entre en ella, o en el lugar, merino ni alcalde, ni sajon, ni official. porque de las tales palabras, y de cada vna dellas parece que resulta la intencion del Rey, auer sido de donar, dar, o enagenar la jurisdicion. Tenemos por bien, que aquel a quien assi fue dada o donada la tal villa o lugar con las dichas palabras, o cada vna dellas, aya la dicha justicia si vso della. &c.* Ex quibus verbis di-

cit Ioan Matien.in dict.l.1.in glos.17.nu mer.2.iurisdictionem oppidi à Rege donari,censeri concessam donatario, quories dixit verba, quæ hoc animo fuisse ostenderint:quia priuilegia principis interpretantur,secundum eius mentem notauit Ioan. Lupus de Pala.Rub.in repet. Rub.in.§.69.num.22.Ideo quod priuilegia, statuta, & rescripta,ad ea tantum extenduntur, de quibus cogitatum est, l. tres fratres.ff.de pact.l.cum aquiliana.ff. de transactio.Fina.tomo.1.commu. opi. fol.219. num.80.facit quod Inno.dixit, in cap.cum Ecclesiasticæ, de excessibus prælat quod rescriptum recipit vires,ex intellectu concedentis, & sic ad eius voluntatem est recurrendum. Et quod Felin.dicit in capit. causam,de te scrip.scilicet quod rescriptum vel priuilegium,interpretatur quantum patitur proprietas verborum,& mens mandantis.Ex quibus infertur limitandam esse conclusionem glossæ nostræ, quando aliud tacite colligitur ex verbis concedentis,vel donantis oppidum aut villam.

In.l.13. tit.1.p.2.in glo.2.

1 Valuasores dicuntur Hispane idē quod infanzones & infanzones sunt domini paruularū ciuitatum, & quid in fœudis sonet.

GLos.2.in verb.*Valuasores*,dicit: Dicti sunt à valuis, quia deputati erant ad 1 custodiendas portas, ex expositione S. Tho.Quæ expositio differt à sensu istius legis,quæ dicit idē esse cathanes & valuasores,quod Hispanè infançones. Sed infançones lingua nostra,dicūtur dñi villarum paruularū:quia minus possunt inter alios principes lædere , propter eorum impotentiā,vt bene nostra glos. censuit ista lege,infra glo.3. sed.valuasores in placitis fœdalibus, Ducum,Marchionum, ac Comitum,vasalli designantur,secundum Zazi.in compendio fœudor. 9 pa. quem refert Petrus Prateius in iuris lexicon,in litera. V. in ver. valuasores. Tiraquel tamen de nobilita.cap.7.num.5.folio.79. Valuasores vocat illos, qui fœudum accipiunt à Vasallis Regis, scilicet ducibus vel marchionibus,qui inferiores dicuntur, & fœudum ab istis alijs cōcessum, dicitur fœudum ignobile,vt testatur Bal.in proœmio fœudorum in.6.diuisione.Et Otalora de nobilita. 2 pa.ca. 5. num.6.notat verba istius legis(cathanos & valuasores) ad hoc quod hoc verbum *Hidalgo* est primiriuum Italiæ, & non originale Hispaniæ.

1 Vice Regem offendens punitur,ac si ipsum Regem offenderet,& de potestate istius vice Regis.

2 Vice Regi de facto procedenti de facto potest resisti & iudici , quando damnum irreparabile inferunt , licet non sit nimis tutum.

1 GLos.5.in verb. *En sus lugares.* Resoluit percutiens vel capiens vice Regem, puniri eadem pœna , ac si regem ipsum offenderet,cui adde Philip. Franc.in capit.grandi,de suppl.negl prǽla notab.5. & Chassan.in consuetu.Burg.§ 1.n.84. col.75.& de potestate vice Regis, dicit Andr de Isern . in tit.de prohibit.alien . per Fede.nu.12.& 13 quod vice Rege simpliciter constituto,solum ei censentur concessa,quę solita sunt concedi , quamuis specialia & personalia, non autem insolita:& si simpliciter ad omnia constitutus sit vicarius,vel vice Rex.per text.in l.fin.ff.de senato.& in.l. denique. ff. de pigno.& in.l vniuersorum.ff de pigno . actio.l.fi. ff.ad Macedoni.& latius habetur,de materia ,per Thomam Grammaconsil. 83. Et quod vice Regi non datur potestas,in præiudicium tertij,videndus est Petrus Rebuf. in reg. cancelle.de non tollendo ius quæsitum,glo 6 num.4.folio.164. & Belluga de forma , & ordine testan.vol.2.Rubr.6.fol 85.

2 Et quæro an resistere ei de facto iniuste procedenti, nec iustitiam administranti, sed potius iniustitiam , poterit? & dicendum quod de facto potest resisti,eo quod de facto procedit, arg.l. prohibitum.C.de iure fisci,lib.10. licet non sit nimis tutum,dicit Matth.de Afflict. in decisio 265.num.77. cum sequentib. & quid erit,circa iudicem iniuriose procedentem,& de facto, & dicitur quod ei regulariter resistere non licet,glo. in cap. præsen-

præsentium.7.q.1.c.qui resistit.7.q.3. Bart.in.l.4 in fin.ff. ad. leg.Iul. maiest. vbi dicit resistentem iudici, puniri pœna læsæ Maiestatis deberi : quam dicit communem Auiles in.cc.prætorum.c.3.n.9. in glo. iurisdictionem. Eam tamẽ regulam ampliat & limitat Feli.in.c.si quando, de officio, delega. & Salze.in additio. ad Bernar. Diaz, reg.382. Et dixit Inno. in dict.capit. si quando, quod si iudex vult exequi sententiam criminalem, à qua est iustê appellatum, amici & consanguinei condemnati, possunt de facto impune resistere, quem sequitur Iason in.§. pœnales insti.de actio. nu.112 quos sequitur Hippoly.in pract.in.§. diligenter, nu.52.&.53.dicens, quod quando iudex vult iniuste inferre grauamen irreparabile, potest sibi impune resisti: & idẽ Hippo.in dict.pract in.§.attingam, nu.46. fuit in eadem sententia Iulius Clar. in, §.fin.q.29 nu.2.dicens, aut iudex procedit tanquam iudex, & nullo modo debet ei resisti, nisi vellet inferre aliquod præiudicium irreparabile, aut procedit eo modo quo solent procedere priuati, & tunc impune licet ei resistere, quæ colliguntur ex glo in.l. nõ videtur, in.§ qui iussu.ff.de reg.iur. quam dicit communiter approbatam. Ex quibus infertur intellectus ad l.5 titu. 21. *De los que matan o hieren, o vienen contra las justicias.* Et ad.l. 7.eo.tit.lib.8.recopila.

Titulus. 5. Qual deue *el Rey ser en sus obras.*

In.l.10.tit.5.pa.2.in glo.1.

1 *Iudex qui calore iracundiæ iniuste aliquem dolose occidit punietur pœna mortis, aliter si ignorantiæ.*

2 *Qui iracundia omnino mente alienatus est, nõ erit plectendus pœna mortis, sed mitiori.*

Sunt quædam quæ sortiuntur iuris effectum, vt repudium matrimonium, confessio & contractus, & quæ in istis fiunt calore iracundię non sortiuntur iuris effectum.

Sunt alia quæ non sortiuntur iuris effectum prout sunt maleficia, & in illis non excusatur, delinquens calore iracundiæ in totum cum limitationibus.

3 *In iudicis potestate est homicidam deportare, quem iracũdia impulit etiã orta aliter quam ex facto offensi quæ limitatur, nisi delictum sit tale quod rei publicæ expediat punitio ordinaria homicidij.*

1 GLos 1.in ver. *Que iusticia.* dicit, iudicẽ qui calore iracundiæ innocentem occidit, capite plectendum esse, vel in insulam relegandum, per tex.in.l.Iulia.§.fi. ff.ad.l.Iuli.repet.in qua conclusione distinguendum est, aut iudex dolo fecit, aut ignorantia, primo casu, etiam calore iracundiæ inductus, punietur iudex pœna mortis, per.d.§. fi.aut per ignorantiã fecit, calore iracũdiæ, & punietur mitius corporaliter, quia lata culpa in.l.Cornelia de sicarijs, non æquiparatur dolo.l.in lege.ff.ad legem Corn. de sica.& ita distinguit Andræ. de Isernia, in titu. quæ sint Regalia, num.76. cuius verba sunt. Sic varietas pœnę applicanda est facti varietati, vt iudex dolosus, innocentem occidens, id quod fecit expectet: ignarus & si culposus, mitius puniatur. Idem censuit Felin.in cap.ex literis, de iure iur.

2 Prima pars huius distinctionis limitanda est, vt non procedat in illo, qui omnino ex calore iracundię à mente alienatus est, cum in isto, nec dolus dari potest, nec pœna mortis plectendus est, mitiori tamen pœna punietur, quia licet in delictis non excusatur delinquẽs, propter calorem iracundiæ, quo minus puniatur.l.si non conuitij.C.de iniurijs. Tamẽ si probauerit ira calore incẽsus, quod à mente alienus extitit, tunc pęna mitiori erit plectendus, vt concludit Decius in.l.quicquid ff.de reg.iur.num 7. Et ita intelligenda est doctrina Bal. in d. l. si non conuitij dicentis. Sunt quædam quæ sortiuntur iuris effectum, vt repudium & votum, aut confessio, & contractus : & in

in istis nõ valent, ꝙ calore iracundiæ factum est. Et sunt alia quæ iuris effectum non sortiuntur, prout sunt maleficia, & in illis nõ excusatur delinquens, propter calorem iracundiæ. Quam sententiã sic limitandam esse censet Cagno. in dict. l. quicquid. num. 6. dicens, quando iracundia talis est, quæ mentis alienationem inducit, mitius punietur delinquens, alias secus, vt habetur per Ioan. And. & Abb. in capit. dudum. per euodem tex. de conuersio. coniuga. Et Feli. in capit. dilecti filij, de exceptio. num. 14 & plenius in capit. sicut de iure iur. & cum ista limitatione intelligenda est. d. l. quicquid. & cũ alijs nouem ampliationibus, quas recensuit Petrus Dueñas reg 292 & eadẽ censura erit regulandum, quod dixit Decius in. l. vt vim. ff. de iust. & iur. vbi inquit, quod licet prohibitũ sit occidere fugientem qui te percussit, quia id potios ad vindictã, quam ad defensionem tendit: tamẽ si id feceris, pœna ordinaria de homicidio puniri non debes. Quæ sentẽtia fuit Ioann. Aretij, quem refert Anton. de Butrio in cap. olim, el. 1. de rest. spoliat. in fin. & ibi Abbas, num. 20. quia potius est culposus, quam dolosus, vt notauit Feli. in dict. cap. dilecti, de exceptio. num. 12. in fin. propter iustum dolorem, qui vt existimo, sufficiens est ad mente hominem alienandum, vt in simili probatur per tex. in l. si adulterium, cum in cæstu, in. §. imperatores. ff. de adult. & tenet Decius consil. 482. & Cagno. in d. l. quicquid, num. 11. & Felin. in cap. significasti, de homic. & Hippol. in singul. 25. & multa alia videri possunt per Dueñas reg. 292. & per Bernar. Diaz reg. 66. la. 2. & aliqua per Ioann. Gracian 245. & per Petrum Nuñez Auend. io dicto. in verbo, ira, vbi dicit pœnam non minorari per iracundiam vel iram, nisi ex ea alienatus à mente probetur, vel irritatus, & prouocatus offensa aliqua, quæ licet in totũ non excuset, alleuiat tamen pœnã. Istam conclusionem extendit Felin. d. c. dilecti, num. 12. ex doctrina Romani dicens, in potestate iudicis esse, homicidã deportare, quem iracundia impulit, etiã

2 orta aliter, quã ex facto offensi, per text. in. l Iulia. in. §. hodie, ad leg. Iuli. repet.

3 Eandem sententiam firmat Hippo. singul. 270. quæ doctrina forte intelligenda erit cum limitatione. l. 4. titul. 24. *De los condenados a galeras*. libro octauo. Recopilario. in illis verbis. *Con que mandamos que si los delictos fueren tan graues, y qualificados, que conuenga a la republica, y a la satisfacion de las partes, no differir la execucion de la nuestra justicia que no aya lugar la dicha commutacion.* Et insuper ex supradictis infertur intellectus ad. l. 3. tit. 23. *De los homicidios*, libro. 8. recopila. in illis verbis. *Saluo si lo matare defendiendose o si ouiesse por si alguna razon derecha de aquellas quel derecho pone porque no deue auer pena de muerte.* Nam hæc dispositio non solum extendi debet ad casus numeratos, & in. l. 4. eo. ti. & lib. recopi. sed etiam ad relatos nuper, scilicet, quando occisor ira, mente alienatus fuit, vel irritatus & prouocatus offensa, quia etiam istis casibus non punietur pęna ordinaria homicidij, & sic etiam intelligenda est. l. 2. tit. 8 pa. 7. vt notat glos. nostra, ibi, & 10. l. 3. titulo. 16. ista pa.

In. l. 14. tit. 5. pa. 2. in glo. 2.

1 Regum est, vbi oportet donare, & donationes valent, etiam quoad successores, quando exercendo Regiam dignitatem donauit, & donatio non grauiter læsit.

1 GLos. 2. in verb. *Do no deuen*: Sumit argumentum à contrario sensu, & sic dicit, vbi oportet proprium Regum est, donare, & donationes per Reges factas, eorum successores ratas habere debent, quę doctrina fuit Bal. in capit. si quis inuestitus in titu. qui successores teneantur, & Archi. in cap. quia sancta. 63 distinct. & glos. in cap. in literis, de rescrip. & Ioan. Ana. in cap. fi. num. 14. ne prælati vices suas, & bene per Felin. in capir. 2. de probatio. quæ conclusio limitanda est, quando Regiam dignitatem exercendo contraxit, vel non donauit ea, quorum abdicatio regnum grauiter læderet: nam ista non tantum successores, sed ipse poterit reuocare, vt notauit Specula. in tit. de instrum. editio. in. §. nunc autem, numer. 11. & ibi Bal. in additio. & Bertachi. in tract. de Episco. vol. 2. in. 4. pa. lib. 4. q. 54. nu. 184 & late per Matien. in. l. 3. ti. 10. lib. 5. recopi-

recopila.in glossa. 7. numero 10. & dixi supra ista pa.in.l.8 tit.1.in glo.3.

Titulus 7. Qual deue *el Reyser con sus hijos.*

In.l,2.tit.7.p.2.in glo.1.

1 Iure naturali sancitum est hominē procreatum conseruare, & ad hoc parentes duplici iure obligantur sine distinctione an naturales vel legitimi sint.

2 Quæritur an erunt præstanda alimenta spurijs eorum qualitate circunspecta, an tantum quę vitæ sunt necessaria, & dicitur quod sunt danda inspecta quantitate dantis & qualitate recipientis, quidquid in contrarium dixerit Anto de Corduba non admittendo distinctionem Couar. inter ius ciuile & Canonicum, & num 4.

3 Referuntur fundamenta Antonij Cordubæ.

4 Alimenta quæ debentur ad necessariam vitæ sustentationem non possunt per ius ciuile tolli.

5 Necessarium tripliciter in iure sumitur, scilicet sine quo id fieri non potest, & sine quo fieri potest sed non vt oportet & necessarium id quod vtile est et conueniens.

6 Pater potest filijs spurijs relinquer aliquid vltra quintū, quādo.d.filij sunt debiles, et inhabiles ad victum quærendum etiam extantibus legitimis, si vtrisque facultates patris sufficiunt.

7 Alimentis renunciari non potest, etiam pacto iuramento firmato contrarium tenet communis cum certis limitationibus contra glossam istam.

1 GLos.1.in verb. *Naturalmente.* Dicit filijs alimenta deberi, iure naturæ, & quod adeo sunt debita, quod eis pacto etiam iurato renunciari non potest.

Prima conclusio istius glossæ probatur ex eo quod iure naturali sancitū est, hominem procreatum conseruari, & ali deberi ne pereat: sed hac lege funiculo duplice parentes colligantur, ad ipsam filiorum educationem. l.1.§ ius naturale. ff.de iust.& iure, idque bene ostendit.l.2. tit.19.pa 4. in illis verbis: *La vna es mouimiento natural, porque se mueuen todas las cosas del mundo a criar, y guardar lo que nasce dellas.* c.ius naturale, distin.1. nec quo ad hoc interest, legitimi vel naturales, an spurij sint.l.hos accusare.§.omnibus.ff. de accusatio.l quisquis. C.ad leg.Iul maie.notauit Alexand in.l.ex facto. §. si quis rogatus.ff.ad Trebel.num.42.Fortuni.de vltimo fine, illatio.7. Didac.Couar in 4.in.2 pa.cap.8.§.6.num 1.neq; enim à principio, quando sola natura sanciebat hominibus, antequam scriptæ prouenirent.ll.fuit vlla differentia, naturalis & legitimi tex.in.§ si quis vero, versic. liceat, in authen. quibus modis naturales efficiātur legitimi.& in.§.1 in authē.quibus modis natura effici, sui coll.7.retulit Matie.in.l.8 ti.8.lib.5.recop.in glo 1.nume.2.quibus addo Decium, in.l.iura sanguinis ff.de reg iuris & Cagno. ibidem, & Roderi. Xuarez in.l.quoniam in prioribus.fol 60.col.4.& Fortuni.in.d.l.1.§. ius naturale, & Ias.in.l.ius autem ciuile, ff de iust.& iur.num.25. & Mencha. de successio.creatio.§.20.pa.2.numero.310. Et istam dicit communem Iosephus Ludo.3.tomo.cōmu.opi.fol.446.col.1.in fi. qui nihil allegat nisi dicta.l.1.§.ius naturale.

2 Sed ex eo quod de iute naturali differentia qualitatis non attenditur in educatione filiorum, quia solum animaduertit procreatum conseruare. Ideo reuocatur in dubium, vtrum.c.cum haberet, de eo qui duxit in matri. obliget ad præstanda alimenta spurijs, eorum qualitate circunspecta, an tantū ea, quæ vitæ sunt necessaria, sine quibus vita degeri nō potest.& glos.in dict.cap. cum haberet, dicit alimenta quæ causa miserationis, dictis filijs spurijs præstantur, præstanda fore, circumspecta persona, cui præstanda sunt. Quam conclusionem probat, in

eo

eo quod dicit in principio, filios alẽdos, secundum patris facultates, & postea in fine dicit, idem censendum, de spurijs. Quam conclusionem affirmat Abb. ibi, numer.5.& Alexand. in.l.si maritus. ff. solut.matrimo.text.in.l.sed & si quid.in §.sufficienter.ff.de vsu fruct.notat Imo. in.l.Nesennius.§.fi.ff.de re iud. & Aretin.consil.17. colum penult. argum.glo. in.l. nepos proculi. in ver. dignitate. ff. de verbor.signifi.quæ probat executionem non esse faciendam, in armis militis,eo quod non potest sine eis honestè & commodè viuere,quod etiam notauit Iasson in.§.item serniana, inst.de actio. num.64. inferendo ex ea ad libros scholarium, sine quibus non potest commodè viuere.Et istam partem desendit Didacus Couarru.in.4.in.2.pa.cap. 8.§. 6. num.7.& Didac.Perez in.l.22. titulo.3. libro.s.ordin.colum.165.& Ludo. Moli. de primogenijs, libro secundo, capit.15. num.55.

Contrariæ sententiæ assedent, imo quod tantum alimenta sint præstanda dictis spurijs, sine quibus corpus ali non potest,Bal.in dict.l. si maritus.ff. solut. matri.& Chassa: consil.39 num.55. & in consuetud.Burgund.Rub 8.§.5. colum. a124.num.11. & Petrus Bened: decisio. 22. num.8.& alij,quos citat Anto.Cordu.Lara de alimentis. §.idem rescripsit, nume.48.& ibidem num.53.& 54. reprehendit Didac.Couarru. in quantum, in dict.cap.8.§.6.num.8.inquit,constituendam esse talem differentiam,inter ius ciuile & canonicum,vt filij spurij,de quibus loquitur authen.ex complexu. C.de incest.nupt. de iure ciuili, tantum recipiant necessaria,ad vitæ sustentationem, ea videlicet,sine quibus viuere non possunt.Et quod de iure canonico dictis spurijs debeantur alimenta, inspecta eorum qualitate.

3 Quibus conclusionibus,vt dixi, ipse Anto.Cordu.Lara. dict.num.54.refragagatur,& nullatenus dictam concordiam procedere,nec non fatetur, eo quod ius ciuile omnino neget dictis spurijs alimenta, & omni patris beneficio priuet, vt in dict.authen ex complexu,& in authen.licet.C.de liber.natura.habetur. Et quod sic non dici poterit, de iure ciuili, cõpetere alimẽta, quãuis necessaria sint.

Et etiam alia ratione abnegat procedere intellectum,quem d.Didac. Couar. loco citato assignat ad.d.c.cum haberet: vt probet,alimenta spurijs præstanda esse,circunspecta qualitate spurij: imo cõtrariam inquit probare.d.c.cum haberet, scilicet vt tantum alimenta exhibeãtur, dictis spurijs, quæ ad necessariam vitæ sustentationem requirantur,ad quod põderat illa verba (secundum ei supperunt facultates(quę non importare inquit, vt secundum facultates parentum,alimenta filijs spurijs præstentur,sed quod pensatis patris & matris facultatibus, ille in alimonia filiorum plus præstet, qui dicior fuerit,quem intellectum prius assignauit Abb.in dict.c.cum haberet,nu.9. quem ipse subticuit: & in istius sensus confirmationem,notat etiam alia verba, d.tex.ibi(necessaria subministret)ex quibus confirmari dicit, suam conclusionẽ: quia illud in re qualibet dicitur necessarium,sine quo res consistere nequit.

In quibus ipse dominus Lara, locrum expectans,damnum quęsiuit: nam conclusiones quas refellit d.Dida. Couarru. solidę & veræ sunt,quod probauimus sequentibus medijs.

4 Quoad primum,vbi distinctionẽ dicti Dida.nõ procedere,inquit. d.Lara, quia de iure ciuili, nulla alimẽta debẽtur filijs spurijs: Aio nõ omnino verũ esse,nõ per ius ciuile, alimẽta quæ debẽtur, ad necessariam vitæ sustentationem,non possunt tolli,vt tenent Alberi. in.l.1. § ius naturale.ff.de iust.& iur idem Alber.in.s. pa. statu.q.4.Iacob.de Are in.l.si quis à liberis ff.de liber.agnos. Galeotus in tract. de alime.versi.pone quęstionem.Specu. in tit.qui filij sint legitimi,col.4. versic. sed pone quidam emancipauit. Decius in.d.l.iura sanguinis. Et Abb.in c fi. de consuet.nu.24.& Couar.d.c.8.§.6.nu.4. nec obstabit, & si contrarium conetur probare Mencha. de succession. creatio. 2 pa.§.20.nu.31r.Et istam conclusionem Dida.Couar.approbauit Matien.in.l 8. tit.8.lib 5. Recopi. in glo.1 numero. 10. dicens:nempe spurijs & incestuosis filijs iure canonico alimenta deberi,iuxta parentum facultates,& pręspecta filiorum qualitate: iure autem ciuili eatenus ipsis filijs alimenta deberi, quatenus vitæ subsidio sint satis, ne fame aut frigore pereant: non tamen illa, quæ attenta qualitate filiorum sunt necessaria. Lex

ſiquidem ciuilis alimenta negare potuit, quæ naturali iure non ſunt neceſſario exhibenda, non quæ iure naturæ debentur. Idem probauit dict. Matien. ibidem num. 9 in quantum probat, vltra quintam partem bonorum, patrem poſſe filijs ſpurijs, pro alimentis neceſſarijs relinquere, ſi quintum non ſufficit. Hanc etiã partem probauit Gaſpar Baeça in libro de non melioran. dotis ratione filiabus, capit. 8. num. 28. Et ita erit intelligenda dict. auth. ex complexn. & dict. authen. licet & ſic bene locutum fuiſſe noſtrum Didac. Couarru. conſtat, cui etiam adſtipulatur Olan. in antino. litera. F. fol. 119. nume. 77.

Nec quo ad ſecundum etiam inficias eo, deceptum fuiſſe .d. Dominum Anto. Laram, qui inquit, ex eo quod text. in cap. cum haberet, diſponit, quod neceſſaria ſubminiſtrent, infertur tantum ea iubere preſtare, quæ ſunt neceſſaria, ſine quibus viuere non poſſunt. Quia in re qualibet dicitur neceſſarium, ſine quo res conſiſtere nequit: quę regula generaliter ſumpta, non procedit: nam multoties reperiemus aliquid eſſe neceſſarium ad aliquem actum, ſine quo etiam actus extat. Et ſic eius argumentum non probat eo quod inſtantiam dabimus, in qua aliquid neceſſarium requiritur ad actũ, & ſine eo extat actus per cap. ſicut ego. 1. quæſt. 1.

5 Propter quod dico hoc verbum neceſſarium in iure tripliciter ſumi. Primo dicitur neceſſarium id, ſine quo id fieri nõ poteſt, qualis eſt hæris inſtitutio reſpectu teſtamenti. §. ante inſt. de legat. l. fi. ff. de iure codicillo. Qualis item eſt certa pars bonorum, ſine qua ipſe viuere non poteſt, quod Thomas. 2. 2. q 32. artic. 6. appellat. neceſſarium vitæ, quem approbant Card. Turrecre. & Card. Alexand. in cap non ſatis. 86. diſt. Secundo dicitur neceſſarium ad aliquid faciendum, ſine quo quidem res fieri poteſt, ſed non vt oportet, qualis eſt inſtitutio poſthumorum, ſecundum Galli conſilium, reſpectu teſtamenti. l. Gallus. ff. de liberis, & poſthum. adiuncta gloſ. 3. & doctrina Bart. Bal. Paul. Iaſſo. Alexa. ibidem: qualis eſt item, ea pars bonorum alicuius, ſine qua viuere quidem poteſt, ſed non decenter, quod Thomas, vbi ſupra, & vterque Cardinalis loco citato appellãt neceſſarium ſtatus. Tertio modo dicitur neceſſarium, id quod vtile eſt & conueniens. l. 1. ff. ſolut. matrimo. adiuncta ibi gloſ. approbata per Bart. quæ verbũ neceſſarium exponit, per vtile, adiuncta etiam alia gloſ in. l 1. ff. de officio præfect. prætorij, quæ verbum neceſſe exponit per vtile, & eſt ſimilis gloſ. in cap. neceſſaria. 12. q. 1. quæ illud verbum neceſſaria exponit, per vtilem & honeſtam.

Ex quibus remanet probatum, quod cum iſtud verbum neceſſe vel neceſſariũ, tripliciter ſummatur in iure, ſcilicet, neceſſarium vitæ, ſtatus, & vtilitatis, vel honeſtatis, ex notatis verbis dicti cap. cum haberet, dictus Lara, non probauit ſuam intentionem. Imo potius probatur contraria, attenta canonica æquitate, ſecundum quam congruentius eſt, vt alimenta præſtentur ſpurijs, attenta patris facultate, & filij qualitate. Et ita practicari teſtatur, Ludoni. Molin. dict. lib. 2. c. 15. num. 55. vir quidem egregia eruditione præditus. & Tellius Ferdinan. in. d. l. 10. tauri. num. 2. & iſtammet ſententiã, amplectitur gloſ. noſtra, in. l. 8. titu. 13. pa. 6 & in. l. 2. titu. 19. pa. 4. per text. ibi, qui bene probat in illis verbis. *E eſto deue cada vno fazer ſegun la riqueza e el poder que viere, catando toda via la perſona de aquel, que lo deue recebir, en que manera le deuen eſto fazer.* Ex quibus omnibus manet, opinionem Couarru. veram & indubitabilem eſſe.

6 Sed cum in materia alimentorum ſimus, quæram de alia opinione non minus dubitabili, & per Doctores ſatis ventilata, videlicet an pater poterit dare vel relinquere filio ſpurio ratione alimentorum, vltra quintam partem bonorum. Et pro parte negatiua facit. l. 10 tauri, quę hodie eſt. l. 8. titu. 8. libro. 5. Recopila. & ſic eam intelligunt, Pala Rubi. in cap per veſtras, notabil. 3. §. 24. nume. 10. & Rodericus Xuarez in. l. 1. titu. 6. lib. 3 fori. in calce ſuorum operum. numer. 23. Eandem aſſerit Ciſuentes in dicta. l. 10. tauri, & Petrus Dueñas in regula. 367. numer. 3. in fin. vbi dixit, quod pater poteſt dare, vel relinquere filio ſpurio, nomine alimentorũ, quod taxatũ extat, per. d. l. 10. tauri: quam ſententiam amplectitur Anton. Gomez ibidẽ. n. 41. quando extant filij legitimi, ne ſua legitima defraudentur, quibus accedit

Te lius

Tellius Ferdinan. vir acutissimi ingenij, in dict.l.10.numer. 3. inherendo in illis verbis.dict.l.10. *Por virtud de la tal obligacion no le pueda mādar mas de hasta el quinto*. Quæ verba multum astringere videtur: & ideò ausus est arguere de incuria, Dida. Couarr. contrariam sententiam asserentem in dict.capit.8.§. 6. numero . 8. & dicentem licere patri, non obstante dict.l.10. tauri, præstare filijs spurijs, vltra quintam partem bonorum pro alimentis, quando ipsa quinta pars non sufficit, administrandum necessaria vitæ. Cuius sententiam approbauit Didacus Perez in dict.l. 22. colu.165. vbi infert, clericos vltra quintam filijs spurijs eis relinquere posse. Et Olanus in Antino litera.F.fol.119. numer.77 dicens, licet lex ciuilis potuit alimenta limitare, quando excedunt quantitatem necessariam, ad vitæ subsidium, non tamen poterit minuere vel tollere, ea quæ sunt necessaria ad vitæ subsidium, quare si quintum bonorum non sufficeret, merito iudex arbitrio suo ea taxabit.

Hacque de causa Antoni. Lara in dicto. §. idem scripsit, numero. 59. dicit, ipsum Tellium miserè allucinari, dum alios increpat. Et sic bonis fund mentis, defendit sententiam Didac. Couarru. idque optime facit Matien. in dicta. l.8. titu.8. libr.5 Recopila. glos.1. nume. 9. Limitando tamen eam, vt tunc pater possit filio spurio, vltra quintum relinquere pro alimentis, si quintum non sufficit ad prestandum vitæ subsidia necessaria, quando filius est natura imbecillis, infirmus, vel demens, aut furiosus, & ad quæstum ex sua persona omnino inhabilis, & isto casu procedere, dictam Couarru. sententiam, quamuis filius legitimus, patiatur legitimæ suę aliquam iacturam, dum tamen bona patris ambobus sufficiant: quod si vni tantum, tunc præferendus erit legitimus. qui certior filius est.l.fili.ff.de his qui sunt sui, vel alien.iuris, & cum istis mihi remanet indubitabilis opinio Couarru.

7 Veniamus igitur ad secundam glossæ conclusionem dicentis dictis alimentis renunciari non posse, etiam pacto iurato, confirmatur ex eo, quod istud ius nullo pacto partium tolli potest. Specula. in titu. qui filij sint legitimi. §. 1. versi. sed pone quidam, numer. 12. Alberic. in.l.1.§.ius naturale, colum. fina. versic. quæro. & ibi Bal. versic. quæro quid si filius.ff.de iustitia & iure Bart. in.l. si quis à liberis. §. parens.ff.de liber.agnos. & Alexand. in.l.alio.10. §. eleganter.numer.12.eo.titulo: etiam si pactum sit iuratum. Didacus Couarru. in 4. in.2.pa. capit.8.§.6.numero tertio. Et bene per Felio.in capit.ex rescripto de iure iuran. nume 12. eo quod ob modicam præsentem pecuniam futuræ & maximæ spei facilimè solent renunciare, vt ostendit Accurtius in.l.cum hi ff.de transaction. & ibi Bart. numero septimo, vbi dicit, ideo puto quod huic pactui non potest renunciari, etiam cum iuramento, quod tenuit etiam ibi Fulgo. nume 5. & Bal. in.l.pactum. C. de collatio. quæst. pen. propter periculum famis, cuius subuentioni non potest quis renunciare.

* Contrariam tamen partem, imo quòd transactio super alimentis, iuramento vallata valeat, tenuere multi, quorum fuit vnus Bart. sibi contrarius, in.l.si quis pro eo. numer fina. ff. de fide iusso. & ibi Cuman. Imol. in capit. cum contingat, de iure iuran. numer .87. & Anton. numer.10. & Panormitan. nume 10.30. & Ancharra. in reg. accessorium, de regul. iur. in.6. numer.5 & Alexand. in.l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 55. ff.de verborum obligatio. Iaso in. l. de alimentis, num.3. & ibi Decius num. 12. C.de transactio. Alciatus in dicto cap. cum contingat. numero. 192. Couarru. etiam sibi contrarius in capit. quamuis pactum, de pact. in. 6. in.2.pa. §. 6. numer.4. Gigas de Pensio. quæst.45. & hanc conclusionem descripsit inter communes, Donatus à fina. tomo 1. fol.305. numer.23. Et eam sequitur Domin. Antoni. de Padilla in dicta. l. de alimentis. num.5 quem Matien. in.d.l.8. tit 8 lib.5. Recopil. sequitur in glos.1. nu. 25. mihi èdepol obes non erit, licet Antoni. Cordu. Lara. §. pareos. num.118. noua quadā interpretatione, teneat contra dictā communem, ex eo quòd autumat, nunquam iuramentum vallidare contractum, cum ad eum non transeat, quia personam non egreditur, & quod sic intelligendæ sunt sanctiones in authen. Sacramenta puberis. cap. si aduersus vend. & in capit. quamuis pactum, de pact. in. 6. & d.c. cū contingit de iure iura. & quod sola fi-

des contrahentium iuramento firmatur, non autem ipsa pactio: propter quod infert pactionem iuramento firmatã super alimentis non valere. Et siquidem erudite defendet, non tamen nouum est, nec receptum, vt ipse testatur. Ideo non audeo discedere à communi cum suis fallentijs, scilicet vt tunc non procedat, quãdo qui alendus erat, venit in summam egestatem: quia poterit contra dictã pactionem dicere, quamuis iuratam, ne fame & egestate pereat. Et istam sententiam sequitur Anton. Gomez in l. 22. tauri, num.12. in medio dicens, quod filius qui cum iuramento renunciauit legitimæ poterit petere alimenta si egeat; & in hunc sensum accipiendus est, Molin. libro secundo, capit. 16. numero. 78. fol. 365. de primogen. & Didacus Couarru. in dicto capit. quamuis. 2. pa. §. 6. nume. 4.

In.l.9. tit.7.pa.2.in glo.2.

1 *Vltimus regni vel maioratus possessor non potest etiã ex causa sequentem exhæredare contra multos.*

2 *Aut bona proueniunt iure primogenituræ quæ cõsequunturiure hæreditario, vt Galliæ, vbi ex consuetudine primogenitus habet aliqua bona præcipua, & isto casu primogenitus potest exhæredari, aut iure sanguinis vt Hispaniæ, & non possunt.*

3 *Regna sunt quæ deferuntur iure hæreditario alia quæ deferuntur iure sanguinis.*

4 *Repræsentationi locus non ceditur nisi iure hæreditario succedatur, falsit in successione primogeniorum Hispaniæ.*

5 *Interpretatur hoc verbum, naturalmente, qualiter in l. præsente intelligi debet, & ponuntur priuilegia primogenituræ legis veteris, & concluditur Reges succedere in regnum iure gentium.*

GLos.4.in verb. De linage. dicit: filius maior non capit regnum à patte, sed à genere, & primum constituentibus regnum, ex qua conclusione infert, quod non potest dictus filius à patre exhæredari, quoad successionem Regni; licet causa legitima subsisteret, per.l.3. ff. de interdict. & relegat. & pro contraria parte adducit. l. si ex patronis. §. Iulianus. ff. de bo. libert. vbi habetur, quod licet in iure patronatus liberti, filius succedat, vt filius ex dispositione legis, non vt hæres. l. si operarum iudicio. ff. de operis liberto. & in. l. filius. ff. de iure patron. tamen si filius exhæredatur à patre, & nõ ab auo, non succedet in iure patronatus. Et pro difficultate istius quæstionis dixit: melius arbitror pro dubitare, quam temerè diffinire, cũ glo. in c. pen. 32. q. 7.

Cuius quæstionis doctissimè censuit difficultatem, nam Oldra. dixit consil. 94. numer. 16. vltimum maioratus possessore, posse sequentem ex causa ex hæredem facere, per text. in capit. licet de voto, & tenet Albericus in procemio. ff. in §. discipuli. colum. 5. & idem in: l. donationes, quas parentes. C. de donation. inter virum & vxorem. & Abbas consil. 3. numero. 3. volum. 2. Alexand. consil. 85. numero. 4. libro. 6. Rip. in. l. nemo potest. ff. de legatis. 1. numero septimo. Ioan. Lecerier de primogen. volu. 13. tracta. libr 3. questio. 3. Guillerm. Benedict. in capit. Raynuncius, in verbo, in eodem testamento relinquens, el. 1. numer. 207. Tiraquelus de primogen. quæst. 21. nume. 4. & 5. & 10. qui tot & tam doctos viros pro sua sententia citat, vt quasi temeritati ascribi posset, velle ab ea recedere, & sic eum sequitur Mencha. de successione creatio. §. 21. num. 146.

Sed nihilominus, cùm in iure nihil sit incontrouersum, sunt etiam multi, contrarium censientes, puta quod vltimus maioratus possessor, non poterit etiam ex causa, successorẽ priuare maioratus successione, ex eo præsertim quod exhæredatio fieri potest ab eo solum, qui potest & tenetur instituere. Nec potest quis, à bonis alienis, sed à proprijs tantum exhæredare, alias esset

inepta

inepta exhæredatio. l. quidam cum filium in fin. ff de hæred insti. quem tex. ad hoc notant communiter scribentes, text. in auth. vt cum de appellatio. cognos. §. illud quoque capitulum, collat. 8. l. nam & sub conditione, in princip. ff. de iniusto rupto, facit. l. decem. ff. de verbo. obligatio. Ex eo præsertim quod bona maioratus, non ab vltimo possessore, sed à primo institutore, nec iure hæreditario, sed iure sanguinis deferantur: ex quibus fundamentis mihi indubitabilis, ista conclusio redditur, vltimum maioratus possessorem, etiam ex causa, nō posse sequentem, maioratus successione priuare. Quam conclusionem approbant Corne. in l. 1. col. 3. versic. præterea. C. de conditio. in ser. atque eam sequitur Ioan. de terra Rube. in tract. contra rebelles. tract. 1. conclusio. 10. & Guiller. de Monterrat. in tractat. de succes. Regum, numero. 19. & Peralt. in. l. 3. in. §. qui fideicommissum, numero. 86 ff. de hæred. institu. Hanc etiam sequitur Domin. Anto. de Padilla, in. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. num. 16. cum sequent. ff. de lega. 2. Atque Emanuel Acosta de patruo & nepote, pagina. 152. hæc & alia habentur per Molinam de primogenijs, lib. 1. c. 9. num. 1. & 2. assignans conciliationem inter has contrarias opiniones vbi dicit.

2 Aut agimus de maioratu & primogenitura, quæ iure hæreditario prouenit in filios, vt Galliæ: vbi iure præcipuo maiori competunt quędam bona, & procedit prima conclusio, vt ex causa ingratitudinis, possit pater filium successorem exhæredem facere, aut agimus de maioratu, qui iure generis vel sanguinis defertur, quales sunt maioratus Hispaniæ, & tum procedit secundā contraria opinio. hanc differentiam agnoscit Matien. in. l. 6. tit. 7. in glo. 3. num. 17. & 18. lib. 5. Recopila. in quæstione an successor maioratus teneatur soluere debita contracta per proximum possessorem, & concludit quod non. quia non succedit in maioratibus, iure hæreditario, sed iure sanguinis, nec dicitur successor, capere à prædecessore, sed à primo institutore, vt in. d. l. vnum ex familia, in. §. si de falsidia, vbi Doctores expendunt. ff. de legat. 2 & in §. sed si fundum eiusdem legis. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dubijs, optimius text. in dicta. l. eum qui. ff. de interdict. & relegatis. cuius verba cum multum vrgent, libet referre, eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruentum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est hęreditatem eius, & liberos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ vero non â patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura, tribuerentur: ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eius eis dediste. Idem tenet Anton. Gomez in. l. 40. Tauri, num. 71. assignans eandem solutionem, per fundamenta quæ adducit, ibidem numer. 72. quam etiam supradictam differentiam, latius prosequitur, Marcus Salon Burgen. de Paz in proœmio legum Tauri, nu. 101. & sic manet expedita & soluta dubitatio, & difficultas glossę nostrę in prima conclusione.

Ex supradictis fundamentis infertur, glossam nostram non procedere, in quantum in pręsente dicit, quod filij Regum succedunt iure hæreditario. Nā in Hispanorum maioratibus, vt probatum manet supra, cōmuniter receptum est, quod succedatur iure sanguinis, inspecto secundo maioratus successore: nam primus successor respectu primi institutoris, dicetur succedere iure hære-

3 ditario. Et cum ista solutione Molina de primogenijs, libro. 1. capit. 8. referendo, à numer. 1. Contrarias opiniones eas conciliat, numer. 10. constatque glossam nostram sibi esse contrariam. Nam in. l. 2. titulo. 15. infra ista pa. glo. 10. in quęst. 20. in ver. *Sino el hijo mayor*, columna. 5. in fin. tenet filij Regum ad regni successionem iure sanguinis venire, sed in veritate nulla contrarietas inest hac in re, circa glossam nostram, nam sunt regna quæ iure hæreditario deferūtur, vt notauit Oldr. consil. 94.

Ex quibus etiam infertur, quod in dicta successione maioratus non erit locus repræsentationi, per text. in. l. tutela. in. §. si duo. ff. de legiti. tute. l. si libertus prætento. §. 1. ff. de bonis liberto: & Baldus in. l. liberti libertæque. C. de de operis liber. numero. 18. & Bartho. in authen. post fratres, la 1. num. 1. C. de

legit. hæred. & secundũ alios quos refert Acosta, in.q patrui & nepotis. pagi. 34. cum sequentibus. Eandem conclusionem tenet Molin. vbi supra.2.pa.lib.3.capit. 6.num 40. post Didac. Couarr. in pract. qq.cap.38 num.10.cum sequentibus, qui omnes testantur repræsentationi locum non esse, nisi succedatur iure hæreditario, post Tiraquel. de iure primogenitu. q.40.num 36. cum sequentibus. Sed quãuis vera est dicta conclusio, fallit tamen in successione maioratus, in qua licet iure sanguinis succeditur nihilominus locus datur repræsentationi, non solum in linea descendentium, sed in transuersalium, vt bene expenditur per Couarru. d.c.38.à num 4. vsque ad 10. in declaratione.l.40. Tauri. quæ nunc est.l.5. tit 7. lib. 5. recopila & Matie. in glo 1. nume. 1. & 2. & per Molin. vbi supra extendentem, num 41. istam fallentiam ad anniuersarios & patronatus & emphyteosim. relictã iure primogenituræ: ob quã difficultatem dixerunt Decius consi 515. num. 1 & Alciatus consil. 515. nu. 7. quod hæc non tam repræsentatio, quam propria vocatio dicitur, fuitque opinio Fabij Acorombon in.l. hæres mei. § cum ita. num 13. ff. ad Trebel. & ibi Zanchus numer. 232.

5 In eadem glos. 1. in versic. (vel quod ista lex dicit naturalmente) in secunda intellectu istius verbi (naturalmente) dicit, ex eo per legem istam dici (naturalmente) quia regimina regni, ex consuetudine efficiuntur quasi naturalia, & consuetudo est altera natura, quæ interpretatio mihi quamuis illo inferiori, nõ placet. Et sic interpretor illud verbum (naturalmente) id est, iure naturali: nam ex eo iure maior natus, priuilegia primogenituræ consequitur, vt tenet Tiraquel. de iure primogen. in præfatio. num. 36. & Roderi. Xuarez in.l. quoniam in prioribus 11. limitat. 2. dubio. num. 22. & Ludos Molin. de primoge. lib. 1. cap. 1. nume. 4. Pro qua conclusione facit.l.2. tit. 15. ista pa. in verb. (naturalmente) vtraque enim lex probat, quod filius maior Regis est dominus fratrum suorum naturaliter, at ista non carent scrupulo: quia licet verũ sit, quod quodam modo primogenitura, priuilegia quædam habeat, qualia sunt ea quæ glo in capit. quam periculosum. 7.q.1. describit, scilicet vt ad patris dexteram sedeat. & vestem peculiarem habeat, & à patre benedictionem suscipiat, & fratres in conuiuijs & solemnitatibus benedicat, vt habentur etiam per Abb. in cap. licet, de voto. & Ioan. Andr. ibi, & Tiraquell. de iure, primoge. in præfatio. à num. 16 & quamuis. cap. 27. Genesis, Isaac benedicens filium suum Iacob dicat. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuę, istud tñ fuit ex peculiari prouidẽtia diuina, & sic non ex sup. dict. deducitur, q. filius Regis sit, iure naturali, dominus fratrum suorum, quamuis colligatur, quanto honore præcedere debet cęteros fratres, vt notauit Abb. dict. capit. licet. & in consil. 3. nu. 4. lib. 2. quia non valet argumẽ. de primogenijs.l. veteris. ad nostra primogenia, vt ostendit Siman. de institu. cap. 9 num. 125. approbatus.

Ideò crederem verba ista in vtraque lege relata (naturalmente) interpretanda esse, id est, iure gentium. Sicut eadẽ verba interpretata est glo. in verbo, naturaliter, in.l. in causæ. la. 1. in §. idem Pōponius. ff. de minoribus. Quam interpretatione approbauit Pine. in.l. 2. C. de resci. vendi. 1. pa. c. 1. num. 32. quia humana ratione, populorumque iudicio, compertum est, ad quietem publicam, pacem que tuendam necesse esse Monarchiam, per successionem de parentibus ad filios maiores deferri: pro qua interpretatione faciunt. quod Corcet. dicit, in tractat. de potestate Regia. 1. p q. 1. scilicet, Reges originem suum à iure gentium trahere, quam sententiam communem dicit Michael Grassus. 1. tomo, commun. opinio. fol. 217. num. 41.

Titulus. 9 Qual deue el Rey ser a sus officiales.

In.l.7.tit.9.pa.2.in glo.5.

1 *Non potest alius tabellio scribere instrumenta quam ille qui ad hoc est deputatus, sed consuetudine contrarium seruari est magis communis cõtra glossam*

glos.

GLos. 5. in verb. *A que l officio.* Dicit nota bene, quod non potest scribere instrumenta, alius tabellio, quam ille qui est ad hoc deputatus, quia iste tabellio te-
1 netur manu propria scribere instrumentum, per. l. in fraudem. §. quoties, in vers. manu commentariensis. ff. de iure fisci. & fuit sententia Bal. in. l. 1. C. qui accusare non possunt. num. 30. vbi inquit: dic quod ista scriptura debet fieri, per notarium actorum, nam alius non potest scribere acta. & est glos. 2. in. l. generali, vers. itẽ nota quod notarius, non potest committi instrumentum per alium scribi, licet ipse se subscribat. C. de tabellio. lib. 10. & glo. fi. in cap. cum. P. tabellio. versi. hoc tamen scire debes de fide instrum. Hosti. in cap quoniam contra, de probatio in ver. conscribat. glos. in ver pro se, in. §. non autem in authen. de tabellio. & Anto. de Butrio in dict. cap. quoniã contra falsam. Specula. in tit. de instrumen. editio. §. instrumentum. num. 15. Gratus qui istam vocat communem in consil. 76. ver. non obstat, si obijciatur, volum. 1.

Contrariam tamen sententiam, quæ magis communis est, defendit Innocen. in dict cap. quoniam contra falsam, dicens, sufficit quod tabellio per alium scribat, si ipse se subscripsit, quem ibi sequitur Abb num. 32 & Parisi consil. 25. volum. 1. Alexand. in l. quædam, §. nihil interest, versiculo, puto satis. ff. de edendo. & ibi Iasson. numero. 5 Decius consil. 447. vers. quia respondetur ita esse de generali consuetudine. Felin. in cap. inter dilectos, de fide instrum. versic. tertia est opinio. idem in d. c. quoniã cõtra falsam, num. 6. & licet prima sententia sit de iure verior, dixit Decius dict consil. 447. tamen de consuetudine seruatur cõtra dictam communẽ. Idẽ tenuit Ioan. de Imo. in c. fi. de legat. & hanc approbat Anton. Gabriel in. 3. tomo, commu. opin. fol. 21. nu. 35. &. 42. addo Bal. quẽ ipse non allegat in. l. Imperator. ff. de officio consul prope fi. versi. dic quod sic: quia tota authoritas instrumenti stat in subscriptione, & signo. Ipsam autem subscriptionem, & signum committere non potest, quia notarius non potest committere alteri autoritatẽ suam. De iure tamen regni in causis criminalibus, obseruanda est communis sententia, per. l. 29. titu. 25. lib. 4. recopila. & hoc est quod Bal. dicit in. l. 1. C. de sportulis. & in. l. 1. C. qui accusare non possunt, numero. 30. & sic per supradicta magis communis est, contra glossam nostram.

In.l.8.tit.9. pa.2. in glo.1.&.4.

1 *Officialis vel iudex aliquid recipiens vltra taxatum salarium tenetur in vtroque foro dantibus etiam sponte restituere & ad pœnas: nam taxa præsumitur iusta.*

Cui prohibitum est accipere non potest ei dari.

2 *Dans aliquid iudici, vt pro se iniquam sententiam ferat amittit donum & causam, & iudex tenetur restituere fisco secundum leges partitarum.*

3 *Quando datio & receptio per legem prohibetur restitutio est facienda fisco vel pauperibus cum distinctione, an causa turpis secuta fuit vel non.*

Licet contraria dicatur esse verior, quia quãdo turpitudo versatur vtrinq; accipiens nõ tenetur necessario restituere, nã quando restitutio est faciẽda pauperibus, non est de præcepto, quæ conclusio limitatur nisi quod restituendũ est debitum fuerit alicui personæ, vel collegio, in quorum defectu restituendũ est pauperibus per aliquam legem vel sententiam.

4 *Indistincte contra communẽ tenetur recipiẽs ob causam turpẽ circa materiã quæ æstimationẽ nõ recipit restituere acceptum secus in casu cõtrario.*

5 *Quãdo lex reddit inhabilẽ dantẽ ad repetendũ ei nõ erit restituendũ, quãuis causa, ob quam datũ fuit nõ sequatur.*

6 Iudex aliquid recipiens vt iustitiā ministret acceptum tenetur parti danti restituere.

Qui aliquid recipit vt faciat illud, ad quod tenetur ex virtutibus moralibus facit datum suum causa secuta.

7 Datum iudici à litigante præsumitur datum causa corrumpendi eum.

8 Omnes iudices inferiores non possunt recipere dona à litigantibus corā se vel ab illis qui sunt in habitu litigandi, quales sunt homines suæ dictionis, vbi intelligitur. l.5. tit.9. lib.3. recopila.

9 Iudices supremi quales sunt consiliarij Regis & auditores cancellieriarum non possunt recipere dona ab illis qui coram eis litigant, vel de proximo sperant litigaturi, vel litigauerunt de cæteris non est prohibitum.

10 Consiliarij Regis laudantur iudices vero comissionum, vel delegati qui male exercent offitium vituperantur, qui dicuntur Gracanorum legum ministri.

11 Probatio quę sufficiens est ad conuincendum quemlibet iudicem inferiorem per tres testes singulares non erit talis contra iudices supremos.

GLos.1. in verb. *Scripturas*. Dicam infra in.l 1.tit.18.pa. 3.

GLo 4. in verb. *Mandare tom.r.* Dicit officiales vltra taxam aliquid recipientes, etiam ab sponte soluentibus, puniendos esse, quia cupiditas tabellionum semper fingeret spontaneam solutionem, allegat bonum tex. in.l.1.C. de stratori. in qua materia, licet glossa nostra bene suo more locuta est vltra meum institutum laxare habenas intēdo, quia vtilis & quotidiana, & aliqua addam, non iniucunda, & vt melius habeantur per distinctiones procedam.

Aut aliquid datur iudicibus, tabellionibus, & cæteris officialibus, obtentu salarij debiti, & tunc aut datum excedit taxatam summam, aut non, aut datur iudici, vt pro largiente sententia proferatur, aut datur aliquid eidem iudici, vt intra breue tempus litigantem expediat, & iustitiam faciat, vel aliquid datur prædicto iudici gratiose, gratia amicitiæ cōtrahendæ, vel conseruādæ: primo etenim casu, quando iudicibus aut officialibus, aliquid præstatur intuitu salarij debiti, & datum excedit summam taxatā (quæ semper iusta præsumitur, vt notauit late Didac. Perez in l.2. titu.5. lib.2. ordi. col. 439. & habetur ex Ioann. Medina, de rebus resti. q.36. in primo responso, de quibus sportulis loquitur totus titulus decimus, lib.3 recopilatio. & .l.17. ti 9. eo. li.) Isti iudices vel officiales, recipientes vltra taxatas sportulas, citra pœnam septupli inflictam per.l.7. tit.6. lib.3. recopila. iudicibus & tabellionibus, quadrupli. per 1 l.1. tit.27. lib.4. col.3. & col.17. &.18 fol. 272 &.276 . omnes supradicti tenentur in foro animæ ad restitutionem, dantibus dictam summam vltra taxam, quamuis sponte dederint, quia cui prohibitū est accipere, non potest ei dari, Bart. in.l. inuitus. §.1. ff. de reg. iur. Bal. in.l.1. in versic. noto quod pœnæ ff. de calumni. Ancharra. in cap.1, & ibi Ioan. de Ana. n.4. de simo Bal. in auth sed hodie. C. de Episcopis & clericis. Iasson in.l. si quis in cōscribendo. C. de pact & in consil.112. volum.1 Felin in prooemio decretali. in verbo, Gregorius. neque obstat, & si contrarium tenuit glos. d. cap. 1. de simoni. in verbo. vendere, quia loquitur in casu, quo potest notario aliquid offerri ex charitate, vt exponit Abb. num.4. & hanc dicit communem Anton. Gabriel. 3. tomo, commun. opin. fol.351. num.25.

Et in proprijs terminis, quod dicti iudices & officiales, in casu proposito, teneantur de excessu, ad restitutionē parti tribuenti, tenet Abbas in capit quia plerique, de immu. ecclesia. num 12. & ibi Anton. de Butrio, num.33. contra Inno. ibi per text. in cap. non sane. 14. q.5. conantem probare contrarium, cuius doctrina non obstante, Ioan. de Medina vbi supra, q 25, asserit nostram conclusionem, & eam amplectitur Dida. Perez, in. l. 2, tit.5. lib.2. ordi. colum. 440. & doctissi-

mus

mus ille Grandeuus, Mart. Azpil. Nauar. in summa sua.c.17.num.37. ex doctrina Adriani.in 4.de resti q. 19.col.49.& Dida. Couarr.2.pa.§.3.num.2. in reg. peccatum.

2 Secundo enim casu, quando aliquid datur iudici, vt pro dante sententiam ferat, iterum est distinguendū, aut dedit aliquis, vt pro se sentētiam dicat iniustam, aut dedit vt pro se ferat, qui iustam causam fouebat, & sic vt iustam sententiam præferat, secundum iustitiæ tramites. Primò enimuero casu, quando iudici aliquid datur, vt iniustam sententiam pro dante ferat, dans amittit causam & datū, nec vlla datur ei repetitio.l.2. ff.de condict.ob turpem causa. & ibi per glo.communiter receptam. & Bart. Alex. Iass & Fulgo ibidem, & habetur in.l 24 .&. 25. titul.22.pa.3. & in.l.52. titul 14.pa. 5. & iudex tenetur restituere fisco, secundum dictas ll.partita.vel secundum alios pauperibus. Sed de hoc magna quæstio ventilatur inter doctores Quibusdam visum
3 est restitutionem necessario faciendam esse, non danti, sed pauperibus, vt in.c.de hoc, de simo.& in.c.non sane.14.q.5.& in.c.cum tu de vsuris. Quibusdam quod cuilibet potest dari: Quia quando datio, & receptio, per legem prohibetur restitutio est facienda fisco vel pauperibus, vt concludit sanct. Tho.2.2.q.32.art 7.& Paluda.in.4.sententia.dist. 15.q.3. art.5. & Syl.in verb.restitutio.el 2.num.1.versic. sed quod.& glos.in. c. peccatum, de reg.iur.in.6.& ibi Dida. Couarr 2 par.§. 2. num. 7. cui conclusioni adstipulatur Adria in.4.de resti q 19.col.49 & Ioan. Medina.de rebus resti.q.2.c. 2.incipiente de eo versi.si ob causam, distinguendo dicit. Aut causa turpis, ob quod aliquid datum est, sequuta fuit, & danti non erit restituendum, quia ab se abdicauit dominium, sed pauperibus. Aut non fuerit causa subsequuta, & tunc danti acceptū erit restituendum. Domi.tamen à Soto lib.4. de iust.& iure.q. 7. art.1. in responso ad secundum in verb.interrogas.fol.351.dicit parti restitutionem esse faciendam, sed si fiscus postea sciuerit poterit à parte condicere.

Sed contra dictam communem sententiam, tenet Angel. de Claua.in summa in verb.concussionis crimen, num.2. & in verb.restitutio el.1. in versi. turpe, quem Nauar.in summa, in.c.17.nu.32. sequitur inquiens. Quod quando turpitudo versatur vtrinq; accipiens non tenetur necessario restituere, quia quotiescunq; restitutio est facienda pauperibus, non est de precepto. Eandem conclusionem affirmat pro vera, Syl.in verb.restitutio el.2. num.1.in vers.elicitur, & ista fuit sententia san. Anto. in summa.2.par.titu.2.c.5. & Veruecili.& Monal. in summa.in verbo restitu. Quę conclusio limitatur, quādo quod restituendum est, nunquam debitum fuit alicui personę, vel collegio, in defectu, quorum restituendum erit pauperibus, neque eis fuit relictum vel donatum, neq; per legem pręceptiuam, vel sententiam eisdem fuit applicatum, vt in.c.de hoc de simonia, vbi quod datum fuit Regi pro Assensu in electione iubetur restitui ecclesiæ, & in.c. veniēs de simoni.iubetur dare parti dāti. Limitatur etiam dicta conclusio quando causa propter quam datum fuit, non fuit subsequuta, quia tunc restituendum est parti danti, vt Medina, tenet supr. loco citato, quē approbat Nauarr. vbi sup.num.36.reprobata opinione Soti supr.dicta.

In qua doctorum varietate Dida. Couarr.in regul.peccatum.2.p. §.1.num.7. fol 28.col.4.non referens supr.dicta, assignat medium, per distinctionem, & primo agit, quando facienda est restitutio, & secundo cui.

4 Et ita inquit, aut pacto fuit iniqua, ex eo quod materia vendibilis non sit, vt in crimine simoniæ, & in pactione qua aliquid promittitur, vt iniqua sententia feratur, vel iustitia ministretur: in his casibus recipiens, tenebitur omnino restituere. Quippè qui nihil dederit, aut fecerit, quod ex propria natura sit pretio æstimabile. Quod si materia vendibilis sit, quia vsus corporis, vel labor humanus, conducitur ad delictum, & ob id conuentio iure improbata est, & illicita, ratione turpitudinis, vtrinq; commissæ, fortassis accipiens poterit datum retinere in animę iudicio, in compensationem arbitrio boni viri, ob iustam mercedem laboris impensi, & industrię præstitę ad maleficium. Quam conclusionem contra communem omniū sententiā bene fundat.

5 Item in alia quæstione, an danti sit facienda restitutio, quoties recipiens restituere tenetur, scilicet quando ex vtraq; parte

parte versatur turpitudo, & dicit. Obseruandum esse, an lex quæ repetitionem prohibet, ob parem turpitudinem, sit pœnalis, ita vt in pœnam iniquæ conuentionis, expressim vel tacite, efficiat inhabilē eum qui dedit ad repetendum. Nam si inhabilis efficiatur ad repetendum, non erit ei necessario facienda, etiam si causa ob quam datio facta fuerit, sequuta nō sit: nam si sequuta fuerit, indubitanter dicit, danti non restituendum. Ex quo infero ad nostrum thema, quod prætium iudici, vt eum corrumperet danti, restitutio non est facienda, quia inhabilis redditur ad repetendum, per.l.26.titul 22. pa. 3. quæ eum condemnat in triplum dati.

6 Tertius casus est, quando quis pecuniam, vel aliquid aliud, iudici vel officiali daret, vt iustitiam ministret, & iustæ iustitiæ diffiniat tramites. Isto etenim casu, communi doctorum suffragio, receptum est, competere danti repetitionem rei datæ, quia eo caso, non tendit pecuniæ datio, in corruptionem iudicis. Quæ sententia fuit glos. in .c. sane. 14. q. 5. in verbo, ille, & fuit de mente Alexand. in.d.l.1.ff.de cōdict.ob turpē.nu.1. & Fulgosi.num 2. & Ias.num.1. & Additionator ad Alexan. vbi sup. & secūdum alios relatos per Couarr in.d.reg.peccatum 2. pa.§.3 num.11. fol. 31. & hanc tenet Nauarr.in.d.c.17.num. 37. Quia datio ista, solum est mala, ex parte recipientis, qui tenebatur ex suo officio, iustam sententiam dicere, intra tempus competens. Et Domi.Soto.bene in isto articulo distinguit, in lib. 4. de iust. & iure.q.7.art 1.fo. 351 col.1.versi.retrocedendum & concludit: recipientes aliquid, ob faciendū, vel ob omittēdū illud, quod de iustitia legali tenebatur facere, vel omittere, teneri ad restitutionē, vt sunt iudices, & oēs eorum officiales. Illi vero qui aliquid recipiunt, ob faciēdū vel omittendū illud, quod ex alijs virtutibus tenebantur, faciunt donum suum, nec tenentur ad restitutionem: qualis est, qui ab amico aliquid recipit; ne fornicetur, vel vt missam audiat diebus profestis vt notauit Nauarr.in.d. c.17.num.37. & est declaratio ad.l.4.§.si tibi indicium ff. de condictio ob turpem, & ad eius glos. in verb. repeti, vbi prouisum extat, quod si tibi aliquid dedero, vt fugitiuum meum indices aut furem, repetere non potero. Et istius. §. si tibi indicium, intellectus, examinatur per Couar. d.reg peccatum.§.1 num.6. cōmemoratæ autē distinctiones habentur per DD. in.d.l.1.ff.si ob turpem caus. m.

7 Verum tamen est notandum, in casu quo agimus, quod si litigans, iudici pecuniam aut aliquid aliud donat, præsumitur velle eū corrūpere. Ideo Bald. dat cautelā in.c.si iustus metus de appell.n. vt detur pecunia coram duobus testibus, & tabellione, ad hoc vt excludatur præsumptio idem tenuit glossa nostra.in.l.fi. titu.22 pa.3.

Circa quartum & finale dubium principale, videlicet quando datur aliquid iudici gratiose, gratia mierdi fæderis, vel amicitiæ conseruandę, videtur dicendū, quod teneantur nihilominus iudices ad restitutionem, siue sint ordinarij, siue supremi iudices Namq; de iure authenticorum, etiam sculenta & poculenta recipere non possunt, quod de iure ff. licebat, vt in glos.l.plebis cita.ff.de offi.pręsidis, quæ inquit.ipsam.l.& l.solet.ff de offic.procōsulis, correctas esse, per auth. vt iudices sine quoquo suffra.in §.scriptum est exemplar, qui probat nihil recipere iudices posse, nisi in defectum salarij. Et ita concludunt DD. in d.l. plebis cita, maxime Orocius, qui legem ordinamenti allegat. Eandem tenet Mathe. de Afflict.in constitu.Regni Siciliæ, in lib. 1.Rub 41.de offic. capita. & notat Ioan. de Imol. in c.cum ab omni specie mali, num.8.&.9.de vita & honest.cleri hanc etiam conclusionem affirmat Abenda.1. pa.capit.2.numer.3. de exequendis manda.& concludit quod.l.7.tit.15.lib.2. ordi. disponens quod iudices dona non recipiant à litigantibus, hodie procedat, etiam in non litigantibus, quia de nulla persona possunt recipere secūdum eum, siue litiget, siue non litiget. Quę conclusio limitatur per ipsam l.7. ad litigātes & sic constat quòd fuit deceptus. Maxime hodie inspecta lege quinta in titu.9.lib. 3. recopil. cuius tenor est. *Porende ordenamos y mandamos, que los alcaldes ordinarios, y otrosi los alcaldes de alçadas, y aquel y aquellos que vuieren de librar los pleitos por cōmission en nuestra Corte, y otrosi los corregidores y alcaldes y juezes delas nuestras ciudades, y villas y lugares, assi los de fuero como de salario, y assi ordinarios como delegados no sean osados de tomar, ni tomen en publico, ni en se-*

cret.

creto, por si ni por otros, dones algunos, de ninguna ni algunas personas, de qualquier estado, o condicion que sean, de los que ante ellos ouieren de venir, o vinieren a pleyto, aora sean los dones, oro, plata, dineros, paños, vestidos, viandas, ni otros bienes, ni cosas algunas. Y qualquier que lo tomare por si, o por otro que pierda por el mismo hecho el officio, e que nunca mas aya el dicho officio ni otro, y peche lo que tomare con el doblo. Et sic lex ista circa iudices in ea contentos, restringit prohibitionem receptionis donorum, ad homines suæ dictionis: in illis verbis. *De los que ante ellos vuieren de venir, o vinieren*, siue actualiter, litigent, siue non. Quia ad litigandum venire possunt, & etiã ad forenses qui actualiter litigant. Ex quo infero posse dictos iudices, munera recipere, â forensibus nõ litigantibus, cessante fraude, qui extra dictionem suam sunt & postquam ista scripsi eãdem sententiã asserere vidi Azeu. in dict.l.5.tit.9 lib.3.recop.nu.4.

9 Hæc autem prohibitio munera & dona recipiendi, laxiores habenas habet, circa auditores Cancellariarum, & supremi consilij Regis, & eorũ officiales: quia istis solum interdicitur, munerum receptio, de actualiter litigãtibus, vel de proximo verisimiliter litigaturis, aut de illis qui iam coram eis litigauerunt, non autẽ de cæteris hominibus qui gratia amicitię eis aliquid donauerint quãuis subdictione sua degãt, vt prob.l.56.ti 5.li.2.recop, in illis verbis. *Ni de vniuersidad, ni persona alguna que traxere, o verisimilmente se espera que traxera pleyto en breue, ni del que vuiere traydo pleyto ante ellos, durante sus officios.* Haud iniuria me herde, dicta cõstituitur differentia, inter iudices inferiores, & magistratus supremos: isti etenim sunt viri circumspectissimi, & in casu proposito ab omni culpa immunes, murũ, & ante mu-
10 rale populi, contra oppressiones iudicũ inferiorum: qui aut ingenij hebitudine, aut iuris ignorantia, vel auaritia insaciabili, fere rempublicam deuorant, ac deuastant, quadam tyrannide, ac si oppidũ inimicorum expugnarent: maxime illi qui iudices cõmissionis, seu delegati ad certã causam nuncupantur: qui abutentes doctrina Innoc.in.c.1.de const dicentis, licet ex causa iura transgredi (quantũ coniectura ducor) in plurimum, nec Deum, nec eius præcepta noscunt: ideo verum Deum supplico, ô supremi prætorij Regis clarissimi, & illustres viri, necnon & præseps dignissime, vt talem mẽtibus vestris inducat animum, quod raro aut nunquam, similes iudices mittatis, existimate, mihi inquam credite, quod lupos mittitis rapacissimos, in gregẽ domini, idest populum Christianum: (licet non diffiteor esse aliquando necessarium) qui vt fertur, & experientia docet, Gracchanarum legum ministri, dici possunt, qui in optimum quemque virũ maxime sęuiebant vt refert Ioann. Corras.in.l.2.ff, de orig.iur.§.post hos.num.10.pagin.193.& vtinã tales essent quales eos exegit.l.4.tit.17.par.3.

At vt reuertar vnde exiui dico, quod differentiæ quam assignaui, inter iudices supremos & inferiores, in recipiendo munera, non obstat.l.3 tit.9 lib.3.recop.quę loquitur de iudicibus inferioribus in illis verbis. *La sexta, que en quanto tuuieren los dichos officios, ellos, ni otros por ellos, no reciban don, no promission de hombre ninguno, que aya mouido pleyto ante ellos, o que sepan que lo hã de mouer.* Quæ verba, non tantum restringuntur, ad personam quam sciunt litem moturam esse, sed ad omnes suę dictionis: quos cũ eis lis aliqua cõtigerit verisimile erit, eã tractaturos esse corã suo iudice ordinario, vel delegato: & sic intelligenda sunt dicta verba, ex l 5.cod. titul. & lib. dicente. *No sean osados de tomar, ni tomen en publico, ni en escondido, por si, ni por otros, dones algunos de ninguna ni algunas personas, de qualquier estado, o condicion que sean de los que ante ellos ouieren de venir, o vinieren a pleyto.* Ex quibus manet confirmata conclusio differentiam in recipiendo dicta munera constituens, inter iudices supremos, & inferiores. Et quando dicti iudices, tam supremi, quam inferiores, recipiendo munera incurrant periurium, dicam infra isto tit.in.l 26.in glo.2 & pro hac mea sententia confert, quod Olanus in antino.iuris in litera.B.nu 49.notauit
11 dicens. Quod.l.6 tit 9.d.lib.3.recopil. disponens: quod quilibet iudex conuincitur de baraterijs, per tres testes singulares, non procedat, nec extendatur, ad superiores consiliarios, vel auditores Regios & similes iudices grauiores, quorũ integritas tollit illã suspicionem. Et miror doctorem Ioan. Seguram de Aualos, in suo directorio iudicum, qui ex professo agit, iudices nihil recipere posse, in

1.part.

1.par.c.14.n.19.&.20.q has limitationes non consideraunt: neque ad hanc differentiam animaduertit Alfons. Azeue.in dictis legibus recopilationis: & quid dicendum de salario aduocatorum, vt vltra iustum, & æquum non recipiant, dicam infra ista part.titul.10.in.l.3.glo.8.nu.6.

In.l.16.tit.9.par.2.in glo.2.

1 *Primipilum dicitur hasta ingens portans primum pilum, idest, primam hastam, & hinc primipilus qui portabat primum vexillum, & de natura huius officij.*

Glos.2.in verb.primi pilarius.Lex ista exponit, quid sit officium primi pilarij: & quia notitia huius officij, ad plenū ex lege non habetur, glos.nostra dicit: vide Lucā de Pena, in Rubr.C.de primipilo.lib.12.& Abb.in.c.ex parte.de cōsuetud.& tandem concludit, quod non solū aquilę præerat, verum etiam quatuor cēturijs, hoc est, quod quadringentos milites in prima acie gubernabat, qui tanquā caput totius legionis, merita consequebatur, & cōmoda: at pro cognitione istius officij, parū refert, quod Abb. dicit in d.c.ex parte, nam nu.4. inquit: primipilarij dicuntur illi, qui in bello deferebant primipila, idest tela. Clarius dixit Lucas de Pena.d.Rubr. vbi dicit; primipilum dicitur, hasta ingens, & sic primipilus vexillifer, qui portat primum pilum, idest primam hastam, & primipilarius, qui portabat primum vexillum ante Regem. Idem Lucas de Pena, in.l.3.eodem tit.prope finem, inuestigando quis dicatur primipilus, arguit ex vegetio lib.2.cap.20.& tādem concludit, quod sit vexillifer, quem male allegat glos nostra, & officiū istud, habet pecuniæ & rerum administrationem: quia sub se habet deposita militum, quod erat residuum stipendij, ad eorum necessitates alleuiandas, oportuno tempore, & ideo datur actio contra eorum filios, etiam non existentes hæredes, per d.l.3.quod in fauorem militū introductū fuit, contra iuris regulas. Eandem interpretationem amplectitur Alciat. in d.ti. Rubr. C.de primi.& huic interpretationi consonat, quod dicit Cicero.lib.5.Atticorū, fol.108 cuius verba sunt Atalle cohortem totam illam primam perdidit, Centurionemq; primipilarem, nobilem sui generis: & quod Titus Liuius, lib.7. suorum annalium inquit, scilicet: qui alternis prope annis, & tribunus militum, & primus centurio erat, qui nunc primipilum appellamus. Idem censuit Barth. Chassa. in cathalogo gloriæ mundi. p.9. consideratio.20. & Claudius Cottare.in tract.de iure militari vol.12.tract.fo.219. lib.1.cap.22.quod officium, vt inquit lex ista, in dissuetudinem abijt, apud nos.

In.l.18.tit.9.par.2.in gl.2.

1 *quæritur verum illiteratus esse potest iudex remißiue ponitur.*

Glos.2.in verbo. *Leer e escriuir.* Mouet quæstionem, vtrum imperitus prorsus literarum possit esse iudex: & vltra per glossam adducta, de proposita quæstione. Et de literatura, & qualitate iudicum, quoad scientiam & alia, bene comulauit doctor Ioan. Segura de Aualos, in directo rio iudicum.1.par.c.3.&.4.per totum.

In.l.24.tit.9.p.2.in glo.6.

1 *Iurisdictio alicui concessa super certo genere personarum non admittit ordinariam iurisdictionem.*

Et si sumus in dubio, an princeps voluit perdationem specialis iurisdictionis excludere ordinarium, tunc vterque iudex cognoscit.

Quæ regula procedit cum duobus ampliationibus, & septem fallentijs.

Glos.6.id verb. *Dear fazer justicia.* Mouet bonam quæstionem: an per concessionem iurisdictionis factam alicui, respectu certarum personarum, videatur adempta iurisdictio, competens ordinarijs, & dicit quod non: quia per speciale iudicem non videtur derogatum potesta ti,

ti, iudicis generalis.l.1. C. de officio præfecti vrbis: & quia si sumus in dubio, an princeps voluerit, per darionem specialis iudicis, excludere ordinarium, tūc vterque iudex cognoscit, secundū Ang. in.l.refstamenta. C. de testi.& Bal. in Authent.habita.colu.7. C. ne filius pro patre.

Ex quibus talē constituo regulā, quod iurisdictio alicui concessa, super certo genere causarum, non adimit ordinariam iurisdictionem, vel potestatem iudicis, vt in terminis asserit Bar.in.d.l 1.C. de officio præfecti vrbis, vbi dicit: quod licet fiat vnus officialis super damnis datis, vel super abundantia, non tamen propter hoc tollitur iurisdictio quam habet potestas, quia habet vniuersalem reuisionē: quod volu.t Dec.consi.3.num.4. & Corne.consil.96.num.8.lib. 1.Aret.consi.83. Roman.consi.293. Roland. à Valle cons. 80.lib.2. vbi dicit cōmunem, & Iaf.in.l. quod in rerum § si quis post.ff deleg.

2 Primo ampliatur dicta conclusio, etiā si specialiter alicui iudici, per verba taxatiua iurisdictio concedatur, vt si ei cōcessa fuerit iurisdictio, cum facultate quod ipse solus possit cognoscere de talibus causis. Quia nihilominus non censetur adempta iurisdictio, iudicibus habētibus similem iurisdictionem, Tyber. Decian. respon.1.18.numer.22. cum sequentibus, lib.3.quod est notatu dignum, si verum esset: contrarium quippe asseruit Felin. in.c.pastoralis,nu.6.de offic.ordin. Dec. d.consi 3 nu.3. & Roland. à Valle intelligit verba Dacian.respectu paritatis iudicum, non autem respectu maioris magistratus, quasi vult quod facta dicta concessio, maioribus magistratibus, sit priuatiua ordinarij.

Secundo ampliatur, per concessionem iurisdictionis factam maioribus magistratibus, non videtur quod princeps à se abdicet iurisdictionem, Grāmat. Voto.28. quæ cessant quando constat de mente principis esse, quod tales officiales, non possint se de talibus causis intromittere.

Fallit primo, quando principis concessio, priuatiuē fieret, Grāmat. decisio.30. num.1. Capicius decisio.9.nu.15.in fin.

Secundo fallit, quando fuit facta concessio quod causę debeant agitari in alio loco, per vicarium ibi imponēdum, nam eo casu, ex mente concedentis apparet, quod iurisdictio illa fuit priuatiuē concessa, ita dixit Roman.consi 393. num 9. vers.sed aduertendum est: idem sing.2r. Felin.in dict.c. pastoralis, num.4.de officio ordin.

Fallit tertio, quando concessio fieret, non solum respectu loci, sed etiam respectu certi generis personarum, puta viduarum, pupillorū, quia videtur cæteris adēpta iurisdictio, secūdum Corne.consi.76. nu 11.lib.3.& Marth. de Afflict. decis.41. Felin.d.c. pastoralis, num.8.

Quarto fallit, quando iudex datur per priuilegium, ab aliquo obtentum à principe: quia tunc, iurisdictio censetur data, & autoritas priuatiuē, non cumulatiuē: secus si motu proprio, à principe fuisset facta concessio: ita Corne.dict.consi.86. num.16.lib.1. Aretin.consi. 102. Grāmat. decis.30.num.12.& ita intelligitur, c.studuisti, de offic legat & ad.l. cosulta diualia. C. de testa. & ad.l placet. C. de Episcopis, & clericis, respondet Corne. consil.16.lib.1.assignans rationem differentiæ: quia quando datur ad petitionē partis, datur in earum fauorem, & sic censetur facta concessio priuatiuē: secus quādo conceditur motu proprio, quia potest alia causa subesse.

Quinto fallit, quando datur iudex fauore fisci, in causis fiscalibus, quia tū censetur concessio facta priuatiuē, quoad alios iudices: dantur etenim speciales iudices fisco, ad obuiādum fraudibus, quæ possunt fieri contra fiscum, ita per Corn. d.consi.76.nu.13.lib.1.

Sexto fallit, nisi iurisdictio differat inter se, tanquam genus & species, quia species derogat generi, quando illa species euellitur de genere, tanquam species separata à toto, sicut vna ouis remoto ab ouili: secus quando species ponitur tanquam species, gratia coadiuuandi vel supplendi genus, vt bene distinguit Felin.d. c.pastoralis, num.5.& num 8. & per Iosephum Ludouic.3.tomo cōmun.opinio, fol.497.col.2.in fin.

Septimo limitatur, quamuis lis fuerit finita, si de eo mentio fiat in rescripto Regis, quia tunc delegatus habebit suam iurisdictionem priuatiuē, glos.in.c.prudētiā.§.sexta de offic.delegat.&.l.38.tit.18. pa.3.& ibi Glossator.

In.l,26.tit,9.p,2.inglo.2.

1 *Periurium non committitur sine dolo obiecta distinctione Iassonis dicentis quoad actum periurij incurrendum sufficit sola culpa non quoad incurrendum reatum, & pœnam periurij.*

GLos.2.in verbo.*La segunda*. Postquam posuit, qualiter domini cōsiliarij, summi prætorij, iuramento astringantur, de 1 cuius forma habetur, in.l,6.tit.5.lib.2.recopil.male in margine glossę allegata: & etiam qualiter inferiores iudices eodem iurameoto colligantur, dicit: quod dicti iudices, nec io leuibus, nec in grauibus erunt periurij cessanre dolo: nam periurium requitit dolum, secundum Bal.in.l. obseruare §. proficisci col.fio.ff.de offi. proconsul.

Contrarium asseruit Ioan. de Imol.in l.qui iurasset.ff.de iure iurand. nu.4. dicens: quod sola colpa committitur periurium: ad quod allegat Andr. de Isern. & Bald.in c.licet si de fœudo fuerit cootrou.intet domi.& agna. & male quoad Iserniam, qui d.c licet non legit. licet Iacobus Aluarot.ibidem, teneat eandē sententiam, vbi dicit: quod ille qui non potest soluere, propter paupertatem, incidit in periurium, si ei potest culpa imputari: idem dixit d.Iacob.Aluar.in cap fi. de alian.fœud.pater.& pro ista parte facit talis collectio, qoi non implet contractum iuramento firmatum, ratione ralis difficultatis, quę casui fortuito æquiparatur, periurium cōmittit, si ex dolo, vel culpa incidit in illam difficultatem, vt habetur ex quibusdam conclusionibus Cagno.in.l.quod te mihi.ff. si certum peta. fol.185.nom.100. At Ias.in.d.l.qui iurasset.num 9.dicit quod quoad actum periurij incurrendum, sufficir lata cupa, & ita procedit glo fio.in Clem.non potest de procura. secus quoad incurrendū reatum, & pœnā periurij. & allegat pro sua sententia Innoc. io cap. cum.P.&. G.de offic.deleg.

Sed quamuis ista concordia sit apparens, essentialiter vera non est: & ideo contrariam opinionem, sequendo Bald. in.d.l. obseruare, in. §. pro ficisci. tenēt Claud.& Cagn. in.l. si quis maior. C.de transactio.num.186.tomo.2. quam dicit communem: & eum sequitur Iul. Clar. §.periurium, nu.9.& Petrus Fichius 1.tomo cōmun.opinio. fol.451. num.177. & pro ista cōmuni facit, quod dicir Iasso, in d.l.si quis maior.num 2. vbi confirmādo Bald.sententiam, inquit, quod quamuis d.Bald.nihil allegauit, facit pro eo text. in.c.queritur in.§.item ponitur.22.q.2.& glos.in.c.breui.de iure iuran. & quæ notant Canonistæ in c.r.de delict.puero.& quæ dicunt Paul.& Alex.in.d.l. qui iurastet, & etiam hanc tanquam cōmunem amplectitur, Didac. Perez, in.l.1.titul.8. lib.8.ord.fol.187.vers.& prætetea.

Titulus.10 Qual deue

el Rey ser a los de su señorio.

In.l.2.tit.10.par.2.in gl.11.

1 *Iudicis partes sunt, ciues discordantes, & rixantes componere non solum in criminalibus, sed aliquando in ciuilibus ne deueniant ad arma.*



1 Lo.11.in verb. *Guardandolos.* dicit Rex cum sit bonus, subditorum curam habet: & hinc est quod in. l. congruit. ff. de officio præsid. dicit: congruit bono viro, & graui pręsidi, curare, vt peccata atq; quieta prou incia sit, propter bonum subditorum. Et inde DD.inferunt, maxime Oros.ibi quod si inter ciuitates, & etiam priuatos, nascatur contentio, iudicis pattes eas esse, vt componat, in auth.de mādat.priocip.in.§. deinde.l.si vsusfructus, §.si inter.ff. de vsufruct.modo quęstio crimioalis sit: & aliquando etiam in causa ciuili, poterit subditor compellere, propter scandalum vitandum.l. æquissimū. ff.de vsufruct. de isto articulo aliqua nō iniucunda dicit Iasson, in l.quidam existimauerunt.ff.si certum pera.num.4.& latius per Dueñas regul.30. & Bernard. Diaz regul.102.& ibi Salzed. & domin. Anton.de Padilla in Rub. C. de transactio.

ctio.num.8.& Montal.in.l.5.tit.7. lib.1. fori. Dida. de Castello, io.l.57. Tauri. Molina de primog.lib.4.cap.9.ou.30.Ioan. Grac. in reg.251.

In.l.3.tit.10.pa.2.in glo.8.

1 Licentiati gaudent priuilegio doctorum in fauorabilibus si actu legant vel iudicent vel sint aduocati, quamuis de contraria cõsuetudine aliqui attestantur cui standum erit si de ea constat.

Licẽtiati graduati Salmãticæ Vallisoleti, Compluti, vel in collegio Bononiæ gaudent immunitatibus nobilium.

2 Aduocati etiam Bachalarij tantum gaudent priuilegijs licenciatorum & doctorum, vt non conuenian tur vltra, quam facere possunt, neque torqueri quæ conclusio, secundum quosdam limitatur ad aduocatos curiæ Regis, & Cancelleriarum, vbi multa in laudem aduocatorum dicuntur.

3 Doctor ad hoc quod priuilegijs legum gaudeat debet esse vita honesta, & scientia legali præditus.

4 Quando glossa vel doctor concludunt per verbum cogita remanere videntur in vltima opinione relata si neutram reprobant.

5 Aduocati ambigua facta causarum dirimunt lapsa erigunt fatigata reparant patriam parentesque seruant.

6 Ex qualitatibus personarum quaslibet dispositiones metimur, & sic contrarium dicẽdum circa aduocatos qui facta ambigua causatum potius diruũt quam dirimunt.

Aliqua dicuntur contra aduocatos iniquos.

7 Notatur nõ esse specialitatem aliquam circa aduocatos bachalarios in Curia aduocãtes, vel in aliqua Cancelleria, nec ob hoc officium dicuntur nobiles, nec eos lædens incidit in crimen læsæ maiestatis contra Matientium, nec gaudent priuilegijs licentiatuum aduocantium, de consuetudinẽ.

GLos.8.in verbo. *Sabiduria delos derechos.* Lex ista dicit, peritia iurium, est altera militia: idem inquit.l.2.tit.2. par 5 & hioc occasione sumpta, glossa examinat, quales homines literati, gaudeant priuilegio militum, ad hoc vt torqueri non possint, neque conueniri vltra, quam facere possunt: & quãdo à muneribus personalibus, & à collectis immunes erunt.

1 Et resoluẽdo quæstiones, gl. nostra dicit: aut isti homines periti iurũ, sunt licẽtiati, aut Bachalarij: si licẽtiati gaudẽt priuilegio doctorum, in fauorabilibus, & sic non tenentur, ad munera plebiorum, dũ tamen actu doceant, vel iudicent, vel officium aduocationis exerceãt, aut ex aliqua legitima causa, iam non exercent literas docendo, vel postulando.

Limitat vero hanc suam conclusionẽ, quoad solutionem collectarum, & tributorum: quia ab illa præstatione, solum sunt exempti licentiati, graduati Salmãticæ, & Vallisoleti, & Compluti, & in collegio Bononiensi si tamen actu legãt aduocent vel iudicent, at si Bachalarij sunt & aduocati, siue in curia suum officium exerceant, siue extra in oppidis vrbibus, vel villis, vbi caput est iurisdictionis, ponit pro vtraque parte fundamenta, & relinquit cogitandum: hactenus glos. quãtum breuius summare potui.

Ex qua duas sumam quæstiones quas pro viribus curabo expedire. Prima erit, an oppellatione doctorum veniant licentiati in fauorabilibus, ita quod eorũ gaudeant priuilegijs. Secunda an Bachalarij aduocati eisdẽ gaudeãt priuilegijs, quod licentiati Et quoad primum, an appellatione doctorũ, veniant licentiati in fauorabilibus, tenet Bald. in.l.1.ff. solut. matr. & ad-

& additio.ad Bart.in.l.1.numer.26.C.de digni.li.12 & Iaf.in l.ad egregias.n.11.ff. de iure iur.quod fic,quãuis idem Iaf.in.l. filiæ licet.C. de collatio.nu.8 &.9 dicat, non feruari de confuetudine. Bald.attamen,in.l.penult ff.de tefta.milit. & in.l. athletæ in principio.ff. de excufatio. tuto.dicit,quod licentiatus, & habilitatus ad doctoratum, non venit appellatione doctoris: idem dicit Iaf.in.l.quamuis.C. de in officio tefta.num.3.& Alexand. in l.is cui pure. ff. ad Trebell. & Alciat.in l.2.§.ftipulationem.ff.de verbor.obligat. num 5.& Ioann.Gracian.in reg.145.numer.17.dicit, horum opinionem contra gloffam noftram,& quos ipfa pro fe citat,in praxi feruari: vbi falfe gloffæ noftræ imponit, vt dixerit ipfa fuam conclufionem de confuetudine non feruati, cum prorfus contrarium dicat: imo quod feruata fuit,& pro noftræ gloffæ fententia,video Tiraquell. de legibus connub. glof 2.num 2. & Marian. Cora. 1.tomo, cõmuni.opinio.fol 24.num.98.dicentes cõmunem effe,quod Licenciatus in fauorabilibus habeatur pro doctore,per text. cum glof.in l penult ff de milit.tefta & quamuis Felin.in cap.cam te, de refcrip. num.1.pro contraria fententia,contra dictam cõmunem multa adducit,non auderem recedere à cõmuni, cum limitationibus glof. noftræ: ita quod appellatione doctorum, quoad munerũ excufationẽ, veniant licentiati,actu legentes, vel iudicantes,vel officium aduocatorum exercentes:&quod non tenebuntur ad munera plebeiorum,& fic neq; torqueri,neque conueniri vltra,quã facere poffunt, quæ funt priuilegia militum, quibus ifti afsimilantur.Nam doctor dicitur in dignitate conftitutus.c.quanto,de Magiftris,& militibus æquiparatur, vt tenet Ioann. And. in reg. cũ in contẽplatione, de reg. iur.in antiquis,& Alex de Imol.in.l.cẽturio.ff.de vulg vbi eos in decem cafibus æquiparat,Hippol.in fing 556.Iaf.in.l.1. nu.3.C. de iuris. & fact. ignor. Thomas Grãmar.in vol.1 nu 4 Mattbefila.nota. 59.notat Petr.Dueñas reg.190.3.ampliatio.& in reg.55.limitar.7. vbi probat,doctores actu legentes,militibus æquiparati,& quod torqueri non poffunt,etiã con fuetudine contraria ftante,quæ nõ valet: vt tenet Bar.in.l.omnes iudices.C.de decution.lib.10.& eũ fequitur Roma. fing. 488.Chaff.in confuet. Burg. Rub. 1.§.4. nu.8.& Dueñas d.reg.190.nu.4.& iftam dicit cõmunem Aegid.Bofsia.in prac.in tit.de indicijs,nu.111.quem approbat Iul. Cla.in pract.§.fi q.64.n.16. At.d.principalis conclufio limitatur, in collectionibus tributorum,& collectarum,vel indictionũ,quia ab iftis tantum funt immunes licentiati, & doctores graduati, Salmanticæ,Vallifoleti,Compluti,& Bononię,per.l.8.& 9.tit.7.lib.1.recop. dum tamen actu legant aduocent, vel iudicent, vt glof. ifta fentit, quam fic intelligunt Baeça de Inope.debitore.c.16. num.139. & Didac.Perez,in.l.4.ordi.col. 1441. & Auend.in dictiona.in verbo. maeftro,in fin.& Azeu.in d.l.8.recop.nu.4.poft medium: quia d.l.8 nihil aliud facit, quam cum qualitate iuris reftringere illa priuilegia ad graduatos in d. locis cætera remanent in iuris difpofitione.

2 Ad fecundam tandem queftionem deueniendo,quã glof.noftra mouet,in calce: an Bachalarij qui officium aduocationis exercent, erunt immunes à dictis muneribus perfonalibus,& etiam gaudebunt alijs priuilegijs, quibus fupra dicti licentiati gaudent? ita quod, neque torqueri pofsint,neque conueniri vltra,quã facere poffent, ipfa cogitãdum reliquit, & pro parte affirmatiua, quod dicti Bachalarij aduocati, gaudeant dictis priuilegijs,facit lex,fancimus,vbi eximuntur à muneribus perfonalibus, & l.admonendi.C.de aduoca.diuerfo.iudi.vbi eos milites vocat,& eorum officium militiam, & in terminis quod non conueniatur vltra,quã facere poffunt,tenet Bar.in.l.miles,nu.2.ff.de re iudi.Alex.in.l centurio, ff.de vulg.& pupil.& ibi Franc.de Ripa. nu.17.adducens multa pro vtraq; parte, concludit priuilegia conceffa doctoribus effe conceffa aduocatis, fiue fint cõceffa dignitati doctoreę, fiue fauore publico, ratione occupationis exercitij doctoratus,pro republica,fiue quia docent: quia aduocati dicuntur docere,cũ iudices docent,& ignaros clientulos: & infuper inquit,quid attamen dignius aduocationis officio? quod peregrina negocia, ad fuas trahit moleftias, vt laboribus fubueniat alienis:quod officiũ, valde extollit Hoft. in prooemio fuę fummæ col.6.n 8.dicẽs, aduocati iure vtentes officio fuo duriorẽ melioremque vitam agunt,quam fratres men-

mendicantes)cui bona sua pace credere
nolo)moderatius loquitur Host. quē ipe
male allegar vbi supra dicens, iure ciuili
principaliter regũtur aduocati fideles, &
iusti iudices vitã actiuã sine plica ducen-
tes, quæ si bene duceretur magis fructife
ra esser, quã cõtẽplatiua per tex. in c. nisi
cũ pridẽ. §. nec putes, de renũcia, sed qui
sunt hi, & laudabimus eos: & quia mili-
tare dicuntur, in multis priuilegiãtur, se-
cundũ Abb. in c. fi. n. 1. de postulan. cuius
cõclusioni suffragatur Tiraquel. in tract.
causa cessante, limitatio 15. n. 7. dicẽs, ad-
uocatus deposito officio, remanet clarissi
mus, neq; torqueri potest, & ad eũ mitti
debet, vt ad egregiã personã, secũdũ Bar.
in. l 1. C. de aduocat. diuerso. iud. & Fel. in
c quę in ecclesiarũ, col. 29. de cõst. & Ias.
in. l. si ita stipulatus sum, col. 6. n. 27. ff. de
verb. oblig. & facit pro ista conclusione,
l. 1. tit 14. li. 6. Recop. quã ad hoc põderat,
glo. nostra, in illis verbis. *Excepto los casos* q̃
por derecho les son otorgados: & cũ hac con-
clusione trãseunt Ioan. Grac. d. reg. 145.
n. 16. & Matie. in dialogo relat. & aduoc.
1. p. c. 9. nn. 6. qui eã limitat, ad aduocatos
fori principis, qui vt inquit, nobiles dicũ
tur, eo q̃ omnes Regis officiarij, nobiles
reputantur, vt testatur Chass. in consuet.
Burgun. Rub. 6 §. 4. nu. 6. & per eundẽ in
cathal. gloriæ mundi. 8 p. cõsid. 19. & idẽ
Matie. vbi sup. dicit: quod eos offendens
cõmittit crimẽ læsæ maiestatis, qui exer
cendo aduocationis officium, in consilio
principis, his qui sunt, ad latus eius æqui
parantur, ad quod allegat Arid. de Isern.
in c. 1. quæ sint regalia in vsibus feud.

3 Sed tãdem ab istis, discentire videtur
glo. nostra, in finalibus verbis, ex eo quia
si supradicta sentẽtia esset vera, nihil spe
cialitatis, esset in licẽtiatis & doctoribus:
& sic vnus infimus bachalarius, & idio-
ta, qui male, ac misere exercet officiũ ad
uocationis, in curijs Regis, gaudebit pri-
uilegijs doctorũ, regentium cathedrã pri
mariã Salmanticæ, cum etiã ad hoc quod
doctor gaudeat dictis priuilegijs, quæ re
fert Ang. in. § item Romæ inst. de excu-
satio, tutorũ, & Ant. Gom. in. l. 83. Taur.
nu. 16. debet esset honesta vitã, & legali
sciẽtia præditus: & sic ego potius accede
rem, tacitæ voluntati glossæ nostrę. Quæ
quãuis cogitandum dicat, tenere videtur,
dictos bachalarios etiã aduocatos, dictis
priuilegijs doctorũ non gaudere, idq; te-
statur Alfon. Azeu. in d l. 8 tit. 7. lib. 1. Re
cop. nu. 4. post medium: & sic intelligen
da est cõclusio Petr Dueñas locis citatis
parificãtis aduocatos, & doctores: vt in-
telligatur de aduocatis, Licentiatis, nõ de
Bachalarijs tantum: & quod glo. nostra
id censuerit probatur: quando doctor cõ
cludit per verbũ (cogita) si neutrius par-
tis argumentũ reprobat, videtur remane
re in opinione finali relata, secundũ gl. fi.
4 in. l. qui filiũ. §. fi. ff. ad Trebe. quã cõmuni
ter dicit approbatã, Ant. Maria. Cora. 1.
tom. cõmu. opin. fol 14. n. 98. quã formã,
gl. nostra, in præsenti seruauit, & est no-
tãda d. gl. in. l. qui filiũ, ad intelligẽdã no
strã, quę pluribus in locis dicit, tu cogita.

5 Et quãuis verũ esset, quod dicti Bacha-
larij, aduocati in cãcellerijs Regijs, gaude
rent priuilegijs doctorũ, quod nõ fateor:
intelligendũ erit de illis, qui sunt hone-
state, & prudẽtia prẹditi, & in quibus cõ-
currunt causę priuilegiorũ concessorum,
contentæ in. l sancimus, & in. l. aduocati,
C. de aduoc. diuerso. iud. vbi d priuilegia
cõcedũtur & immunitas eo q̃ ambigua
facta causarũ dirimunt, suęq; defensionis
viribus sępe publicis in rebus, ac priuatis
lapsa erigunt, & fatigata reparãt, ac quia
nõ minus prouident humano generi. quã
si prælijs atq; vulneribus patriam paren
tesq; seruarẽt, ac finaliter, quia spẽ laborã
tium, & vitam & posteros defendunt.

6 In cæteris vero, in quibus prædictæ ra
tiones deficiũt, cõtrariũ erit dicendũ, ar-
gumẽto sumpto à ratione finali cessante
c. cum cessante, de appellatio. vt habetur
per Euerar. in loco 85. & Tiraq. in tract.
de cessante causa, limitatio. 1. n. 51. dicen-
tẽ, certe prope perpetuũ est, in omni ma
teria, vt scilicet, ex qualitate personarũ,
dispositiones quaslibet metiamur: vt vi
dere licet in. l. plenũ. ff. equitij. ff de vsu,
& habitatio. Ergo contrariũ dicendũ erit
in aduocatis, qui facta ambigua causarũ,
potius diruunt, quã dirimunt, & lapsa &
fatigata nõ erigũt, neq; reparãt, sed imo
fortia infirmãt, & tantũ sibi prouidẽt, nõ
humano generi: & quorũ militia, cũ nũ-
mis cliẽtulorũ est, vt bursa miserorum fiat
thysis, sua antẽ hydropica, vt dixit Blan.
cus in. §. peculium instit. de actio. & isti
sunt quos Specul. appellat deuoratores
pauperum, & de quibus Zazi. in scholijs
ad. l. 2. § post hos quoq; in verb. neq; ob-
tinuit in hęc verba, prorumpit. Indigna

S me

me Hercule iuris peritorum putaui, ob mercedum speculã omnia circunuolitare, fora præstrepere, vociferari forensiq; eloquentia, quam veteres caninã facundiam vocant, mutuis se latraribus impetere, deos fatigare & homines, maxime in causis iniustis, quæ tamen iniquorum aduocatorũ causa sunt: quos Plato accipitres pecuniæ nũcupauit: hæc & alia multa dici possunt de iniquis aduocatis, quę Matien. adducit in dialogo relat. 1 part. c.9. in principio vsq; ad nu.9. de quibus etiam loquitur Hierem. c.5. dicens; Inuẽti sunt in populo meo, impij insidiatores quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas, ad capiendos viros, & alia quæ congessit, Guiller. Lerousse in historia iuris ciuilis, & Pontifi. c.5. nu.10. vol.1. tract. fol.41. & cum nullatenus, isti possint dici benemeriti de republica, locus nõ erit gratificationi, & ideo non gaudebunt dictis priuilegijs: & de periculo officij aduocationis quoad conscientiam & de bonis, & malis nõnulla refert Azeu. in Rub. tit.16. lib.2. Recop. à nu.1. cum sequentibus, & ibi in.l.1. qualiter teneantur exercere officium suum: & qualiter de imperitia in.l.2. eodem titul. & libro. & circa salarij pro suo labore prestationẽ excessiuam, inquit in.l.21. tit.16. lib.2. Recopil. nu.4. & 5. quod aduocatus tenebitur de excessu ad restitutionem in foro consciẽtiæ, & quamuis ista sit opinio multorum grauissimorũ virorum quos Didac. Perez refert in.l.1. tit.19 lib.2. ordi. col.663. & Auen. in c. prẹto. c.2. par.2. & Nauar. in summa c.25. n.30. à qua nõ discedẽdo, dico tamẽ, magis speculatiuã esse, quam practicã propter difficultatẽ in tassa: nã ista fieri debebit attenta qualitate, & difficultate litis, & litigantium, & aduocati quibus pensatis raro, aut nunquam talis excessus in prẹstatione reperietur, qui ad restitutionem obliget, & si excessus aliquando reperietur, tunc ita libera, & spõtanea voluntate dabitur, quod non obliget aduocatũ ad restitutionem, cũ ad certam quãtitatẽ nulla. l. tassauerit, & sic ad ista perpendenda spititu quodã diuino crederem esse opus, cum isti hoc in casu ius sibi dicãt & iudices sint in sua causa.

7 Sed tenendo conclusionem, vt omnes bacbalarij aduocati qui honestate morũ ac prudẽtia præditi fuerint, gaudeãt prẹdictis priuilegijs: nescio quare Matien. d. dialogo restringerit tantũ ad aduocatos Cãcelleriarũ, & curiæ Regis, nã ei obstat d.l. sancimus, in illis verbis, sed neq; aduocatis prouinciarũ, vel spectabilium iudicũ, quisq; existimet, aliquid iniungẽdũ: & ratio quã assignat, videlicet quod aduocati fori principis, nobiles dicuntur eo quod omnes officiales principis dicũtur nobiles, falsa est: nã illi soli officiales principis dicũtur nobiles, qui officiũ habent Regale, habens merũ & mixtũ imperiũ: vt testatur Chassa. in consuet. Burgun. Rub. 6. §.4. nu.5. & .6. Nec minus, d. Matie. prodest sua assertio, in d c.9. dicẽti, quod qui offendit aduocatos cancellerię, vel curiæ Regiæ incurrit crimen lęsæ maiestatis, ad quod allegar And. de Iser. in.c. t. quæ sint Regalia, qui potius cõtrariũ probat: nã ibidem nu.83. & .84. solũ loquitur, in officialibus principis, habentibus merũ imperium, reprẹsentantibus personã principis, ad quẽ expectat creatio taliũ officialiũ, & ideo glossæ nostræ conclusioni accedo, in quantũ vult quod bachalarij nõ gaudeãt priuilegijs licẽtiatũ, de qua consuetudine testatur d. Ioan. Grac. vbi supra.

Titulus.13 Qual deue *el pueblo ser en conocer e hõrar su Rey.*

In.l.1.tit.13.par.2.in glo.2.

1 Ad hoc quod dicatur aliquid fieri palã sufficit si dicatur manifeste in loco publico pluribus, seu omnibus videntibus, seu videre volentibus.

2 Si constat de dolo, idẽ est delinquere palã, ac clã, idem est quando dubitatur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, aliud erit in genere permissorum, sed in specie prohibitum.

GLo.2. in ver. *Paladinamẽte*. Dicit: quod ad hoc vt dicatur dictũ fuisse palã, sufficit si dicatur manifeste in loco publico: cui addo, publice dicitur fieri vel dici,
1 quod omnibus, seu pluribus videntibus, seu videre volentibus fit, vel dicitur, de quo late in repertorio inquisitorum, in verbo, publice, & ibi eius Additionator Petrus Mendran. & Bald in.l.2. C. de

de his qui ex publi. ratio. lib. 10. & in. l. 1. C. de prędijs decurio. lib. 10.

In eadē gl. in illis verbis, punitur enim
2 magis delictum factum palam, quam factum clam, probat. l. a. §. & generaliter. ff. de vi bonorū rapto, & l. aut facta. §. qualitatē. ff. de pœnis. Cui conclusioni addo Battrin. d. §. & generaliter, & glo. in c. de homine, de celebratio. Missa. & in c. nemo. 22. q. 4. & in c. clericus solus. 81. dist. in qua quæstioe distinguit Iacob. Butri ca. l. 3. C. de summa Trinit. quem Abb. in c. cum quidam, de iure iuran. sequitur, & inquit: aut tractamus de causa delicti, aut de effectu, si de causa quę est dolus, aut constat de dolo, & non est facienda differentia inter clam & palā: aut dubitatur, & tūc si tractamus de his quę sunt de genere prohibitorū, nō est differentia, quia semper presumitur dolus. l. 1. ff. de sicarijs c. 1. de presumptio. Aut loquimur de his, quæ sunt de genere permissorum, in specie tamē sunt prohibita, vt matrimoniū: & tunc aut fit clam, & præsumitur dolus, aut palam, & oon præsumitur dolus, sed error. l. 1. ff. de ritu nuptia. Eodem etiam modo resoluit d. Abb. in c. fane, de celebratio. Missa. & Iass. in. §. ex maleficijs Insti. de actio. num. 12. vsq; ad num. 22. & idem Ias. in l. si quis id quod. nu. 3. & 4. ff. de iurif. omn. iud. Andr. Sicul. in cons. 47. vol. 1. o. 29. dicens: vbicunq; actus fit clandestine, qui fieri debet palam, præsumitur dolus, Bal. in. l. 1. C. de interdi. matrimo. & Felin. in d. c. cum quidam, postquam dicit, quid dicatur fieri palam, vel clam, inquit ouum. 8. & 9. cæteris paribus, magis dilinquit qui palam, quam qui clā delinquit, ratione exempli.

1 *In contractibus, & testamentis in casu dubio datur electio debitori in iudicijs iudici.*

GLo. 3. io verb. *La mayor merced.* Mouet quæstionē, an pœnis alternatiuis, electio sit iudicis, vel rei, & distinguit. Aut
2 verba diriguntur ad reum, aut ad iudicē, si ad reum, ipse eliget, si ad iudicē iudex: de qua quæstione, late & satis docte loquitur Felin. io c. inter cęteras, de rescri. nu. 5. & 7. dicens: quod in casu dubio iu-
3 dex eligit, idem in c. sicut dignum de homicid, nu. 7. & ibidem per Maria. Soc. & per Bernar. Diaz à Luco reg. 547. & Eue rardus in loco. 49. limitatio. 8. & Ioann. Grac. reg. qui in hunc modū distinguit: aut sumus in cootractibus, aut in vltimis volūtatibus, aut in iudicijs. Prīmo casu, aut verba referuntur ad creditorem & ipse eligit, aut sumus in dubio. & tunc procedit nostra regula, quod debitoris erit electio. Secundo vero casu, quando sumus in vltimis voluntatibus, eadem fa cienda est distinctio, & id ex cōmuni resolutione dicitur: in dubio tamen creditoris erit electio. Tertio casu cum sumus in iudicijs, idem est dicendum, sed in dubio iudici electio datur: & quia satis resoluta est ista materia per sup. dictos doctores non immoror amplius.

In. l. 6. tit. 13. pa. 2. in glo. 3.

1 *Inhabilitatio propter crimen hæresis de officijs publicis & honoribus: extenditur ad nepotes ex linea masculina ex fœmmina ad filios tantum.*

Quæ limitantur ad filios, & nepotes illorum qui hæretici sunt, vel in sua hæresi decesserunt.

GLo. 3. in verbo. *Todo su linaje.* Dicit lex ista, quod tota agnatio, seu familia proditoris infamatur. quam glo. nostra limitat, ad descendentes, vsq; ad secundum gradum, & sic vsq; ad nepotes, per text. in c. statutum, de hæreti in. 6. qui tex. solum facit inhabiles ad successionem, filios & nepotes ad honores & officia publica: & sic innuit glo. nostra, quod rigor iuris ciuilis sit temperatus, quoad istud crimen heresis, per sanciones canonicas.
2 Cui addo, quod dictum c. statutū, cl. 2. limitatur ad filios hæreticorū, qui in sua hæresi viuentes persistunt, vel hæretici contumaces recesserunt non autē ad filios reconciliatorū, quia sunt eccle siæ reincorporati, vt ex d. c. statutum, aperte colligitur: & sic eum intelligit ibi Dom. §. 1. n. 2. & repertorium inquisito, in verb. filij, fol. 356. col. 4. & Siman. de institutio Catholi c. 29. de filijs & minoribus, nu. 4. & quę pœnę, ad istos filios hæreticorum descendant, eas ponit Pau. Grillan. de heret. q. 3. n. 4. & q. 4. nu. 1. Ludou. Carre. in prac. in tit. de hæret. n. 140. Vmber. in iudicio inquisitorū, Ant. Gomez. in varijs

tomo.5.cõs.nu,35.fol.32.col.3. addens dictas pœnas transire adnepotes, linea masculina, & ad filios tantum fœminina, secundum Cyn.in.l.quisquis. C. ad legem Iuli.maiest.numer 4. & Alberic.ibi, colum 2.& Angel. num 5. & Bald.num.3. & de crimine læsæ maiestatis humanæ, dicam infra in.l.2.titul.2.part.7.vbi bene glossa nostra loquitur, & de quæstione valde vtili, an ista pœna inhabilitationis filiorum, & nepotum, in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, habeat locum, modo sint nati, ante delictũ à patre, vel ab auo cõmissum, modo sint nati, post delictum commissum, dicam infra in l.6.tit.27.ista part.prope finem.

1 *Iudex potest facere gratiam melioris mortis præter in crimine lęsæ maiestatis.*

2 *Propter nimiam senectutem, vel iuuentutem, vel dementiam, vel iram, quæ hominem prorsus alienat, licet pœnas minorare.*

3 *In crimininе lęsę maiestatis reperitur maius & minus ius dicenti, æquitas ante oculos esse debet.*

4 *Cui pœna minoratur ex causa is nõ potest ad mortem dnari limitatur nisi crimen sit horrendum, & necessaria eius punitio.*

5 *Pœna pro expressa habetur, quæ ex futuro euentu venit certificãda quãdo lex dicit, quod nulla alia pœna imponatur, non potest minorari.*

GLos.5.in verb. M*as habiltadamente.* Di-
1 cit: quod licet iudex potest facere gratiã melioris mortis, in alijs causis, in causa criminis læsæ maiestatis, non potest: ex eo quod lex ista dicit. M*as habiltadamente*, regulam probat Bal. in.l.data opera. C.qui accusare non possunt in principio, fallentiã tamen lex ista, secundũ glossam nostram.

2 Cui obstare videtur, quod ex causis à iure approbatis, licet pœnas minorare, vt propter nimiam senectutem, vel iuuẽtutem, vel dementiam, vel iram, quæ hominem prorsus alienat, vt probant tex. in.l.2.ff.termi.moto, & ibi Alber. & glo. in.l auxilium. §.in delictis. ff.de minoribus, &.l. hodie.ff.de pœnis, & habetur per Bart.in.l.quid ergo.§. pœna grauior, ff.de his qui nota.in fami. & Bal. in.l. & si seuerior. C.eod.tit.& Roma.cons.429. & Hippolyt.singul.182. modo iudex rationem non excedat: notat Tiraquel.de pœnis temper.in pręfatio. numer.22.& Auend.de exequendis mand.2.part.c.16. num.10.vbi ponet.22.causas, pœnas minorandi & Salzed.in additio.ad Bernar. Diaz in practic.cap.139. & Iulius Clarus in pract.quæstio 60.à nu.1. cum sequentibus: vbi per omnes pene causas distinguendo, discurrit, & in quæst.85. nu.10. dicit: quod si causa sit extrinseca, iudex inferior non poterit minorare pœnas, & Ioann.Gracian.reg.344.Couar.in lib.2. variar.cap.9.num.8.& Plaça de delictis lib.1.c.33.num.5.

Quæ conclusio extenditur, etiã ad cri-
3 mẽ læsæ maiestatis, in quo etiam ex causa licet pœnas minorare, vt probat text. in.l.legati.§ hoc tamen.ff.ad leg.Iul. maiest.maxime cum in isto crimine, reperiatur maius & minus, ex varijs eius speciebus: vt colligitur ex.l.1.&.2.&.3.ff.ad leg.Iul.Maie.& ex.l.1.&.2.titul.2.par.7. & l.1.tit.18.lib.8.Recopil. in illis verbis: *Como quier que este yerro no sea tan graue, como la traycion que se haze contra el Rey:* neque in punitione istius criminis æquitas exterminata est, cum ius dicenti ante oculos esse debet.l. quod si ephesi. ff. de eo quod certo loco. Quæ minorandi pœ-
4 nas causæ, adeo conferunt, vt eis concurrentibus, reus ad mortis pœnam damnari non possit, ex Bald.doctrina, in. l.3.C. de probatio, & in.l.penul.C.de nauti.fœnore, & Felin.in cap.qualiter & quando, el.2.num 35.de accusatio.Ang.in §.interdum inst.de furt.Ganden.in tract.maleficio, titul.de homicidio, Salic.in.l fi. C. de raptu.virgi.Paul.cons.36.vol.2. Ioan. Aneuisan.cons.75.num 7.Auen.de exequendis mand.d.cap.16.num.17. part.2. Salz.in additio.ad Bernar.Diaz reg.371. Neq; ad pœnã corporalẽ. quamuis de iure, hodie non seruari dicit, d.Iul.Clar.in d.q.85.num.10.in fi. cuius non meminit Alfons.Azeu.in.l 2.tit.1.lib.1 Recopilat. nu.19.vbi articulũ tangir, ergo apparet, quod etiam in crimine lęsę maiestatis, iu-

dex

dex poterit ex causa facere gratiam mortis melioris.

Prędictis vero non obstantibus procedit conclusio glossæ nostræ, quia supra cõmemorata limitatur, si crimen sit horrendum, & necessaria exemplaris punitio, tum etenim licet iura transgredi, secundum Innoc. in cap. 1. de const. & Ias. in. l. 1. C. de precibus imperatori offeren. num. 5. & Hippol. in. l. s. in princip. ff. de Sicarijs, num. 47. in fin. vbi refert punitionem dementis, qui inclitum, & Serenissimũ Regem Ferdinandũ, vulnere percussit, & punitus fuit, ac si sanæ mentis esset, & sic isto casu procedit glossæ nostræ adnotatio.

Et confirmatur dicta conclusio glossæ nostræ, eo quod lex ista, in illis verbis. *De que muera por ello lo mas cruelmente, e lo mas habiltadamente, que puedan pensar.* Prohibet tacite, ne alia mors proditori infligatur,
5 quã quę pessima excogitari poterit: quę pro expressa habetur, quia ex futuro euẽtu venit certificanda. l. quidam. ff. de rebus dubijs, & ibi Bar. nu. 1, facitq; doctrina Bal. in. l. non dubiũ. C. de leg. & Feli. in c. qualiter, & quando, el. 2. de accusatio. n. 32. dicẽtis, q quãdo lex disponit: quod nulla alia pœna imponatur, iudex etiã sed est non poterit pœnã minorare: ergo cum taciti, & expressi idem sit iudicium, quãdo eadem in oibus versatur ratio Bar. in. l. cum quid, nu. 2. & 9. ff. si certum petatur, videtur quod ob hoc extet conclusio glossæ nostræ.

1 *Opinio dicentiũ, quod de iure partitarum crimen læsæ maiestatis est detegendum, etiam deficiente probatione, & aliorum contrarium asserentium consiliatur, vt iudici dicatur non tanquam iudici, sed tanquam bono viro.*

2 *De iure ciuili nemo tenetur manifestare delinquentem secus de iure canonico.*

3 *Ad iudicis instantiam quemlibet teneri furem, vel delinquentem propalare indistinctè non est verum.*

GLos. 8. in verb. *Qualquier que lo sopiesse.* Gloss. nostra concludit, quod de iure partitarũ, vnusquisque etiam per simplicem scientiam sciens, parari crimen læsæ maiestatis, tenetur ad reuelationem
1 per legem istam, in illis verbis. *Otrosi qualquier que lo sopiesse, por qualquier manera, e non lo descubriesse, puesto que no viniesse acabamente de fecho, es traydor.* Et in. l. 9. infra isto titulo, ibi. *E a aquellos que entendiessen el mal, o el daño de su señor, e no lo descubriessen, farsan traycion conoscida.* Huius glossæ sententiam, approbant Anton. Gomez, in tomo. 3. variarum, cap. 3. num. 4. & Ioann. Gracian. regul. 120. numer. 7. ad quam conclusionem allegat legem istam dicens: quod miratur dictum Gomezium, & Glossatorem nostrum, eius non meminisse: iniuria equidem, si quidẽ Glossator noster, non solũ hanc, sed alias citat in præsenti, & in dict. l. 9. quæ conclusio per dictos doctores extenditur, quamuis crimen sit improbabile, per dictas. ll. partitatum: cui conclusioni adstipulatur Bat. sententia, idem tenens, in. l. vtrum in fin. ff. ad leg. Pompe. de par. & in. l. 1. §. occisorum. ff. ad leg. Iul mai. Ias. d. l. 1. §. si tibi. ff. de condict. ob turp. nu. 4. abnegantque dicti DD. nostrates, locum esse Bal. sententiæ, limitanti Bar. conclusionem, vt non procedat, si crimen læsę maiestatis fuerit scienti improbabile, in consil. incipienti quãquam allegata sint multa, quem sequitur Felin. in cap. de cętero, de re iud. num. 17. & Ioann. de Ana. in Rubric. de his, qui filios occiderunt num. 5. & Hippolyt. de Marsi. in singul. 164. & fuit opinio glossæ in capit. si quis Papa. 79. distinct. & in c. quisquis. 1. q. 1. quibus Glossator suffragator in. l. 33. titul. 6. supra part. 1. Nec in hoc sibi est cõtrarius, cum hoc procedat de iure communi, illud de iure partitarum, sed in hac varietate assignari potest concordia, quod tam de iure cõmuni, quam de iure regni: reuelatio criminis læsæ maiestatis sit facienda, etiam deficiente probatione, iudici: non tanquam iudici, sed tanquam bono viro, vt periculo succurrat, sicut latius dixi supra, in. l. 33. titul. 6. part. 1 in glo. 2 in tertia limitatione: quia hæc reuelatio sufficiet ad inquirendum, & tunc iudex ex officio eum examinabit, ne forte denunciatore in probatione deficiẽte, accusetur postea de dolo, & calũnia: vt in Rub. C. de delatori. li. 10. habetur, & in. l. 2. ibidem, & in. l. si quidem. C. de in-

iurijs, & in.l.si quis de libertate. ff. eod. titul.l.si tibi.C.de liber.causis, & Bart.in l.eum qui ff.de iniurijs Cyn. in. l. si non conuitij,C.de iniurijs.

Quæ conclusio principalis, est specia-
2 lis, in crimine læsæ maiestatis : nã de iure ciuili, non tenetur quis delinquentem manifestare.l.1.§.si tibi.ff. de cõditio ob turpem caus.& ibi Ias.num.4.& l. in ciuile.C.de furtis, & glo.ibi, & DD. quam uis verũ sit quod de iure canonico teneatur, vt habetur per Abb.in.c.qui cũ fure. num.4.de furtis Auiles in cc. prætorum, in cap.30.in gl. allegorias, & per Couar. in reg.peccatum.2.par.§.3. num.4.&.5.
3 & Ioann Grac.in reg 130.num.4.dicentem: ad instantiã iudicis, quemlibet teneri furem vel delinquentem propalare, tã de iure ciuili, quam canonico. Quę conclusio intelligenda est, cum distinctione, videlicet, aut iudex procedit per viã inquisitionis, aut accusationis, si per viã inquisitionis, non procedet eius opinio indistinctè, sed cũ limitationis positis, per Martin. Azpilq. Nauar. in c.inter verba 11.q.3.Collor.64.conclu.6.num.222. cuius verba sunt. *La tercera que tãpoco es obligado, ni deue descubrir el delicto secreto al juez, aunque especialmente se lo pregunte, si la noticia del no es necessaria para impedir males, o no esta ya medio prouado por testigos o indicios, o casi medio declarado por fama bastãte.* Si per viam autem procedit accusationis, vel denuntiationis, tunc potest testis si vult, deponere cõtra accusatũ de crimine occulto, sed tamen nõ tenetur, vt idem Nauarr. concludit vbi supra numer.224.fol.379. cuius verba sic ordinãtur. *Porque el testigo, quando se procede por la via de la acusacion, puede si quiere deponer contra el acusado de crimen oculto, pero no es a ello obligado, hasta que sepa estar ya medio prouado, o por indicios, alomenos casi medio prouado por fama.* Et sic intelligenda est dicta sententia Gracian.in dict.regul.130.numero.4.

In.l.13.tit.13.par.2.in gl.4.

1 De iure, & consuetudine pertinet ad Reges Hispaniæ, cognitio de tollendis violentijs, tam inter personas ecclesiasticas, quam seculares.

Huic cõclusioni obstare videtur multũ c.3.sess.25.concil.Trid. cui respondimus per bona argumenta.

2 Consuetudo non tollitur per sequentem legem nisi de ea fiat specialis mentio.

3 Iura sunt intelligenda sine præiudicio iuris tertij, quia præsumitur quod princeps nemini vult præiudicare.

4 Consuetudo habet vim priuilegij, quod non tollitur per legem generalem nisi de eo mentio fiat.

5 Consuetudo reuocatur reuocato canone per quem talis consuetudo introducta sit nisi scandalum sequatur in reuocanda consuetudine.

6 Iudex qui de violentijs cognoscit potest condẽnare in expensis iniuste appellationem sequentem.

7 Bona patrimonialia clericorum subsunt Regis ordinationi quãdo perturbant iurisdictionem ciuilem.

Et Regis constitutiones ligant possessiones clericorum, nisi contrarium in iure canonico fuerit dispositum.

Lex ciuilis, quæ specialiter mentionẽ de clericis facit non est seruãda etiã si consona sit canonibus de honestate.

GLos.4.in verbo. *Nin fuerça.* Probat de iure, & consuetudine, ad Reges Hispaniarum, pertinere cognitionem, etiã in-
1 ter personas ecclesiasticas, de tollẽdis violentijs illatis, per iudices ecclesiasticos: cui addo text.in.c. Regum, & in c.princeps 23.quæst.5.à quibus emanauit.l.36. tit.5.lib.2.Recop.& de dicta consuetudine, testatur etiam Nauar.in c.cum cõtingat.de rescrip.in remedio.1.fol.151.& Nuñez de Auen.de exequend.mand.1 par. capit.1.num.32.& Didacus Perez, in.l.5. titu.3.lib.2.ordin.colum.311.& Vezinus in.1.tomo, cõmuni.opinio.fol 188. col.a. fallent.. 5. de quo nouissime & bene per Alfon.Azeb.in.l.2.tit.6.lib.3.per totum.

Sed

Sed contra omnia iura, & doctores supradictos, fortiter constat text. in cap.3. sessione.25. Concilij Trident. vbi dando formam iudicibus ecclesiasticis, & caussas, imponendi excõmunicationem subdit. Nefas sit sæculari cuilibet magistratui, prohibere ecclesiastico iudici, ne quem excomunicet, aut mandare, vt latam excõmunicationẽ reuocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto, non sunt obseruata, cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat: quæ verba licet prima fronte, multũ videantur obstare, tamen ea bene intellecta non obstant: quamuis ad certa capitula bullæ Pij Quinti de isto articulo disponente bene extat responsum per Nauar. in sua summa Latina lingua scripta in cap.27.n.69. &.70. & per Cordubam in sua summa. q.35. & per Alfons. Azeued. in l.2 tit. 6. lib.1. recop. col. penult. dicentes, quod ista concilij decisio procedit, quãdo iudices cognoscũt tanquam iudices appellationis, & habentes iurisdictionem: secus quando in modum tolle diuini.

2 Vel aliter dici potest, q̃ dicta cõstitutio, nõ procedit in partibus, vbi ius cõtrariũ est in vsu, ex consuetudine legitime acquisitũ, tẽpore immemoriali: & ideo per d.c.3. non derogatur in hac parte potestati nostri Regis, circa istas violẽtias tollendas, quę ei de iure speciali consuetudinario, competit: secundum mirabilem doctrinam, glossæ & Archid. in cap. quoniam, dist.18. dicentium: quod posterior constitutio, priorem tollit, etiam si de illa non fiat mentio, nisi prior sit rescriptũ c. cæterum, de rescr. in.6. vel nisi sit consuetudo, quia non tollitur per sequẽtem constitutionem, nisi de ea fiat specialis mentio, per tex. in c. licet, de const. in.6. & refert Sylu. in verbo. lex, nu.26. in fin. quæ sententia fuit Domin. in d. cap. licet num.5. &.6. & Philippi Franc. in dict. c. licet, num.5. qui circa priuilegia idem testatur. & Cardi. Zabar. in Clem dudum, de sepult. q.9. in versic. nos etenim: nec huic conclusioni obstat doctrina Arch. in d. cap. licet num.11. limitans dictã conclusionem, vt tunc procedat, quando consuetudo sit specialis, secus si sit generalis, tunc etenim tollitur, per posteriorẽ cõstitutionẽ generalẽ, quę limitatio nõ obstat. Nã respondeo, q̃ dicta consuetudo, violentias expellendi, respectu totius Christianismi, specialis Hispaniæ dici potest, & permissa, cum Papa sciat, & tollerat.

3 Secundo facit pro ista parte, quod iura sunt intelligenda sine pręiudicio iuris, in re alicui quæsiti, quia princeps per legem suam, nemini præsumitur pręiudicare. l.2. §. Merito, & ir. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico fiat, capit. quamuis. de rescript. cap. super eo. de officio delegat. quę iura quamuis de rescriptis, priuilegijs, & alijs dispositionibus priuatis, loquantur: tamen etiam in legibus communibus, habere locum testatur Cardina. in cap. ad petitionem, de accusatio. oppositio.5. quẽ ibi sequitur Ioan. de Ana. numer.4. & Martin. Azpilquet. Nauar. in cap. si quando, in exceptio.14. pag.70. in fi. & idẽ in c. cũ contingat, de rescri. in remedio.1. pag 152 ad medium.

4 Tertio facit, quod dicta consuetudo, est rationalibis, à tempore immemoriali pręscripta, habensque vim priuilegij, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & ęstiua. cap. super quibusdam. §. pręterea, de verbor. significat. notat Couari. in regul. possessor. 2. parr §.4. nu.6. fol.38 & in lib.1. variarum. cap 17. nu.5. & Gabriel.3. tomo, commun. opinio. folio.294. colum.2. num.1. Sed priuilegium non tollitur, vt dictum manet per posteriorem constitutionem nisi de eo fiat specialis mẽtio, vt notabiliter defendet Philip. Fran. in d.c. licet, per tex. in c. veniẽs. de rescript. & Ioann. And. in d.c. licet, & Bald. in l. non plures. C. de sacrosanct. Eccles. gl. in c.1. de capellis monacho. in.6. in verb. de consuetudine.

5 Quarto facit, pro dicta nostra conclusione, alia ratio. de iure decretorũ, Regibus data iurisdictio est, violentias tollendi, à iudicibus ecclesiasticis illatos per cap. Regum, & cap. principes.23 quæst.5. & per text. in c. filijs. 16. q 7. quę iurisdictio, consuetudine roborata est: & quamuis regulariter, reuocato canone, per generalem constitutionem, censetur reuocata consuetudo, per quã in locis particularibus introducta erat obseruantia legis cõmunis, limitatur, nisi in loco esset scandalum: quia tunc, licet reuocata esset lex consuetudo obseruari debet. secundum glo. in c. super eo. de cognario spiritu. in verbo, consuetudo, & ibi Anton. de But. num.7. post medium, cuius verba sunt:

lex noua, non tollit conſuetudinem oppoſitam, quæ habet concurſum cum diſpoſitione iuris cõmunis, ſi illa perſiſtat, in obſeruatione cõſuetudinis, & ex eius omiſsione, ſcandalum ſurgit: quam doctrinam approbat Panormit. in dict. c. ſuper eo numer. 6. poſt medium, qui non citat Butrium, quos ſequitur Philipp. Franc. in dict. c. licet. num. 17. & iſto medio reſpondere poſſumus ad Abb. in cap. qualiter, & quando. de iudi. dicentem, in num. 7. in fin. quod dictum cap. filijs correctum extat per noua iura. quod licet correctum ſit, dict. c. filijs per iura noua, conſuetudo tamẽ per quam introductus fuit ille text. manet incorrecta, propter ſcandalum quod orietur ex eius fractione, & abolitione, vt patet ad ſenſum: multa etenim, & grauiſsima incõmoda, & perturbationem, reſpublica pateretur, ſi de violentijs illatis, per iudices eccleſiaſticos auditores Cancellerię non cognoſcerent, maxime cum hæ partes Hiſpaniarum, tam longe à Romana curia diſtent: ex quibus fundamentis cõſtat, per dict. c. 3. ſeſsio. 25. non derogare iuri Regũ Hiſpaniarum. cognoſcendi de violentijs illatis per iudices eccleſiaſticos, cum de eo nulla mentio ſpecialis fiat, & iſta dicatur charitatiua defenſio, vt dicit Matth. de Afflic. in cõſt. Regni Siciliæ Rub. 67. c. fin. num. 11. lib. 1.

In eadem gloſ. 4. in verſ. dubitare tamen vidi, in Regali cancelleria, vbi diſputat, & quęrit, an eo caſu quo per modum violentias tollendi, princeps inter eccleſiaſticas perſonas cognoſcit, condemnare
6 poſsit, vim facientem in expenſis: & ad partes diſputans, concludit, poſſe per eundem iudicem, qui de violẽtijs cognoſcit, fieri dictam condemnationem expẽſarum: quia licet Rex non poſſet punire clericum in perſona vim facientem, puniet in patrimonio tẽporali, quod ei ſubeſt. l. ad dictos ſupplicio. C. de Epiſcopa. audien. & quia Regis cõſtitutio ligat poſſeſsiones clericorum, ſecundum Inno. in c. poſtulaſti, de foro competent. quã ſententiã Petrus Nuñez Auend. de exeque. mand. 1. p. c. 1. nu. 32. fol. 18. col. 3. in fi. ſequitur, nil aliud allegans. quam gloſ. noſtram: & quãuis vera ſit ſententia gloſſæ noſtræ, tamen duæ finales rationes, quod bona & patrimonia clerici, ſubſunt Regis ordinationi, & quod Regis conſtitutio ligat poſſeſsiones clericorũ, intelligẽdæ ſunt cum grano ſalis: ita vt prima concluſio procedat, circa clericos pertur
7 bantes iuriſdictionem ciuilem, vt cunq; ſit: vt notauit Guiller. Bened. in. c. Raynuntius in verbo, vxorem nomine adalaſiam deciſ. 2. nu. 168 in fin. fol. 83. & etiã prouiſum extat in. l. 4 tit. 1. lib. 4. recop. quę punit, iuriſdictionẽ ſecularẽ perturbantẽ, per captionẽ tẽporalitatis ſuę, vbi videas Azeu. Secũda vero cõcluſio procedit quãdo contrariũ non fuerit in iure canonico ſtatutũ, vel nõ fuerit ſancitum cõtra libertatem eccleſiaſticã. Vt habetur ex Feli. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. num 69 & 43. vel ſi ſpecialiter, lex non diſponat, ſuper eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis, vt ſunt ll. quę habẽtur in tit. C. de ſacroſanct. eccleſ. & de Epiſcopis & cleric. quia licet aliquę non repugnẽt iuri canonico, de honeſtate non ſunt ſeruandæ, vt inquit ipſe Felin. ibi. num. 40. fallentia prima, & quia bona clericorum gaudent regulariter priuilegio fori, & eccleſiæ pertinent quoad protectionem, vt notat Abb. in. d. c. eccleſia in lectura, num. 22 & in iſto articulo dixi latius ſupra, in. l. 54. tit. 6. part. 1. in glo. 2. num. 18 & 19. at his omiſsis pro principali concluſione gloſſæ noſtrę facit tex. decidens dubium, in. l. 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. cuius verba ſunt. *Y ſi por el dicho proceſſo pareciere la dicha appelacion non ſer iuſta, y legitimamente interpueſtà remitan luego el proceſſo al juez eccleſiaſtico. con condenaciõ de coſtas, ſi les pareciere para què el proceda, y haga juſticia.* idemq; teſtatur Alfon. Azeued. in d. l. 2. tit. 6. lib. 1. recop. in fin, quẽ poſtea vidi.

In.l.22.tit.13.p.2.in glo.11.

1 Rex donans caſtrũ, aut villam intelligitur reſeruata ſuprema iuriſdictione.

2 Appellari poteſt à iudicibus dominiorum ad ipſos dominos.

3 Qua pœna puniantur domini terrarum impedientes appellationes, ne ad Regem veniant, & quando puniãtur obhoc, tanquã rei criminis læſæ maieſtatis.

Gloſ.

1 GLos.11.in verb. *O le embargassen.* Tripliciter cōcludit. Primo dicit, quod quāuis Rex donet castrum cum sua iurisdictione, semper intelligitur, reseruata sibi suprema iurisdictione, quæ ab eo separari non potest. Secundo dicit, pœna istius legis, puniri posse dominos terrarum, impedientes appellationum delationem ad Regem. Tertio notat, quod quamuis dicti domini, denegent iurisdictiooem subditis, non ob hoc, iurisdictione priuabūtur: sed quod est recurrendum ad Regē: hactenus glo.

Cuius primę conclusioni adstipulatur l 1.ti.1.lib.4. Recop & l.14 tit.18.eo lib. & l.5 tit.15. infra ista pa. nam in concessione meri & mixti imperi, non venit cognitio appellationum, eo quod ista supre ma iurisdictio non potest à Rege separari, magis quàm radij solis, ab ipso sole: secundum Afflictis, in consti. Siciliç, lib.1. Rubr.47. num.9 fol.188. & Couarr. in c. 4. pract. questio. & Rola. à Valle consil. 4. nu 41. volum.3. in tantum, quod dicta appellatio, attenta d. l.5. part. à quibuscunque iudicibus dominorum erat immediatè deferenda, ad ipsum Regē, neq; contraria prescriptio aliquid valebat: vt notat bene Auend. in cap 5. preto, nu.2. lib.1. & in cap.6. num.1 eo. lib. & Puteus in tract. syndi. in tit. de excessibus varonum. Guille. Bened. in cap. Raynuntius, in ver. vxorem, el.2 num.24. Et ita hodie practicari deberi testatur Alfon. Azeue. in dict. l.1. tit.1. lib.4 Recop. nu 40. & 41 eo quod quædam lex de Guadalajara, non est apposita in noua Recopilatione, nisi forsitan sit aliud acquisitum ius,
2 consuetudine prescripta: quia tunc poterunt appellare à iudicibus ordinatijs, siue à ipsis iudicibus, quos vulgo vocantur *Alcaldes mayores o Corregidores*, ad ipsos dominos terrarum, quæ habentur per Couarr. dict. c.4. pract. quæst. & per Auiles cap 28. præto. in glossa. ante nos, fo.134. & glossam nostram, in l.18. tit. 23. pa.3. tamen hæ duæ sententiæ non faciunt duas instaorias, sed vnam, vt notat Couarru. d.c.4. ampliatur glossę nostrę conclusio; vt etiam si Rex velit, non possit dictā supremam iurisdictiōnē alienare, siue fiat per concessionem, siue per quamcunq; aliam alienationem: nam ab ea totaliter Rex se spoliare vel expropriare non potest: vt testatur Paul. Cast. consil. 70. volum 1 quem ad hoc citat glossa nostra supra in l.8. tit 1. ista. pa. & Rolan. à Valle, consil 1. num.134. volu.2. quamuis quęcunque verba generalia, siue generalissima addantur in concessione, secundum Matth. de Afflict. decis.122. & Roland. à Valle, consil.4. num.42. cum seq. vol.3.

3 Ad secundam glossæ nostræ conclusionem deueniendo, dicentem, dominos terrarum esse puniendos pœna huius legis, impedientes, appellatiooes venientes ad Regem, dico quod hoc fieri potest dupliciter, aut per cauillationes, non negando superioritatem, sed vt eorū sententię executioni mādentur: & isto casu procedit glossę nostrę sensus, aut per modum rebellionis, negando Regi subiectionem: & isto casu punientur, tanquā rei, criminis lęsæ Maiestatis: vt notat Bart. in extra. ad reprimendum, in ver. rebellando, quæ conclusio limitabitur, si quo ad illud tantum superioritatem negauerit, in reliquis tamen se supponat.

In tertia sua conclusione, inquit glos. nostra, quod non ex eo; quod domini terrarum negent subditis iurisdictionē, ea erunt priuandi: sed recurrendum ad Regem, videlicet vt per eum iustitia ministretur. Hanc conclusionem probat d. l.1. lib.4. tit.1. Recop. & l.2 ti.1. li. 8. d. recop & in l.14. tit 18. d. lib.4. notat Auenda. cap.1. præto num.31. lib.1. & per glos. nostram supra, in l.2. tit. 1. ist. pa. in verb. priuilegio, vbi inquit, quod condemnationes factæ, hac de causa per iudices missos à Rege, in terris dominorum applicantur fisco Regis, & non dominorum: quod etiam notauit Azeued. in d. l. 1. tit. 1. lib.4. recop. num. 31. & 32.

Titulus. 14 Qual deue el pueblo ser en guardar al Rey y su muger y sus hijos, y los otros sus parientes, &c.

In.l.2. tit.14. pa. 2. in glo.1.

1 *Duplex est simplicitas quædam est cōtraria dolositati quæ bona est. Alia est contraria discretioni, & illa est mala.*

2 *Sim-*

1 2 *Simplicitas quæ contraria est discretioni æquiparatur falsitati, cũ per vtranque deuiamus à vero tramite.*

Falsitas autem dicitur quoties veritas immutatur, & est exceptio quæ cõpetit contra contractum guarentigium & alios, & qualiter contractus simulatus æquiparetur falso.

1 Glos. 1. in verb *Necedad*. Dicit duplicem esse simplicitatẽ, quædam contraria dolositati, & illa est bona, quædã contraria discretioni, & illa est mala, & ibi bene habetur: cui addo sanct. Bernard. in sermone. 71. fol. 175. col. 3. litera. C. dicentem: nec modo hilatis dator, sed & qui tribuit in simplicitate diligitur à Deo & simplicitas candor est, & in sermone 17. fol. 133. col. 1. in litera. B. dicit, oportet autem & esse simplicem, & sermo 13. fol. 130. colum. 1. litera. D. dicit. Non ergo omnis gratiarum actio, accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica, & meta simplicitate procedit. Et ista simplicitas est de qua Abb. in cap. dilecti, de iudi. dicit, bona simplicitas est illa, quæ contraria est dolositati, de quo est tex. in cap. Petrus Diaconus. 39. distin. & in capit. si cu pis. 16. q. 1. & ista est amplectenda, & si dicit veritas, state simplices, & habetur in cap. veritatis, de iure iuran. & in. §. quod ad fœminas inst. de legit. agna. successio. in illis verbis, simplicitatem amicam legibus amplectentes. & lib. 3 Regum. c. 9. Dixit Deus Salomoni, tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis & æquitatẽ.

2 Lex autem nostra ista duo æquiparauit, simplicitatem quæ contraria est discretioni, & falsitatem, cum per vtranque deuiamus à vero tramite: ideò dicam aliqua, circa falsitatem. Falsitas autem dicitur, quoties veritas immutatur. l. 1. ti. 23. pa. 3. & de ista loquitur. l. 1. tit. 21. libr. 4. Recopila. quæ refertur inter exceptiones quæ opponi possunt contra instrumentũ guarentigiũ, de quo articulo vidẽdus est Azeu. ibi. n. 142. cui æquiparatur exceptio simulationis. Et ita poterit ista opponi, sicut illa, secundum Bal. in. l. non verum. C. de donatio. inter vir. & vxorẽ, de quo multa videri possunt per Rebuff. in consti. 1. tomo in tractat. de literis obligato. art. 1. glos. 9. num. 23. Felin. & Decius in cap. ex parte. el. 2. de officio, & potest, Iud. de leg. ille in fallentia. 12. iste in nu. 4. Tiraquel. in retract. linagiet. §. 1. glos. 21. num. 12. & alia plura qualiter contractus simulatus, æquiparetur contractui falso, adduxit Auenda. in dictiona. in ver. falsedad. & sicut falsus contractus non est contractus, ita simulatus, vt in titul. C. plus valere quod agitur, quam quod simulate concipi. quia dicitur falsus largo modo, vt notauit Bal. in dict. l. non verum. Item committitur falsitas multis modis, circa testes & instrumenta, circa scripturas & monetam, de quibus loquitur non minus bene Iuli. Clarus. in pract. in. §. falsum.

Titulus. 15. Qual deue *ser el pueblo en guardar al Rey en sus hijos.*

In. l. 2. tit. 15. pa. 2. in glo. 1.

1 Primogenitura siue primogenia & maioria & maioratus idem apud nos esse.

2 Melioratio tertij non cadit in vnĩco filio contra parladorium.

3 Ex multitudine authorum non quod melius sit semper iudicatur, & an quadrans sit legitima vnico stante filio.

4 Tertia bonorum pars, non est legitima, respectu filiorum & descendentium vel ascendentium, sed prelegatum, respectu extraneorum est legitima, quamuis respectu filiorum quo ad multa dicatur legitima, & quo ad plurima differt.

5 Legatum non valet in vnicum tantum hæredem, & tale non dici-

tur

tur prælegatum,sed præcepto iuris hæredis.

Heres non potest à seipso sumere legatum,nec sibi à seipso legare potest.

6 Filius vnicus cui prælegatum factum est tertij id non capiet iure hæreditario,sed iure patrimonij,& hac de causa possessione non agnita melioratio tertij & quinti per filium melioratum transfertur ad suos hæredes.

7 Lex limitat facultatem disponendi patri de tertio.

8 Non licet patri grauamen vnico filio imponere in tertio,quæ per sex fallentias limitatur.

Glos.1.in verb. Mayoria.dicit: Maioria 1 idem est quod primogenitura, & est vulgare Hispanum,cui addo primogenitura,siue primigenia,vel primogenia, & maioria,& maioratus,idem apud nos esse,licet Tiraquel.de iure primoge. in præfatione, nume.1. cum trepidatione, vocat primogenia. Habetur etiam per Lodu.de Molios,lib.1.cap.1.nume 4.de primogen.

2 In eadem glos.1. in q.11.vbi quæritur an melioratio cadat in vnico filio,& concludit quod non. Idem afferit ista glos. in l.8.titul.4 pa.5.in verb. a otro. Quæ sententia fuit etiam Didac.Couar. lib.1. variarum.cap.19.nu.3.& tenet eam Anton.Gomez in.l.17.tauri,num.19.& .d. Lodu.de Molin.lib.2.cap.11. numet.3. pag.317. Palaci.Rub.in.l.27.tauri. & in cap.per vestras.§.in constituenda.nu.11. Roderi. Xuarez in.l. quoniam in priori- bus amplia.7.oum.4.d.Anton. Gomez io.l.40.tauri.num.25.Tellios Ferdiu.in.l. 20.tauri,oum.2.Gaspar Boecius de non melioran. nomine dotis filiabus. cap.9. num.6. dominus Anton.de Padilla in l. cum virum.C.de fideicommissis,num.2. Didac.Perez in additio.ad feguram, in l.vnum ex familia.ff.de legat.2.in. §.sed si fundum.& doctor Peral.io.l.titius. in §.lucius.num.16. ff.de lega.2.

3 Contra istos magnates tandem pectore Adamantino, & audacia gigantea, insurgit Ioan. Parlado in suo opusculo rerum quotidiana. c. 7. per totum asserens,quod melioratio tertij cadit in vnico filio, deferens pro clypeo illud apophthegma Iustiniani,in.l. 1.C.de vetere iure enuclean.col.3 dicens: sed neque ex multitudine authorum ,quod melius & æquius est, iudicatote,cum possit vnius forsan,& deterioris sententia, multos & maiores,aliqua in parte superare,& tota quæstionis difficultas consistit,in intellectu.l.11 tit 6.lib.5.recopila.an tertium,id est,quadrans sit legitima, stante vnico filio,ita vt in eo nullum grauamen imponi possit,nec vlli restitutioni subijci, an vero habeat naturā prælegati:sicut si ex fratibus pluribus filijs, esset dictū tertiū prælegatum vni.& quod pluribus extantibus liberis, dictum tertium bonorum, totius hæreditatis,habeat naturam prælegati,& nō legitimæ,affirmat Ioan.Lupus de Palatio, Rubio.in.l.17.tauri, nu. 5.& Didac. de Castello in.l 18. tauri. & ibi Gomez Arias in.l.16. Tellius Ferdiu. ibi,in.l.23.num.2.

4 Quorum conclusioni refragantur Antoni Gomez in.l.23.tauri, nu.1.dicens, quod melioratio tertij dicitur legitima respectu filiorum,cum extraneo relinqui non posset,cum prelatione tamen, eligendi inter liberos. dictus tamen Ioann. Lupus in d.l 23. num. 10.in fin. resoluit aliter dicens,tertiam bonorum partem, non esse legitimam respectu filiorum & descendentium, vel ascendentium , sed prælegatum, respectu tamen extraneorum esse legitimam, cum eis relinqui nō potest,in præiudicium filiorum,cuius resolutio placet Matientio in.d.l.11.tit. 6. lib 5.recopila.in glo 1.nu.2.cum additione,vt etiam respectu filiorum dicatur legitima quo ad molta licet quo ad plurima differat, & potius prælegatum dicatur. A quibus discentit. d. Parladori.s.c. 7.inquiens,tam respectu filiorum, quam descendentium,ac extraneorum, tertiā partem bonorum testatoris, non computari in legitima:imo tanquam prælegatum haberi,idque verum esse, siue prælegatum fiat inter filios,siue vnico tantum filio:quia secundum eum asfignari non potest ratio differentiæ,quare magis cōpetetur prælegatum in legitima, meliorarione vnico filio facta , quam si inter multos fiat, & quamuis erudite edepol, hac

hac & alijs rationibus suã sentẽtiã astruit & contrarijs respõdet: minimè vero satisfacit, nec vllo verbo respondet ad oppositum, quod multum vrget, adductũ per Didac. Conarr. in dict. lib. 1. variar. c. 19. n. 3. de tex. in. l. in fideicõmissum, in. § si legatũ. ff ad Trebell. Cui addo similem in. l. legatum est. § 1. ff. deleg 1. qui disponunt. Legatum non valere in vnicũ tantum
5 hæredem, nec tale posse dici prælegatum, sed præceptio iuris hęredis, & ratione hæreditatis: & sic melioratio in vnicum filium collata, non est vera melioratio, sed præceptio iure legitimæ.

Quantum ad tertium attinet, quod fundamentum, in tantum procedit & est verum, quod prelegatum factum vnico hæredi, habet naturam rerum hęreditarium, vt veniat in fideicommisso de portione hæreditatis restituenda, secundum Paul. de Castr. in. d l. in fideicommissum. § si legatum, & in. l. Titia. ff. ad leg. fal. nu. 1. & Bald. in. d. §. si legatum, & in. l. legatũ est. ff. de leg. 1. & Iass. in. l. plane. § si duobus. ff. deleg 1. num. 20. (& pro resolutione istius amplationis videndus est Ant. Gomez. in. 1. tomo varia. cap. 5. de fideicommissaria substitutione, num. 18. cum sequentibus) & ratio est, quia non habet hæres, à quo sumat legatum, nec sibi à se ipso prælegari potest: & sic intrare prælegatum iure hęreditario, non prelegati
6 necessarium est.

Sed quia mihi aliquantulum sententia Parladorij arridet, huic obiectioni respõdeam, & dico, quod argumentum doctissimi Couatru. procedit, in his prælegatis quę nobis iure hęreditario deferuntur: secus autem in illis, quę iure patrimonij, quia in eis prælegatum capitur, sine vlla subtilitate iuris. Hacq; de causa, possessione non agnita, melioratio tertij & quinti, per filium melioratum transfertur, ad suos hęredes, eo quod in ea succeditur iure patrimonij, & non hęreditario, vt habetur ex Bal. in. l. 2. C. de liber. preter. Salicet. in. l. Sancimus. C. de in officio. test. Segura in. l. vnum ex familia. ff. de leg. 2 in. §. sed si fundum, fol. 16. col. 2. idem in l. tertia. §. fin. ff. de liber. & posthu. fol. 8. col. 1 in fin. Idq́ue, quo ad quintum fatetur Ioã. Pala. Rub. in Repeti. Rubri. § 62. nu. 31. fol. 39 & sic vno ore, omnes fatentur, saltem in prælegato quinti, facto vnico filio, eum intrare iure patrimonij dictum quincuncem, quamuis finaliter. d. Segura, in. d. §. sed si fundum, numer 213. fol. 305. hanc Ioã. Lopezij amplexus est sententiam, differentiamq; assignans inter hoc legatũ tertij, & prelegatum quinti. Nam primum dicit, quod defertur ex dispositione legis. Secundum ex dispositione & voluntate testatoris, sed si teneamus, tertium hęreditatis non esse legitimam, idem erit dicendum, quod de quinto, quantum ad id, quod est intrare pręlegatum iure patrimonij: cũ etiam id fiat ex voluntate testatoris. Et sic non obstabit subtilis syllogismus. d. Dida. Couar. loco citato, & procedet opinio. d. Ioann. Parla. saltem de ęquitate: quando testator vocauerit ad dictum tertium descendentes suos, & in eorum defectu ascendẽtes, & in eorũ defectu, proximiores agnatos: quia huic dispositioni omnia iura fauent, & videtur cõsona legali iustitiæ, vt habetur in titul. de hæredita. quæ ab intest. deferun. inst. & C. de legiti. hæred. & id videtur esse de mente dict. l. 11. titul. 6. lib. 5. Recop. vt ipse Parla. ostẽdit.

7 Prædictis vero non obstantibus, parcat mihi dict. Parladorius, nam dict. l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. vult limitatam copiã patri facere, disponendi de quadrante: & ita tanquam filijs odiosa est restringenda, filijs etenim consulit ius. l. quoniam in prioribus. C. de in officio testa. lib. 7. tit. 1 par. 6. l. 11. tit. 4. eadem par.

8 Ob quod, sumpta pro regula sentẽtia contraria, vt filio vnico non liceat patri grauamen imponere, in tertia bonorum parte, vt supradicti DD. tenẽt: cum sex fallentijs positis per Molin. de primoge. lib 2. cap. 11. num. 1. & 4. materia ista exhaurietur.

Prima limitatio est, si pater in vita, filio vnico tradiderit tertiam, non reseruato sibi vsufructu: tunc eo quod pater honorat filium, tradendo ei tertiam bonorũ suorum portionem in vita, poterit eum grauare. l. ab eo C. de fideicõmissis, Segura. in. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess. Peralt. in. l. cum pater. §. à filia. ff. deleg 2. num. 92. quod Molin. vbi supra limitat, dum modo onus emolumentum non excedat.

Secũda limitatio est, si ipse filius vnicus, filios vel alios descendentes habeat, vt notauit Couar. lib. 1. varia. c. 19. nu 4. per. l. 2. tit. 6. lib. 5. recop.

Tertia

Tertia limitatio est, nisi filius, tertium in quo grauamen est positum repudiauerit: tunc nanque quamuis dictum grauamen ei apponi non potest, valebit tamē quoad sequētes sub'titutos, & bona ipsa perpetuo erunt subiecta grauamini, ex decisione text in l. si fundum per fideicommissum, cum lege sequenti. ff. de lega.1, & glos. nostram in pręsente, in isto ver. maioria in fina ver.

Quarta, si dictus filius vnicus, à dicto grauamine non reclamauerit, sed per totum tēpus vitæ suę tacuerit, & filij eius: post eius mortem tacuerint, per triginta annos, glo. in. l. licet. C. de iure deliberan. Xuarez in. l quoniam, in prioribus. C. de inofficio. testa. ampliatio. 10. num 24. & Gaspar Baecius de non melio. ratio. dotis filia. cap. 9. num. 10.

Quinto si pater filio vnico fecerit tertij & quinti meliorationem iure maioratus, adijciens, quod si non consenserit grauamini tertij, priuetur quinto, & ad alios substitutos ipsius quinti, legatum transeat. Tunc etenim tenetur filius, aut grauamini respectu tertij consentire, aut quintum reijcere, per. d. l. ab eo. C. de fideicommissis.

Sexta limitatio est, si filius vnicus, dictum grauamen acceptet ante mortē patris, vel post, si fiat eo pacto & modo descripto per eundem Molinam. dict. lib. 2. capit. 3.

Item limitabitur prædicta regula, in aliquibus casibus, in quibus legitima patitur onera, qui sunt relati per Ferdinan. Vazquez, Mencha. de successio creatio. §. 10. à num. 406. cum sequentibus, & Xuarez in. d. l. quoniam in prioribus, limitatione quarta: quia si filius moritur vel repudiat hæreditatem antequā adeat transibit cum onere, in tertio imposito & cum commemoratis limitationibus apparet receptum communiter esse glossæ nostræ sententiam, quicquid Parladorius dixerit loco citato.

1 *Filius primogenitus Regis succedit in Regno, etiam si nascatur antequam Regnum pater adeptus fuerit.*

2 *Fortalitium etiam causa dotis dato viro remanet viri & non vxoris, & sic succedit filius secundę vxoris, si prima discessit sine liberis.*

3 *Data vxori aut viro, quando de mente dantis non constat quando erūt propria vxoris, aut viri, ita quod non veniant communicanda tanquam bona lucratiua.*

4 *Filius succedit in maioria patris, quamuis fuerit conceptus ante dispensationem, si tempore Natiuitatis parentes eius iam cum dispensatione contraxissent.*

5 *Licet per verbum fiat inesse perfecto gratia ponatur, tamen si delegatur facultas dispensandi, quando dispensatio fit per delegatum requiritur quod vera tunc sit etiam supplica. & numero. 6.*

6 *Dispensationes aliquando expediuntur in forma breuium, & quæ sit forma.*

Quod si consanguineus cognouit suam cōsanguineam, vt facilius Papa dispensaret de ista malitia est facienda mentio in supplica.

7 *Consanguinei vel impedimentum habentes si de facto contrahant postea impetrata dispensatione sufficit si solo consensu de nouo inter se contrahant.*

Filij autem habilis durante inhabilitate ad contrahendum non efficiuntur legitimi per subsequens matrimonium.

8 *Si Papa quando dispensat ad verè cōtrahendum si dispensasset super radicem matrimonij, tunc filij geniti & nati ante verum matrimonium legitimantur & succedent in bonis in damnum postea natorum.*

9 *Quamuis ad maioratus successionem vocetur filius genitus & natus*

ex

ex legitimo matrimonio non excluditur qui legitimatus fuerit per subsequens matrimonium.

10 *Sicut ratione præscriptionis res efficitur maioratus ita frater solitus recipere alimenta præscribet contra successores maioratus, & si habeat vnde se alat, vt tenere videtur glo. nostra, contra quam arguimus.*

Præscriptio limitanda est ad limites vsus, & tantum præscriptum quantũ possessum.

11 *Alimenta non debentur nisi egentibus.*

12 *Regna sunt indiuidua etiã inter filios, quia deferuntur iure sanguinis, & aliqua iure hereditaria, vt glossa inquit.*

GLos. 10.in ver. *Sino el hijo mayor.* in.q i. concludit, quod filius primogenitus
1 Regis, succedit in regno, etiam si nascatur antequam pater Regnum adeptus fuerit. Quam sententiam approbat Ludo. Molina de primoge. lib.3.ca.1. fol.3. num.3. idem affirmat Ioann. Licitier de primogen. lib.1.q.12. & de ista quæstione dicit Tiraquel. de iure primogen. q. 31, num 1. quod multi primi nominis in legibus, nihil certi diffinierunt: & tandẽ ad partes arguendo concludit indiscriminatim, admittendum esse ad successionẽ Regni, filium Regis, natum ante adeptã dignitatem, siue ex naturali ordine successionis, siue ex noua omnino causa, quæ nihil ad genus pertinet, obuenerit. Eandem sententiam secutus est Anton. Gomez in.l.40.tauri, num 67. qui etiam ex professo hanc quæstionẽ examinat.

2 In eadem glos.q.7. cuius verba sunt, quid autem si Rex fecisset donationem, alicui nobili, qui contrahebat matrimonium, cum aliqua domicella Reginæ, de aliquo fortalitio, vel aliquibus bonis, eo pacto, vt esset maioria, & succederet in ea filius primogenitus, ex eo, & ex dicta domicella natus: qui tamen ex dicta domicella non genuit filium, & ea defuncta contraxit cum secunda, ex qua habuit filium an succedat in tali maioria: ipse hactenus. quæstio quippe est subtilis, & arguendo ad partes concludit, quod in dictã maioriã succedit filius natus, ex tali nobili viro, & ex secunda coniuge.

3 In qua quæstione videtur contrarium dici posse, quia prædicta donatio à Rege facta viro, videtur facta intuitu vxoris, & gratia dotis dictæ domicellæ, & principaliter ad eam respicere, & sic eius fieri, & nõ viri: quia iocadila data vxori, à suis consanguineis efficiũtur vxoris, data vero à consanguineis viri eius efficiuntur, vt testatur Bart. in.l. sed si plures. §. in arrogato, num.4. ff. de vulga. & pupilla. & ibi Iasso. num.8. cum sequentibus. & Corneus consil. 81. col.2. Rolan. à Valle consil.10. num 10. & 11. lib. 1. Aufreri, decis. 336. in additio ad capellam Tolosa Iasso. in.l. vt liberis. C de collatio. num.7. Cagna. in.l. contractus. ff. de regul. iur. nu. 48. quod in casu dubio procedit, quando plane de mente non constat: ita concludunt & referunt inter communes opiniones Chaircouius & Xuarez, & Bella Comba. tomo.2. pag. 414. à num. 85, vsq; ad n. 88. idẽque testatur Pala. Rub. in repe. Rub. §.45 nu.1. fol.25. per eadem iura.

Prædictis non obstantibus à sententia glossæ non est recedendum, in quæstione proposita, per singulare dictum Ang. in dict. §. in arrogato dicentis, quod considerari debet qualitas rei donatæ, si solũ conueniat vxori, vel solum cõueniat marito, vel vtrique: & data paritate tenet cum opinione Bart. in dict. §. in arrogato: secus vero in causa dispari. Quę distinctio, multum confert, pro opinione glos. nostrę: nam custodia Castelli non adaptatur mulieri, sed viro. Et sic eius intuitu, factam esse donationem præsumẽdum: nec refert, quod vxor potuit esse causa impulsiua, cum fuerit finalis viri virtus & nobilitas.

In eadem glo. in q.9. in versi. sed pone
4 quod consanguineus intra quartum gradum, cognouit cõsanguineam, & postea impetrauit dispensationem à Papa, vt possint contrahere, & cum tali dispensatione contraxerunt, & post contractum matrimonium nascitur filius, ante dispẽsationem conceptus: quæritur an succedat in maioria. & glo. concludit quod sic: eam sequitur Didac. Couarr. in epitome

ad

ad.4.in.2.pa.cap.8.§.2. num.2. Contrarium tamen censuit Dominus Franc. Sarmien. Episcopus Mentisensis, in lib. 1 selectarum capit.5.num.10.&. 11 & Antoni. Rosellus de legitimatin. lib 1.in capit. vltimo est videndum de causa finali nume.33 cum sequenti, vol.6 tract. fol. 270 & quamuis multum vrgeat distinctio Paul. Castr. in.l.ex libera.C.de suis & legiti.liber.num.2.vbi dicit, si attendatur ad statum, quo ad libertatem, cum se qui debeat ventrem attenditur illud tempus, quod magis vtile est fetui. Si vero attenditur ad hoc, vt si legitimus est, & vt consequatur dignitatem patris, tempus conceptionis attenditur. Idem fatetur Ioan. Corra.in l.Paulus.ff.de statu hom. num.3 per tex.ibi dicens, ad dignoscendam filiorum qualitatem, ob iustas vel in iustas nuptias, cóceptionis tempus attenditur l.emancipatum.ff.de senato.cap.2. qui filij sint legitimi.

Sed tandem prima opinio glossæ nostræ, & Couar. est communior, & ei multum suffragatur glo in.d.l.Paulus, vbi inquit, quod fetus legitimantur à patris cõsensu, supposito quod de iure ciuili, matrimonium contrahi non poterat, absq; consensu patris, & sic non consideratur infectio prolis in conceptione, si tempore Natiuitatis iã matrimoniũ erat firmũ. Idque etiã probat Orocius, si pensate intuearis in.d.l Paulus, num.6 & est glo.in cap.2.qui filij sint legiti. quam DD. ibi sequuntur. Hanc sententiam sequuntur alij DD. quos refert Petrus Dueña.reg. 350.ampliatione.19.& sic inquit intelligendam esse l 8 tit. 13 pa.6.ita vt illa verba: *E que fuesse el hijo engendrado en tiempo quel non ouiesse muger legitima.* Intelligantur alternatiue: nempe genitus vel natus, supplendo istud ex text.in.l.nuper. C. de natura liberis: & ex.l.11.tauri quę nũc est .l.9.tit.8.lib.5.recopila.per quã prorsus splendescit ista quæstio, in illis verbis: *Que entonces se digan ser los hijos naturales quando al tiempo que nacieren, o fueren concebidos, sus padres podian casar.* Et ista refferrur inter communes per Villalo. conclusio.69.&.71.& per Donat.à fina.2.tomo commun. opin. fol.13.num.53. & sic absque controuersia, maximè de iure Regni dicta communis est sequẽda.

5 Cui addo aliam quęstionem, non minus vtilem, & quotidianam. Si consanguinei intra quartum gradum conuenti, de contrahendo matrimonio, mittunt pro dispensatione, & in supplica dicunt, quod se ad inuicem non commiserũt, & à Papa facta signatura, tamen antequam ad eorum notitiam peruenerit, se carnaliter cognoscunt, an virtute dictæ dispensationis, poterunt legitime contrahere matrimonium, in qua quæstione distinguendum esse censeo: aut Papa ipsemet dispensat, & cum tunc temporis vera sit relatio, dispensatio valebit, quia preces veritati nituntur.c. super his, de rescrip. & quia Papa per verbum fiat, facit suam gratiam, secundum Bal.in l. humanum, in fi.C.de legib. quod verbum de sui natura, gratiam de præsenti, ac in promptu inducit, atque in continente, adesse per fectum deducit mentem Papæ: vt etiam habetur per eundem Bal.in l.cum apud. C.de commu.seruo.manu. & tenet Calderi. in repetitio.c. quisquis, de electio. vbi inquit, se in magna causa ita obtinuisse, quem seqnitur Felin.in Rub.de constitu.col.3.& latius per eundem Felin.in.c. Rodulphus de rescrip.col.18 in vers.fiat, dicentem, per verbum fiat, actum in instanti factum esse, denotari, per text. in cap.qui bona agũt. §. sicut.17.q.1.vbi decidittur, quod per illa verba, fiam monachus, statim professio facta est. Idem tenet glo.in capit.porrectum de regula.& text.in cap 1.de filijs presby. Rebuff. in pract.benefi.in titu de breui. Apostoli. num.26 fol.597. Reprobata glo.in capit. generali.25.q.1.quæ vult, quod verbum fiat, actum de futuro respiciat, in signaturis Papę, contra quam, priorem conclusionem sequitur .d.Bal in.l. falsus, col. 8. in versi.item scias. C.de furtis. & eandẽ sequitur .d.Feli.in cap. nonnulli, in principio, col.8.de rescrip. & in.d.cap.super literis.col.6.&.Fran. de Ripa, lib.2.respõ. in titul.de rescrip.c 11 & in cap.nonne, de præsump. & Ioan.Ludoui.Comes in compendio signaturæ, quod extat in nouissima impressione, tractatus de literis gratiæ, in fi.fol 479.q.16.in pag 482.

6 . Aut Papa delegat dispensationem ordinarijs, vel eorum vicarijs (vt quotidie fit, & est de stylo curię, teste Ioan Francis.de Pauinis in tract.de visitatione.1. pa.q.10.vol.14. tracta.num 62. fol. 123. quę dispensationes aliquando expediuntur in forma breuium, quæ forma est vt

modius

modicis verbis sine præfatione scribatur & in paruis negocijs in papyro cera tubea & annulo piscatoris signetur, secundum Rebuff. vbi supra, nu.15. & secũdum Ioan. Staphile de gratijs & expecta. in cap. de rescriptis in sotma breuium, nu. 27. volu. 14. tracta. fol. 46. quod ab vsu discessisse credo. Imo quod ad datarium tales dispensationes remittantur, propter compositionem) & tunc relatio facti, & narrata in supplica, debent esse vera, & de eis constare, tempore dispensationis ordinarij: quia dispensatio non fuit facta per literas à sede Apostolica emanatas, sed facienda, si preces veritati nitantur, quando ad ordinarium deuẽtum fuerit, vt dispenset, qui delegatus in illa causa est, & facultas dispensandi ei commendata, cum summaria causæ cognitione, si preces veritati nitantur: quare cognita, tunc dispensat, virtute rescripti. Igitur necessarium est, necessitate sine quo id esse non potest, vt tempore dispensationis ordinarij, preces veritati nitantur: nec sufficit semel supplicã fuisse veram, quando ad Papam delata fuit, nisi eadem sit, quando ordinarius delegatus actualiter dispensat: tunc temporis etenim, nihil debet esse subreptitium, vel obreptitium dict. c. super literis, & in tantum extendit istam conclusionem Nauarr. in cap. si quando, de rescript. exceptione. 3. & 4. Quod si consanguineus cognouit suam consanguineam, intra quartum gradum, vt facilius Papa cum eo dispenset, quod de ista malitia tenetur facere mentionem: quod si secus fiat, non valet dispensatio, à quo in hac parte dissentit Didac. Couarru. lib. 1. variarũ, cap. 20. num. 5.

Tale autem matrimonium de facto
7 contrahentibus consulerẽ, quod à summo pontifice, aliam dispensationem de nouo obtinerent, & matrimonium (ea obtenta) consensu saltim ratificarent, quod sufficit, secundum glos. in capit. 1. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulte. & notat Didac. Couar. in epitome, ad. 4. 2. pa. c. 6. §. 10. nume. 15. quicquid glos. dixerit in cap. de gradibus. 35. q. 9. & eandem amplectitur Nauarr. in. c. si quis autem, de pœnitem. nu. 70. pag. 328. & si prædicti qui de facto matrimonium contraxerunt, filios susceperint, ante secundam dispensationem, isti illegitimi erunt, nec per subsequentem matrimonium legitimantur, cũ nec tempore conceptionis, nec natalis, parentes contrahere poterant, per tex. in cap. tanta est vis qui filij sint legitimi, cõmuniter ibi à Doctorib9 ita receptũ, & in locis sup. citatis in d. c. de gradib9. & à Bal. & Cyn. in dict. l. Paulus. ff. de sta. homi.

8 Poterunt sane dicti parentes, petendo suam dispensationem, simul petere, vt etiam Papa dispenset, super radicem matrimonij, habendo & declarando dictos filios legitimos, & ita erunt capaces hæreditatis parentum, & etiam iuris primigenituræ, vt habetur ex glo. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & ibi notat Anton. de Butrio, num. 11. & Abb. num. 22. & Guillet. Benedict. in. c. Raynuntius, in ver. vxorem nomine Adalasiam. num. 197. & Didac. Couarr. in epito. ad. 4. 2. pa. c. 8. §. 8. num. 18. & Doctor Ludo. Molina de primogen. a. pa. libr. 3. c. 2. num. 10. 11. & 12.

9 Quæstione. 10. dicit, quid si tenor maioriæ exigat, vt sint nati & geniti, ex legitimo matrimonio? remittit se ad. l. 1. tit. 13 pa. 4. vbi concludit, quod si ad dictæ maioriæ successionem, vocetur filius natus & genitus, ex legitimo matrimonio non repellebitur à successione, qui postea per subsequens matrimonium legitimatur, argum. tex. in dict. cap. tanta est vis, & probatur ex tex. in cap. cum in cunctis, de electio. iuncto tex. in cap. innotuit, eo. tit. & ibi notauit Anton. de Butrio, col. 2. & Paulus in. l. fin. nume. 5. & 6. C. de his qui veniam ætatis impetra. Et Decius consil. 155. num. 4. & 5. Idem in. l. generaliter in fin. C. de instit. & substi. num. 21. & idem in capit. cum in cunctis, de electio. num. 29. & Hippoly. in singula. 542. & Ripa in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebelleia. nu. 47. & latius per dominum Ludoui. Molinã de primoge. lib. 3. c. 1. nu. 10. fol. 4. dominus Couar. in epitome. 2. pa. c. 8. §. 2. n. 30. & ita vidi de facto practicari in Granatensi prætorio.

10 In quæstione. 15. vult etenim glos. arguere, de. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. vt sicut præscriptione, vel consuetudine immemoriali, res efficiuntur maioratus, secundum formam traditam in. l. 41. Tauri, quæ hodie est. l. 1. titu. 7. lib. 5. recopila. 2
ita frater minor, qui à primogenio maioratus

xatus possessore, solitus fuit per tempora recipere alimenta, ea petere posset à successoribus dicti maioratus, etiam si habeat vnde ali posset: & dicit forte videtur dicendum, quod sic: quia præscriptio limitanda est ad limites vsus, secundum Barrho.in.l.1. § si quis hoc interdicto ff.de itine.actuque priua. & quia tantum & eo modo videtur præscriptũ, quod possessum, & præscriptio consistit in actibus limitatis, & non egreditur formam illorum actorum, secundum Bal.in.l. non dubium. C.de legib.col.3. ad medium, versic. adde quod licet consuetudo, allegantem, Inno.in capit. dilecto.de officio Archidi.num.6. & in capit.dilectus, de capellis monacho. nu. 3. qui vtroque loco dicit, consuetudinem onerosam non esse extendendam ad alias ecclesias vel personas: quæ fundamenta adducerem potius pro parte contraria, eo quod dicta præscriptio deducta est ad causam limitatam, scilicet egestatis, & sic ea deficiente petendo dict. frater alimenta à successoribus egreditur formam substantialem, & modum illorum actuum prescriptionis, ac vltra possessum petere possemus dicere cum possessum sit cum illa qualitate, quæ iam in locupleti vel inabundante deficit: & quia prescriptio consistit in actibus limitatis, tam ratione qualitatis personæ, quam ipsorum actuum, cap.1.de præs.in.6. & ibi notant DD.

11 Alioquin vitiosus esset ingressus, quoad successores, eo quod alimenta non debeantur nisi egentibus, vt habetur in. l. * si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de suis & legitimis hæred. & ibi notant Bart. & scribentes. & idem Bart. in l. cunctis. C. de mendi. vali. lib 11. quem sequitur Iasso. io authen. res quæ. C. communi, de legat. num. 11. & Tiraquel. de iure primogen. quest. 75. ab initio per totam. Dida. Couarr. in epitome, ad. 4. 2. pa. c. 8. §. 6. num. 9. dominus Anton. de Padilla in. d. authen. res quæ. C. commu. de leg num. 74. Glossator infra in l.6. titul. 19. pa. 4. & Antoni. Lara de alimentis in. d. §. sed si filius, num. 1. fol. 70. & Ludo. Molina de primogen. lib.2. cap.15 num.57. fol. 362 vbi dicit quemcunque antiquissimi maioratus possessorem, teneri proprios fratres, ac sorores inopes, alimentare, ex proprio in institutore descendentes. Et sic videtur quod parum vrgant fundamenta glo. pro sua conclusione adducta, imo directè contraria videtur esse dictis Inno. locis citatis.

In quæst.20. glos concludit regna esse 12 indiuidua, etiam inter filios, quia deferuntur iure sanguinis non hæreditario, quæ conclusio extenditur ad Ducatus, Marchionatus, & comitatus, vt late traditur per Molinam de primogen. lib. 1. cap 2. & eod. lib. cap. 11. per totum: & Matien. in. l. 1. tit. 9. lib. 5. glos. 1 num. 10. recopila. Anton. Gomez. l. 40. Tauri, nume. 6. vbi per Molin. videri possunt aliquæ limitationes.

1 *Testatrix quę maioriam constituit, & in arbitrium viri relinquit electionem personę filium secundogenitum eligere nõ poterit sine iusta causa secundum glossam istã, sed melius distingue.*

Nec actus qui defertur in alteris liberam voluntatem extenditur ad liberam dolosam voluntatem.

2 *Non est nulla electio facta per habentem potestatem eligendi ad maioratum de secundo, quamuis in odium maioris fiat, si secundus sit dignior vel ęque dignus contra glossam.*

Quamuis legis potentia prouentat à voluntate mouente, tamen iste motus debet esse cum ratione.

Voluntas est secundum diffinitionem Stoicorum, quę quid cum ratione desiderat, & ideo dixerunt esse in solo sapiente.

GLos.13. in ver. *En España*. In. q 3. dicit, 1 pone quod mater facit maioriam in filium, quem pater elegerit, an teneat electio, si pater elegerit alium, & non maiorem: concludit quod electio tenet: quamuis filius maior excludatur. Quam conclusionem limitare velle videtur, quando pater mouetur ad eligendum secundo genitum ex iusta causa: Secus autem si moueretur contra primo genitum, odio iniusto: nã vt bono viro,

T non

non maleuolo, mater videtur facultatem marito dedisse. Ista quæstio fuit originalis Angeli in.l.cũ quidam. ff.de leg.2.at ad veram intelligentiam dictæ quæstionis, est distinguendum, aut pater elegit indignum, indignitate iuris. Et isto casu semper electio est nulla à patre facta, vt concluditur per DD.in.d.l. cum quidã, aut elegit indignum indignitate facti, omisso digno dolose, odio, vel mala voluntate, & tunc etiam nulla est electio: quia testatrix in illa libera facultate eligendi, censisse censenda non est de dolosa electione, per tex.in.l.creditor.§. Lucius ff.mandati, quod Bart.in.d.l.cũ quidam.nu.1.profitetur, eiusque sententiam sequutus fuit Petr.Peral. ibidẽ nu.2.quãuis etenim actus, in liberã alterius volun tatem deferatur, voluntas tamen hęc nõ debet ad actũ probibitũ, seu dolosum extendi, glo.in.c. humanum genus. 1. dist. vtq, asserit Peral.in.l.1.n.73.ff.de leg. 2.

At in quantum glo.ista vult quod electio facta de secũdo genito dolose ex mala voluntate sit nulla, quãuis loquitur per verba dubitantia, & sub verbo cogita, nihilominus refutatur per Ludo. Molin. dicentẽ simpliciter sumptũ verũ nõ esse, in lib.2.de primoge.c.5.nu.23.fol.238.si se-
2 cundo genitus, dignior sit primogenito, vel eidem, æque dignus: non video, in-
* quit, quare etiã si electio secundogeniti, omisso primogenito, ex odio vel inimicitia facta fuerit anulanda sit: sentẽtia quippe Angel.in.d.l.cũ quidam procedit, vt ipse testatur in electione facta de indigno indignitate facti dolose facta, nõ autem de digni, vel dignioris electione quę dici non potest dolose facta, hæc conferunt ad intellectum glo. nostræ, & ad ea quæ dixit Anto.Gomez in.l. 40.Tauri, nu.41 scilicet, quod si testator disposuit, quod in legato fideicommisso quis eligat, quem vellet ex familia testatotis, quod iste poterit eligere absolute quem velit. Quam cõclusionem limitarem per supradicta ad dignum, & non extendi ad indignum indignitate iuris, vt notauit Paul.de Castr.in dict.l.cum quidã, num 2 qui voluntas libera est regulanda in istis & similibus casibus, secundum iuris æquitatem, vt Bar.Bal. & Paul. ibi fatentur, dixitque Antoni. Gammar, in tract. de extensionibus, volum.1.fo.312. num.22 quod licet legis potentia proueniat â voluntate mouente, tamen iste motus debet esse cum ratione, nam voluntas debet á ratione, velut duce moueri, vt in procemio decretali in ver. vnde hora. Et sic arbitrium conceditur arbitro, non vt arbitratu suo decidat, sed vt procedat secundum ius l.si de meis. §.recepisse.ff. de arbitris, & ob eandem causam, arbitratum arbitratoris, redutitur ad arbitrium boni viri.l.societatem.§.arbitrorũ.ff.pro socio, & ibi per Bart. & Abb. in capit. quinta vallis, de iure iurand. numer. 30. & huc tendit, quod Stoici putauerunt voluntatem esse in solo sapiente, & ideò eam definiunt. Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat, & alia habentur per Manticam de coniecturis vltim. volunta.titul.3.lib.1 num.5.

1 Concurrendo in maioratus successione patruus & nepos filius fratris præmortui præfertur nepos, quia repræsentat patrem defunctum.

2 Repræsentationi locus ceditur, quando succeditur ab intestato iure hæreditario.

3 Repręsentationi datur locus, quamuis bona non adeantur iure hęreditario in maioratus successione, & fidei commissi familię relicti, quia licet filiatio non transmittatur, transmittitur potentia succedendi quę surgit ex primogenitura.

4 In descendentibus datur locus repręsentationi in infinitum.

5 In linea collaterali non extenditur repręsentatio vltra fratres & eorum filios si succeditur iure hęreditario cum moderamine, vt consobrini succedant cum patruis in stirpes & nõ in capita.

6 Ipsi tamen filij fratrem succedunt inter se in capita & non in stirpes contra glossam & alios.

7 Repræsentationi in successione

maio-

maioratus etiam in linea transuersali datur locus in infinitum indistincte cōtra glo. ss am nostram, & alios.

8 Repraesentatio quae in maioratibus datur, habet locum in fideicommissis, quae sapiunt naturam maioratus.

9 Fideicommissa non habentia naturam maioratus, sed iuris communis non admittunt repraesentationem vltra filios fratrum in successione cum patruus quando relictum est ab aliquo ascendentium, vel à patruo vel abamita vel matertera, vel auunculo.

10 Vocatis ad fideicommissum per testatorem proximioribus non erit locus repraesentationi, etiā circa filios fratris, quia fictio non datur in interpretatione fideicommissi, & agitur de interpretatione mentis testatoris.

11 In quibus differunt fideicommissa familiae relicta & maioratus, & an vocatis proximioribus, ad fideicommissa videantur habere naturam maioratus, in quo inuicem se contrariantur Couarru. & Molina.

12 Fideicommissa constitui possunt cū grauaminibus conuenientibus maioratibus dum onera non excedant emolumentum.

13 In fideicommisso relictum familiae nomine collectiuo non est locus repraesentationi, quando vocantur ad successionem salua gradus praerogatiua.

Clausula salua gradus praerogatiua nihil in maioratus successione operatur, nec ob eam impeditur repraesentatio, & num.16.

14 Linea primogeniorum ceteras lineas praecedere debet, & si descendentes ex illa sint in gradu remotiori.

15 Quatuor quasi regulae cardinales notantur in successione maioratus, videlicet linea, gradus, sexus, & etas.

17 Filiorum appellatione, quando nepotes veniant remissiue in prouisione legis, & in testamentis & priuilegijs.

18 Facultas data per Regem patri constituendi maiorazgo in filio extendi tur ad nepotem contra glossam.

Priuilegiū alicui concessum videtur cōcessum secundū qualitatē personarū.

19 Cōcessum priuilegiū ad cōstituendum maioratum patri videtur concessum tanquam patri.

20 Maioratus ex Regis priuilegio constitutus est dignitas, non ex eo solo quod primogenitura dignitas sit.

Dignitas est à plebeijs differri, & sic nobilis est, quem vulgus & cōmunis hominū aestimatio pro nobili existimat.

21 In beneficijs Imperatoris vel Regis priuilegium sub nomine filiorum cōprehendit nepotes.

22 Diuitiae non praestant directè nobilitatem, causam vero sic.

Quando currit eadem ratio in nepote, quod in filio tunc nepos nomine filij continetur.

23 Principis mens talis praesumitur qualis de iure esse debet.

Nepos patre praecedente viuo non habet ius succedendi auo: in materia trāsmissibili ad nepotes, appellatione filiorum veniunt nepotes.

24 In dependentibus ex gradu vel affectione appellatione filiorum nō veniunt nepotes, limitatur nisi testatoris ratio aliud suadeat.

25 *Procedet tamẽ glo.nostrę cõclusio, quando pater impetrauit licentiam constituendi maioratum in filium suum, quem suo proprio nomine appellauit, & ex ista coniectura & alijs constat patris mentẽ nõ se extẽdere ad nepotẽ.*

GLos.17.in verbo.*Si dexasse hijo o hija.* Dicit per legem istam decidi, illam quasi insolubilem quęstionem, de successio-
1 oe ad maioriam, inter nepotem & patruum, de qua dixit Bal.in. l.ex hoc iure. ff.de iustitia, & iure, quod in ea habet oculos nycticoracis, & quod soluat Apollo; & io.l.cum antiquioribus. C.de iure deliberan. colum.final. (quæ dubitatio olim etiam dempta fuit per.l. 40.Tauri, quæ hodie est l.5.tit.7.lib.5.recopilatio.) & quod in maioratus successione sit locus reprę sentationi, quamuis in eum succedatur iure sanguinis, & non hæreditario, tenet Anton.Gomez in.l.40.Tauri, num.65 & Didac Couarru. in pract qq. cap.38.num. 6. post Oldra. consil. 124. & Alberi.in procemio. ff.in.§.discipuli, Bal. in. l. liberti libertęque. C.de operis libert.Paul.de Castro in.l. maximum vitium, num.3.C.de operis liber.idem in.l. is potest.ff.de acquiren.hæred. nume.2. & Iasson.ibi, num.32.Ex quorum doctrina inquit Couarr.otiginem traxisse.d.l. 40.Tauti.

2 At cum ista materia repræsentationis sit ardua, & de apicibus iuris, pro ingenij mei tenuitate, cooabor aliqua dicere, nõ vt noua prædicem, sed vt ea referam, ex quibus glos. nostræ resolutio melius habe.tur: ad cuius expeditionem præmitteodum est· tunc locum esse repræsentationi, interuenientes ab intestato, quando ad hæreditatem veniunt, iure hæreditario, secundum Bal.in. l. libetti, libertæque. C.de operi. liberto. Batt. in authen.post fratres.1.C.de legit.hære.o. 1. & alios plures, quos refert Emanuel Acost.in, q.de patruo & nepore, pag.34. cum duobus sequentibus.

3 Quæ regula deficit in duobus casibus, in quibus quamuis bona non adeantur iure hæreditario, tandem reprę sentatio suum obtinet locum. Primus est in maioratus successione: nam ius primogenituræ transmittitut, licet filiatio noo transmittatur, vt Bart. inquit, in. l. is potest, oum.8.ff.de acqui hæted.cuius dictũ sequuntur ibi Paul.Aretin.& Ias. nu. 34. & Ruyn.consi.86.nu 5.lib.3. & alij, quos refert Tiraquel.de primoge.q 40.nu.88. dicens, ex Bart.sententia loco citato dicentis, quod licet filiatio non transmittatur, cui annexum est ius primogeniturę, tamen dici potest, transmitti potentiam succedẽdi, quę surgit ex primogenitura: & ex hoc inquit patere.quod filio mortuo in vita patris, nepos ex eo, succedit in potentiam succedendi, in eaque reprę sentat patrem, de qua repræsentatio ie DD.supta citati, num.1.satis tractauere, vltra dispositum per istam legem, &.l. 40.Tauri. Quæ repræsentatio extenditur io maioratus successione, ad collaterales, vt concludunt domi. Dida.Couat. in.d.c.38 num.10 cum sequentib & Molina de primogen.lib.3. cap.7.numer.19. & Matien.l.5.tit.7.lib.5.recop. in glo. 4. Extendet iotuper d. domi.Ludo.Molin. principalem conclusionem, vt procedat etiã in successione emphyteosis, & patronatus, & anniuersarij, qui sunt iute primogenij cõstituti, in d.li.3.c.6.n. 40 &.41.

Secundus vero casus est, quãdo agimus de successione fideicommissorũ familiæ relictorũ, quę si constituta fuerint, cũ natura & qualitate maioratuum assimilantur in successione maioratui, secundum Molin.d.lib.3.c.7.nu.19 (& casus.in quibus maioratus & fideicommissa assimilãtur, & in quibus differũt, infra dicã) sin vero tantũ retinent dicta fideicommissa, naturam propriam & natiuam iuris communis in descendentibus & collateralibus, etiam locus erit reprę seotationi, vt habetur per glo.&.DD.in.l. cum ita. legatur, in.§.in fideicommisso.ff.de leg 2. cum limitatione, vt iofra dicam.

Supposita sup.d.tegula, cum duabus.d. fallentijs, restat videre vsque ad quot gradus.dicta reptę sentatio extendatur, in linea directa, seu transoersali, tã in successione bonorũ liberorum, quã maioratus, aut fideicommissi familię relicti, in quo
4 diuersę fuerunt opinioоes.Nã in descendentibos io omnibus casibus, locũ esse repręsentationi vsque ad pronepotes, dixit Imperator Iustinia.in.§ cũ filius inst. de hæred.quæ ab intesta. deferun. & sic iotelligit Angel.de Areci. ibi notab.1. per l.auunculo.C. communi.de successio. & Bart.

Bart.in.l.1.in.§.sed si quis.ff. de suis &
legiti.heredi. & Ioannes Faber in dict.
§ cum filins,nnmer.6.& Angel.in.§. in
multis inst.de succesśio.liberto.Snnt ta-
men alij qui hanc repræsentationem ex-
tendunt, vsque ad decimum gradum,se-
cundum Inannem Fabrum, sibi contra-
rium,in dict.§.in multis.& in.§.cæterũ
insti.de legiti.agnatn.succesśio.Rnland.
Pasagerius in tract.de succesśio.ab inte-
sta.vol.7.tracta.fol.237.Didac.Couarr.
in ptact.qq.cap 38.numer.5.Sunt etiam
nonnnlli asserentes, dictam repræsenta-
tionem inter descendentes extendi vsq;
in infinitum : de quorum numeto est
glos.nostra infra in.l.3.titul.13.pa.6.per
text.ibi, qui iudicin meo bene probat,
quicquid ibi dixerit Montal.& per tex.
in authen.de hæredi.ab intesta. venien-
ti.§.1. per verba, ibi. Quantum eorum
parentes, si viuerent habuissent : quia
sub appellatione parentum veniunt vs-
que ad tritaum, per.l.iurisconsultus : §.
parentes. ff.de gradibus, seu in infini-
tum,per tex.in.l. quique litigandi.§.pa
rẽtes.ff.de in ius vocãdo: Ob quod dixit
Accursius in.§.pœnales instr. de actio.
in glo parentem,quod si Adam hodie vi
neret,à nemine vocari in ius sine venia
posset. Quam sententiam refert in.l.qui
cunque.Oroci.numer.3.allegandn Bar-
tholum,Socinum, qui nihil dicit. Hanc
etiam sententiam tenet Saly.in authen.
post frattes.C.de legiti.hæred.quem se-
quitut Anton.Gomez.1.tomn vatiarũ.
cap.1.numer. 15. vbi pro vtraque parte
disputando dicit,quod inter descenden-
tes datur repræsentatio in infinitum,per
d.l.iurisconsultus.§.patentes dicentem,
eo quod in linea descendentium deficiũt
vocabula,appellatione posteriotum,ve-
niunt descendentes in infinitum. Facit
itidem text.in.§. vetustas inst.de hære-
di.quæ ab intesta.defetun. vbi dicit Iu-
stinianus,quod sncceduntnepntes,&prn
nepotes,& aliæ personæ,& deinceps des
cendentes: quibns adstipulatur Matien.
in.l.5.tit.7.lib.5.recopila.glo.3.num.3.
in fin. & Lndouicus Mnlina de primo-
gen.lib.3.cap.7.num.5.hæc quo ad li-
neam directam.

5 Quoad succesśinnem lineæ transuer-
salis,aliter erit dicendum per distinctio-
nes: aut agimus de dicta succesśione in-
ter collaterales iure hæreditatio, aut iu-
re maioratus, vel fideicommisśi. Primo
etenim casu,nnn extenditur repręsenta-
tio,vltra fratres & eorum filios,per tex.
in authen.cessante.C.de legiti. liberis &
in authen post fratres. 2. en. titul.nrdine
tali seruato, vt succedant cum patruis in
stirpes,& non in capita,per dicta iura &
text.in.§.si vern, in authen. de hęredib.
ab intesta. veni. colla.9. & etiam inter
se,eodem modo secundum Accursium in
dict.auth.cessante & in.l.lege duodecim
6 tabularum. C. de suis & leg. libe. cuius
opinionem sequuntur Dynus, Cynus,
Paulus, Corneus, in dict.authen.cessan-
te,& Faber in dict. §.cæterum inst.de le-
giti.agnato.succesśio. nnmer. 3. & tenet
Nicola.de Vual.de succesśio. ab intesta.
vol.7.tract.fol.219.pa.3.sui operis.col.1.
Tiraqu.de retract.libro.1.§.11 glos.12.
num.5. Antonius Gomez in.l.8.Taur.
numer.11.&.12 qui plures tenentes hanc
conclusionem refert, eamque commu-
nem profitetur glossator noster in.l.5.
✻ tit.13.pa.6.in ver. *Por cabeças.* vbi dicit:
Tu tamen tene menti hanc legem parti-
tarum, & ibi nntauit dict.l.5.parti-
tarum,correctam hndie esse,in quantum
sequitur opinionem Azonis,in summa,
in titu.de legiti hæredi.colum.2.in me-
dio dicentis. Item admittuntur hi fratrũ
filij in capita,per text.in.§ hoc etiam
inst.de legit.agna. succesśio.& sic vide-
tur etiam de iure partitarum, correctam
esse opininnem Accursij,dicentis, qund
dicti filij fratrum succedunt inter se in
stirpes, & nnn in capita, & aliotum su-
pra relatorum, sed correctam non esse
dictam.l 5.testatur Ludo. Mnlina in lib.
3.cap.7.numer.22.pet.l.8.Tauri, quæ
nunc est.l.5.tit.8 lib.5.Recopila. licet
contrarium tenuit Antonius Gnmez in
dict.l.8.numer.13.&.14 & cuilibet recte
intuenti.d.l.8.Tauri,sua debitur senten-
tia Molinæ,cum dict.l.8.tantum loqua-
tut in succesśione, qua concurrunt filij
fratrum, cum patruo, & per subaudi-
tos intellectus non erit corrigenda, di-
cta.l.quinta,titu.13.part.6.vt notauit
Didacus Cnuarruuias in epit.succesśio.
ab intesta.numer.7.sito,post lecturam
ipsius, de testamentis. & dicta Azo-
nis sententia, quæ fuit per dictam.l.
quinta recepta, fuit etiam ab alijs de
iure communi,quorum fuit Hnstie. in
summa,de succesśio.ab intesta.§.viso.&

per Fortu. Garcia, in l. Gallus. in. §. idem credendum, num. 19. ff. de libe. & posthu. & Tiraquel. in dict. §. 11. glos. 12. numer. 3. & . 4. Dida. Castelli. in dict. l. 8. in glos. 1. & Tellius ibidem, nu. 3. & Matien. in. d. l. 5. tit 8. lib. 5. recopila. in glo. 1. num. 15. &. 16. Cuius allegationibus, licet conclusio redundat, non tamen allegauit Ludo. Moli. loco citato, testaturq; in praxim in hoc regno receptam fuisse opinionem Azonis, & sic quod filij fratrum inter se succedunt in capita.

7 Secundo verò casu, quando agimus de maioratus successione inter collaterales, repræsentatio est in infinitum, vt testatur Dida. Couarr. in dict. c. 38 à nu. 6. & Molina, lib. 3. c. 7. no. 10. & Matie. in. l. 5. tit. 7. in glo. 4. lib 5. recopila. Non enim repræsentatio ista, regulis iuris cõmunis subiecta est: quibus vt manet dictum, post fratres, fratrumque filios, inter transuersales repræsentatio non admittitur. Si enim non gradus, sed tantum persona parentis, quo ad qualitatem primogenituræ repræsentatur, deriuando illam de patre in filium, & de primogenito in primogenitum: atque ex maioratus institutione, omnes primogeniti, ordine successiuo vocati videntur, non est cur istam repręsentationem, ad gradus, de quibus in dict. anthen. post fratres restringamus: sicut nec vocationes maioratuum restringuntur, sed omnes agnatos & cognatos etiam in millesimo gradu compręhendere debent: prout notat Molin. de primogeni. dict. cap. 7. nu. 10. lib. 3. & in capit. 3. nume. 14. libr. 5. & Domi. Couarru. vbi supra, numer. 10. & Acost. in dict. q. patrui & nepotis, pag. 134. cum displicentia tamen glossæ nostræ in præsenti, & Anton. Gomez in. l. 8. tauri, num. 19. limitantes dictam conclusionem, ad collaterales, descendentes, ex primo institutore maioratus, quam limitationem supradicti DD. refellunt, negantque dictam legem. 40 tauri, talem limitationem pati, imo extendi fatentur ad omnes collaterales, & transuersales, siue consideremus personam primi testatoris, siue personam vltimi possessoris, siue vtriusque, cui opinioni suffragatur Matien. in dict. l. 5. tit. 7. glos. 4. nume. 4. in fine.

8 Tertio verò casu, quando agimus de successione fidei commissi, dicendum, quod si talis sit, quod in sua institutione videatur habere naturã maioratus, quia familiæ fuit relictum cum substitutionibus & clausulis de non alienando perpetuoque manendi in familia, in istis erit locus repræsentationi, vt dixi sup. nu. 3.

9 Sin verò fideicommissa, quamuis familiæ relicta, maneant in sua natura, & secundum iuris communis dispositionem, de quorum successione agatur: tunc repræsentatio non excedet metas iuris communis, dispositas in authen. cessante, & in authen. post fratres. C. de legit. hęred & sic solum extendetur ad fratres, & ad filios fratrum, vt notauit glos. recepta in dict. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. in ver. primo. Quam sequitur ibi Paul. Castren. & Angel. de Perigl. col. fi. & Alexand. consil. 88. volum. 2. & Bal. consil. 488. libro. 3. Paul. & Corne. in. l. fi. C. de verborum signif. Bartho. Socin. in. l. si cognatis. ff. de rebus dubijs, num. 40. Tiraquel. de iure primogen. q. 40. num. 184. &. 189. & Didac. Couarr. d. cap. 38. num. 4. propter quod dixit Ludo. Moli. dict. lib. 3. cap. 7. num. 20. in fideicommissis familiæ, vel alijs sub nomine collectiuo relictis, in quibus iure maioratus succedendũ non est, non erit admittenda repræsentatio, eodem ordine, quo in dict. l. 40. Tauri in primogeniorum successione dispositum est: vt scilicet inter quoscunque transuersales, atque etiam in infinitum repræsentatio procedat. Quæ conclusio probatur in dict. l. 40. in illis verbis. *En la succession del mayoradgo.* Et quamuis ista sit communis opinio, vt asserit Bart. Socin. in dict. l. si cognatis. Et Tiraquel. de Primogen. d. q. 40. num. 189. contrarium sensuere, imo quod in linea transuersali, nulla detur repræsentatio, in dictis fideicommissis familię relictis: quia potius consideranda est testatoris affectio, quã iuris dispositio tenuere Bal. & Rapha. Cuma. in dict. §. in fideicommisso, & Decius consil. 1. & consil. 217. idem in. l. si Auiæ, num. 5. C. de successo. edict. & ibi Iasso. num. 5. & Angel. de Areci. in. d. §. cum filius inst. de hæred. quæ ab insti. deferun. num. 3.

Sed tandem Dida. Couar. in pract. qq. d. cap. 38. num. 4 qui exacte. d. glos. in. d. §. in fideicommisso perpendit, approbat eam, & dicit procedere, quoties

fidei.

fideicommissum sit relictum ab aliqua ascendentium, vel à patruo, aut ab amita, aut matertera, seu auunculo, cum octo fallentijs. Et quia in tertia fallentia, magna quæstio versatur, ideo dicendo quæ ipse censuit, descendam ad contrariam conclusionem, Dictus dominus Couarr.
10 loco citato, in versic, tertio ad intellectum dicit, quod vbi ad fideicommissum relictum familię, vocantur à testatore expresim proximiores, filius fratris non admittitur, cum patruo fratre patris, neque filius repræsentat personam patris prędefuncti: quia dispositio hominis proximiorem vocantis, interpretanda est, seclusa fictione: in fideicommissis quippe veritas non fictio attendenda est. l. fideicommissum. ff. de conditio. & demonstra. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. quā conclusionem hoc & alijs fundamentis defendit, adducitque pro ista parte. l. libertus præterito. §. 1. ff. de bonis libertorum, quæ probat, quod ideo ad successionem patronatus libertorum, filij fratris non succedunt cum patruo, quia vocantur proximiores. Quæ conclusio extenditur per Antonium Gomez in. l. 40. Tauri, numero. 41. siue expresse, siue tacite vocentur dicti proximiores: propter maiorem affectionem, quæ circa proximiores, in testatore præsumitur. quam adstruit Emanuel Acost. in. q. patru. & nepotis, pag. 130.

Contrariam tamē sententiam, contra hos patres, audacter defendit, d. Ludoui. Molina lib. 3. cap. 8. num. 11. vbi dicit pro culdubio non procedere dictam conclusionem, modo de maioratus, modo de fideicommissi successione agatur: nam de natura ipsius maioratus, & de iuris dispositione sancitum extat, quod proximior succedat, vt in. l. ista habetur, & in l. 40. Tauri. Si enim dictis verbis repræsentatio in primogeniorum successione excluderetur, nullum pene esset primogenium, in cuius successione repræsentationi locus esset, cum quasi in omnibus ea verba opponi solita sint.

Eandem opinionem tenet circa fideicommissum familiæ relictum, sub nomine collectiuo, vt in eis etiam locus sit repręsentationi, quamuis proximior ad successionem per testatorem vocetur: siquidem ex verbo proximiori, in casu dicto, repræsentatio vsque ad filios fratrum non excludatur: quod probatur ex textu in. l. fin. C. de verborum signification. vbi in fideicommisso relicto familiæ, in quo proximior succedere debet ex decisione text. in dict. l. cum ita legatur, in. § in fideicommisso. ff. de legat. 2. disponitur seruandum esse ordinem successionis ab intestato, qui ordo est, vt repręsentatio inter descendentes in infinitum, inter transuersales vero, vsque ad filios fratrum admittatur. Cum igitur in fideicommissis familiæ relictis, is ordo seruandus sit, necessario dicendum est, in ea successione repræsentationi, prout in successionibus ab intestato locum esse.

Alio & secundo fundamento, defendit supradictam conclusionem, videlicet vt ipse inquit, contrariam sententiā tenentes autumant, quod quando proximi vocantur ad fideicommissum, repræsentatio locum suum obtinet: & hoc concesso necessario astringuntur confiteri, idem iuris esse, quando proximiores vocantur ad dicti fideicommissi successionem: quia hoc verbum, proximus, est superlatiuum huius verbi proprie, & comparatiuus est proximior, vt notauit Tiraquel de retract. linagier. §. 11. glo 1. num. 1

Verum enimuero, rationes doctissimi Ludoui. Molin. loco citato, quo ad maioratus successionem conuinciunt. & ideo ab eo non erit recedendum, & quo ad dicta fideicommissa, quæ naturam maioratus non habent, parum astringūt: quia licet sit verum, quod ad successionem fideicommissi familię relicti, sub nomine collectiuo, veniant proximiores ex dispositione dict. l fin. C. de verbotum signification. & ex dict. §. in fideicommisso, & in isto casu repræsentationi locus detur.

Inter descendentes in infinitum, & inter collaterales vsq; ad filios fratrū, quæ fuit opinio glo. in. d. § in fideicōmisso cōmuniter recepto. secundum Socin. Iuni. consi. 116. nu. 9. vol. 1. vbi reprobādo alios dicit, d. glos. conclusionem esse magis cōmunem, quam etiam approbauit Marthę. Cherianus secundo tomo, commu. opinio. fol. 173. numer. 57. respondetur hanc conclusionem procedere ex legis interpretatione, secus vero, quando

 de dis

de dispositione hominis,interpretatio in istis fideicommissis est facienda,propter affectionem,quæ in dicta vocatione præsumitur. Et quia dispositio hominis interpretanda est, seclusa fictione:& dicta repræsentatio, de qua dict. glos. in.§. in fideicommisso loquitur procedit per iuris fictionem, vt Dida. Couarr. notauit dict.cap.38. num.4.Nec minus astringit ratio secundi argumenti,dicti Ludo.Molinæ,dicentis,quod cum contrarium asserentes fateantur,vocatis proximis, locū repræsentationi esse à fortiori etiam id fateri teneantur , vocatis proximioribus,per supradictas rationes:nam respōdeo, quod repræsentationem negantes in dicto casu, non solùm fundant suam sententiam in illo argumento, sed in multis alijs,quibus non respondet dictus Ludoui.Moli.licet respondeat ad.l.libertus præterito.§.1.ff. de bonis liberto. & sic existimo,non recedendum à sententia dicti domini Couarr.ex principijs notissimis,scilicet quod testatoris mens est sequenda, quamuis ex coniecturis appareat,per.l.cum pater.§. dulcissimis.ff. de leg.1. Mens etenim prædominatur , in omnibus dispositionibus l.semper in obscuris.ff.de reg.iur.& ibi Cagno.num.6. &.l.semper in stipulationibus. & vtrobique Decius eo. tit. & in proprijs terminis, eandem tenuit Soci.Iunior consil.126.num.4.vol.1.vbi concludit,quod vocatis proximioribus ad fideicommissum,succedunt proximiores vltimi possessoris,& sic excluditur repræsentatio, vbi late disputat.Hanc etiam dicit communem Emanuel Musculus.2.tomo com muni.opin.fol. 192. num.14.ex quibus absque dubitatione censeo sententiæ Dida.Couarr. inhærendum esse.

11 Et cum ad intelligentiam prædictorū, confert scire,in quibus fideicommissa familiæ relicta, & primogenia differant, hic referam,& sic dico,quod ad maioratus successionem,ex ipsius natura, vocatur primogenitus, & solus, & masculus minor natu,in eodem gradu , præfertur filiæ,& succeditur perpetuo,iure primogenituræ,quę in fideicommissorum successione non seruantur, vt ex dict. §. in fideicommisso,& ex.l.peto.§.fratre iuncta l.fi.C.de verborum significa. constat & ibi notant Barr. & Scribentes. Iuncta etiam lege ista,quæ bene probat, assimilantur tamen in facultate & potentia à lege concessa disponendi , nam dicta fideicommissa constitui possunt cum clausulis,vt habeant naturam primogeniorum, scilicet vocando familiam ordine successiuo,perpetuo de maiori in maiorem,faciendo ea inalienabilia , & perpetuo subiecta restitutioni. Et sic non manebunt in natura fideicommissorum simplicium,in quibus vocati simpliciter ad fideicommissi successionem, succedunt vulgariter,ita quod addito fideicommisso per istos, cæteri familiæ excludantur,vt prædixit Rapha. Cuma. in.l.cum ita.§. in fideicommisso.ff.de legat.2. numer.4.quem sequitur Alciat.ibi, nume. 13. & dict. Cuma.in.l. peto. §.fratre . ff. de legat. 2. numer. 5. & Decius consil. 205.num.9.& consil.253.nume.1. & Bartho.Socin.in.l. si cognatis. ff. de rebus dubijs,nume 17.Anton.Gomez in.l. 40. tauri,nume. 43. Molin. de primogen.in 1.pa.in lib.1.cap.5. num 17.fol. 34. contra Didac.Couarru.in capit Raynuntius de testa.§ 2.nume.7.& in dict. capit. 18. nume.4.dicentem,quod vocando testator proximiores ad fideicommissum,admittendi sunt vnus post alium gradatim perpetuo: qui etiam istam conclusionē probare dicit,in dict.§. in fideicommisso, & dicit eam communem, à qua nisi aliud suaderent verba præcedentia , aut sequentia testatoris, ego non discederē, maxime hodie, cum pene nulli reperiantur testatores, dicta fideicommissa constituentes,qui in casu dubio interrogati, an vellent ea in perpetuo in familia permanere,qui non responderent velle, per tex.in.l.auus.ff. de condit. & demonstr.

12 Et sic indubitanter procedit opinio, quod dicta fideicommissa constitui possunt,cum grauaminibus, cōuenientibus, maioratus successioni, dummodo onus non excedat emolumentum,per text.in l.ab eo.C.de fideicommissis. Et sic fidei commissum talibus conditionibus constitutum, maioratus dici potest,vt concludit Moli.vbi su. lib.1.ca.1.nu. 8.Et sic dixit Palati Rub.in cap. per vestras. §. 44.num.3. &.4. & 5. maioratum nihil aliud esse quam fideicommissum,Idque censuit Petrus de Peral.in.l.3.§ qui fidei commissum.ff.de hæredi.institu.nu.91. & in dict.§.in fideicommisso, nume.24. idemque affirmat Didacus Couartub.

lib.1.variar c.15.num 14. vbi inquit possessorem maioratus, proculdubio fideicõmissario æquiparari, & dominus Franc. Sar.lib.3.select.interpretationũ,c.4.n.5.

Tertio limitatur prædicta principa-
13 lis conclusio, dicens representationi locum esse in fideicommisso relicto familiæ, vbi fideicommissum relinquitur, à quocunque testatore, sub nomine familię, hac apposita cõditione & clausula, vt ad id admittãtur, qui sunt de familia, salua gradus pręrogatiua: quia tunc filius non obtinet locum patris, nec eius personam repręsentat, quemadmodum probatur in auth. defuncto. C. ad Trebel. & expressim asserit Dec.d.cons.1.nu.2. & Fulgo.in d auth.ex defuncto, num.4. & Dec.cons.408.num.12. & Didac.Coua. d.cap.38.num.4.vers.quarto: quam conclusionem sequitur Curt. Iuni. cõs. 154. num.9. & Gozad cons.4.num 33. Aym. cons.67.num.5.Peral.in d §. in fideicõmisso, num 19. Aluarus Velascus de iure emphyteot.quæst. 50. quorum sentẽtia confirmatur per Ludou.à Molin.d.lib.3. cap.8. num.17.fol.65. vbi inquit: quod quamuis prędicta opinio, sit vera, & procedat in fideicommissis familiæ relictis, seu in alijs successionibus, quæ non iure maioratus deferuntur, in progeniorum successione admittẽda nõ videtur. Imo credit dict. clausula salua gradus prærto
14 gatiua, non obstante adhuc repręsentationi locum esse, cũ linea primogeniorum, cęteras lineas præcedere debeat: & si descendentes ex illa, in gradu remotiori constituti sint. Et ex eo, quod pręrogatiua gradus, nullo pacto possit, linea pręrogatiuam infringere: & quia in linea primogeniorum, in eorum successione, primo loco consideranda est dict. linea, vt probat text.in cap.1.de natura successio. fœudo.in illis verbis. Ad solos, & ad omnes qui ex illa linea sunt, ex qua ipte fuit. Et ita notauere ibidẽ. Andr. de Iser. & Iacob. Aluarot. & Afflict.num. 77. & Paul.de Castr.cons.164 num.11.lib 2. & Socin.in d.l. si cognatis. ff. de rebus dubijs, num.14. & etiam refert dict. Molina d.tract.de primog.lib.3.cap 4.nu.13.vbi recenset quatuor multum vtiles obseruationes ad maioratuum successionem: vi
15 delicet lineam, quę cæteras antecellit, & gradum, vt qui sunt possessori magis cõiuncti, pręferantur remotioribus, & sexum, vt inter eos, qui sunt in eadem linea & gradu, præferatur masculus: & ætatem, vt inter pares linea gradu & sexu, maior natu præferatur minori: & vt latius habetur per eundem Molin.dict. lib.3.cap.1.per totum. Ex quibus saltem manet sublimitata nostra tertia Limitatio, quę in maioratu non procedit: at cõmemoratas omnes tres limitationes, & alias, dict. Didac.Couar.in dict. cap. 38. num.5 &.6.in pract.quæstionib.de iure communi veras, sublimitat, in versic.decimo, & vndecimo, quando ad fideicommissi successionem, etiam nomine collectiuo, vocantur agnati, seu cognati, iure primogenituræ quia tunc filius succe
16 det, per representationem, ad fideicommissum patre defuncto. Idemq; sit, quãuis in institutione maioratus, vocentur primogeniti, vel maiores: vt concludit dict. Didac.Couar.vbi supra, & Molin. & Matien.in.l.5.titul.7.glo.6.numer.5. quicquid in contrarium dixerit, Eman. Costa, in tract.patrui & nepotis, pag.13. & pagin.91.
17 Eadem gl 17.in quæst 3.probat. Quod viuente filio & nepote, per testatorẽ impetrata licentia, instituendi maioratum
* in filium modo postea filius deficiat, modo extet, non poterit auus, in nepotẽ facere maioriam, virtute prædictæ facultatis Regiæ: quia in depẽdentibus ex gradu, vel affectione, appellatione filij, non veniunt nepotes l iubemus, C. ad Trebel. & per alia, quæ Bar dicit in l.liberorum, col.2 & 3.ff.de verbo.signi. & quia in ista quęstione, quando appellatione filiorum, veniant nepotes, variæ DD. certi fuere. Ideo cõstitutæ fuint regulæ, & fallentiæ: vt multa congessit Ant. Gabrie. in titul.de verbor.signif 3 tom.commu. opinio.fol.135.à nu 1. cum sequentibus & aliqua comulauit Ioan Grac reg ac §. post multa, quę bene dixit Bald in l.gallus, in §.instiuens.ff.de liber. & posthu. & ibi Ioan.de Imo. & per Rebuf. in dict. l.liberorum per torum, & Alcia.ibidem, & Felin.in cap causamque, de res quibus nunc pretermissis, venio ad nostrũ thema. Et videtur, quod conclusio glo. nostræ non procedat, eo quod in casu proposito, parum refert scire, vel examinare, an appellatione filiorum prolata, in testamento, vel in prouisione legis, veniant nepotes, de quibus per distinctiones

nes

nes locutus est. Bart in dict. l.liberorum, num 5.&.6. & Doctores supra citati in suis locis: quia nos agimus de prouisione hominis in priuilegio.

18 Et sic vnum tamen est, quod multum
refert scire: an Regis priuilegium datū
* patri: ad instituendum maioratum in filium, extendatur eius facultas, ad instituendum dictum maioratum in nepotē, & videtur quod sic: quia priuilegium cōcessum, videtur concessum secundū qualitatem personarū. Et sic concessum militi, videtur ei cōcedi, quasi militi, & ideo iure militari testari poterit, argum. l. ex militari. §. sed vtrum. ff. de milita. testa. cum autem pagano cōceditur, facere testamentum, videtur concessum quasi pagano, vt iure communi testari possit, secundum glos. in. l. si quando. C. de in officio testa. nam sermo debet intelligi secundum cōditionem personæ ad quem dirigitur. Bar. in dict. l. ex militari. Dyn. in reg. quę à iure, de regu iur. in. 6. in fin.
19 & in. l. plenū. §. equicij. ff. de vsufruct.
Ideo concessum priuilegiū patri, ad constituendum maioratum, videtur concessum, vel vti patri, ita vt possit in nepotē dictum maioratum constituere, sicut in filium, in illis, videlicet partibus suæ hæreditatis, in quibus ei licet, nepotem filio preferre, secundum dispositionē. l. 18. Tauri, quæ nunc est. l. 2. tit. 2. lib. 5. recopilat. de quibus locus est quæstioni nostræ, nam circa legitimā filij quæstio nō cadit, eo quod regulariter in ea onus imponi non potest, iuxta text. in. l. quoniā in prioribus. C. de in officio. testa. & ibi per Xuarez, & Mench. in. §. 10. nu. 395. de succes. creatio. lib. 1.

20 Secundo confirmatur dicta conclusio; Maioratus ex Regis priuilegio constitutus, est dignitas, non ex eo solo quod primogenitura dignitas sit, vt Bal. voluit in l. cum antiquioribus, nume. 11. C. de iure delibera. & in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & notauerunt Archidiac. Domi. & Præpos. Alex. in cap. quam periculosum 7. q. 1. & Barb. in cap cum olim col. 6. de consuetud. Ias. in. l. is potest. ff. de acquir. here. num. 38. Paris. cons. 72. num 69. & Didac. Couarr. lib. 1. variar. c. 15 nu. 14. in fin Anton. Gomez. in. l. 40. Tauri. nu. 1. vbi dicit maioratus est quędam dignitas, & Molin. lib. 1. c. 13. num. 1. & . 2. fol. 101. Qui hanc conclusionem, lato modo sumpto vocabulo, dicit procedere non proprie, ex sententia Caroli Molinæi, in cōsuetud Paris. tit. 1. de materia fœud. §. 8. glos. 1. num. 3. dicentis: quod illud, quod nonnulli dicunt quod primogenitura sit dignitas, posset procedere, extēso & largo modo, sumpto dignitatis vocabulo. non tamen strictè & propriè capiendo, Sed dicti Carol. Molin. sentētia, vera mihi videtur, considerata primogenitura in abstractu, & de per se, non vero si eā cōsiderauerimus, vestitā Regis autoritate. Nam tunc, ratione interpositæ autoritatis principis, communi omnium æstimatione, dignitas censetur: vt notauit Didac. Couar. dict. c. 15. lib. 1. variar. in illis verbis: & id apud Hispanos, satis cōpertum est, cum primogenia, familiarū: quędam ornamenta, ac dignitates esse cēseantur. Idque suadet communis stylus curiæ seruatus, vt nulli dicta facultas cōstituendi maioratus concedatur, nisi præcedente probatione, eius qualitatis, facta ex rescripto principis, & iudicis decreto, circa cōstituentis maioriam qualitatem: & sic cessat Ludoc. Molin. vbi supr. n. 4. ratio, dicentis: quod si maioria, esset dignitas, sequeretur quod vnusquisque, etiā homo vilis, ac abiectæ conditionis posset dignitates creare: quia vt constat, nō cuilibet, libera manet facultas, constituēdi maioratum, regia autoritate, sed illis, quos ipsa maiestas approbat: sententia dict. Doctoris Molinę, locum habebit, in alijs maioratibus constitutis sine Regis facultate: & cum eius sit proprium, dignitates creare, per text. in. §. optimum, in auth. de exhibend. & intromitten. reis, coll. 5. & in. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambi. & tenet Bar. in. l. 1. C. de digni. lib. 10. nu. 77. & Martin. Laudensis, in tract. de dignitatibus, vol. 12. tract. fol. 2. quæst. 8. nil mirum; si maioratus ab ipso creatus (id etenim dici potest cum ex eius autoritate fiat) dignitas censeatur: cum iam à plebeis differre videatur, & id dignitatem etiam esse testatur Bart. in dict. l. 1. n. 44. & hinc est, quod nobilis is intelligatur, quem vulgus, & cōmunis hominum æstimatio, nobilem putat c. de multa, de prębend. & ibi Imo. nu. fin. Curc. Sen. consil. 28. num. 1. & Mantic. de coniectu. vltima. volunt. lib. 11. titul. 10. num. 36. Ex quibus, vt censeo cū maneat probati, qđ maioratus constitutus, facultate regia sit digni-

dignitas, & dignitatis concessio sit bene
ficium, nam est beneuola actio gaudium
tribuens, vt diffinit Ias. in. l. beneficium,
num. 4. ff. de legib. & Abb. & Canonistę
in Rub. de præbendis, & digni. cōsequēs
erit, quod concedendo Rex facultatem,
ad constituendum maiotatum patri, in
21 filium, poterit eum constituere in nepo-
tem. Nam compertum extat, in benefi-
cijs, priuilegium Imperatoris vel Regis,
appellatione filiorū, nepotes amplecti, se
cundum Bart. in. d. l. liberotū. ff. de verb.
signific. nu. 7. Petrus de Ancha. in Cle. 2.
de Baptis. Card. in cap. 2. de verb. signif.
Ias. in d. l. beneficium, num. 31. Alexand.
cons. 17. vol. 5. Fel. in cap. causam quę, de
rescrip. Ruyn. cons. 227. vol. 1. Alexand.
cons. 26. vol. 5. Didac. Castillo, in. l. 5. Tau
ri. Mieres de maioratu. 1. part. quæst. 25.
nu. 6. & 24.

Item suader nobis, dictam conclusio-
nem principalem, sequens ratio: causa
quæ principem, & pattem mouet, ad cō-
cedendam & petendam facultatem, in-
stituendi dictum maioratum est, vt fa-
milia cum honore & diuitijs cōseruetur,
22 & nobilitetur, quia licet diuitiæ, nō pos
sunt date nobilitatē directè, possunt ta-
men esse causa remota, ob quam nobili-
tas venit, & obuenta conseruatur, vt cen
suit Bar. in d. l. 1. C. de digni lib. 10. n. 47.
& prædicta ratio, ęque militat in nepo-
te, ac in filio: & quotiescunque eadem
currit ratio nepotibus, ac in filijs, tūc ne-
pos nomine filij continetur, si materia
vtrique conuenire potest, vt notat Petr.
Rebuf. in d. l. liberorum, pagin. 963. post
medium: & quod vtrique ista materia
conueniat, satis ostendit. l. gallus per to-
tum: ff. de liber. & posthum. & l. 2. tit. 2.
lib. 5. Recop.

23 Suadet insuper prędictam conclusio-
nem alia ratio, in dubio principis mens,
semper præsumitur fuisse talis, qualis
de iure esse debet, vt notauit Bal. in. l. ex
facto in principio notab. 4. & ibi Alex.
ff. de vulg. & pupil. subst. & Ias. in d. l. be
neficium, num. 35. ff. de leg. Sed de iure
Regni constitutum est, quod auus posSit
in nepotem maiotatum constituere, in
quinta & tertia suorum bonorum parte,
per d. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. etiam viuo
existente patre (quod quasi mirabile est,
nam nepos patre præcedente, & viuo, nō
habet ius succedēdi auo, donec pater qui
eum præcedit moriatur. l. si quis posthu-
mos. §. si filium. ff. de liber. & posth. l. gal
lus. §. in omnibus, eo. tit. l. si quis filio ex
hæredato. ff. de in iust. rupt. irritq; fact.
test. §. posthumorum inst. de exheręda-
tio. filio. auth. in successio. C. de suis, &
legit. hęred. l. 3. ti. 31. pa. 6. de quo per Se-
guram in. l. cohęredi. §. cum filiæ, nu. 29.
cum sequentibus ff. de vulga. & pupilla.
subst.) Igitur sequitur, ex supradictis, &
ex eo quod est casus transmissibilis ad
nepotes, quod dictum priuilegium, datū
patri, ad constituendum maioriam in fi-
lium, ex vi compręhensionis, & exten-
sionis poterit eam instituere in nepotem,
dūmodo non excedat tertium & quin-
tum: nam in materia transmissibili ad
nepotes, appellatione filiorum, veniunt
dicti nepotes, quamuis filij expresse fuę
rint nominati, secundum Tiraquel. in le
gibus connubia, glo. 5. nu. 173.

24 Et ad fundamentum glo. nostrę dicen
tis, quod in dependentibus ex gradu vel
affectione, appellatione filiotum non ve
niunt nepotes, per text. in. l. iubemus. §.
fin. C. ad Trebell. dupliciter respondeo:
quod in casu d. §. fin. agitur de interpre-
tatione testatoris, at in casu nostro agi-
mus de interptetatione priuilegij prin-
cipis: vel secūdo, quod dispositio d. §. fi.
non procedit, si volūtas testatoris aliud
suadeat, vt si voluit bona in familia re-
manere, secūdum dispositionem. l. filius
familias. §. diui. ff. de leg. 1. quam limita-
tionem ad illum text. notauit Rebuf. in
d. l. liberorum, pag. 967. versic. limitatur,
post medium, per text. ibi, nisi voluntas
testatoris aliter se habeat. Idem censuit
Socin. cons. 150. col. 3. lib. 2. & Tiraquell.
de iure primogen. quæstio. 40. nu. 156.
Dec. consil. 498. num. 19. Parisi. cons. 72.
num. 107. lib. 4.

25 Procedet tamen glossæ nostræ cōclu-
sio, quando quis petit dictam facultatē,
ad faciendam maioriam in filium suum,
quem proprio nomine nuncupauit, putà
Perrum aut Ioannem, quia tunc appella
tione filiorum, non veniunt nepotes, se-
cundum Bart. in dict. l. liberorum, num. 5.
post medium. Quod limitatur quādo ex
aliquibus coniectutis constaret, impetrā
tis eam fuisse mentē, vt nepotes non cō-
pręhenderentur, sub vocatione filiorum:
vt habetur ex Imo: qui contra Bart. cen-
suit, in dict. l. gallus, in. §. constituens, &

per

per Bal.in.l.1.C.de his, qui ante appertas tabul. Curtius Iunior conf.113.& Anton. Gabriel.3.tomo,cõmun. opinio.pagin.337.num.33.

1 *Deficiente successore in Hispaniarum Regnis magnates possunt eligere Regem.*

2 *Si in maioratus institutione vocatus fuerit proximior ad successionem, & ex defectu descendentium veniat ad collaterales, erit etiam locus repræsentationi, & sic præfertur pronepos fratris, maioribus nepotibus fratris minoris contra glossam.*

In maioratus successione eadem repræsentatio datur in collateralibus, quod in descendentibus.

3 *Quando testator in institutione maioratus iussit portare arma paterna, & nomen agnationis non ex hoc excluduntur fœminæ contra glossam nostram.*

Sustinetur opinio glossæ ex aliquibus coniecturis.

4 *Quando vocatur ad successionẽ fideicommissi proximior venit qui proximus est vltimo possessori.*

GLos.18.in verbo. El *mas propinque pariente*. 1 Concludit: quod deficiente successore legitimo, in Hispaniarũ Regnis, magnates eligent Regem: idem asserit Ferdinand. Vazquez à Menchac.in lib illustrium controuersia.c.22. nu.12.

2 Quæst.1.in eadẽ gl.concluditur, quod quando maioratus, ex defectu descendẽtium, deuenit ad collaterales constituentis, & in eius dispositione vel institutione, vocatus fuit proximior, quod ex vi, & potentia istius clausulæ, concurrentibus ad successionem, nepote fratris minoris, & pronepote fratris maioris, quod præferatur nepos fratris minoris, quia est proximior vltimo possessori, & quia pronepos fratris maioris, non repręsentat personam patris in isto casu, per tex. in.l. si libertus. præterito.§.1.ff. de bonis liberto.& quia supra: ista lege in glo.17. quęst.1.in.2.fallentia hęc cõclusio remanet conculcata, breuiter transcurram, & tantum dicam, quod Ludo. Molin.de primog.lib.3.c.8.num.11.&.14. reiecta sententia glo.concludit in isto casu, siue in maioratibus, siue in fideicommissis semper repræsentationi locum esse: & respõdet ad d.l.si libertus, præterito.§.1.vt dixi supra d.glo.17.fallent.2.similiter glo. ista decepta fuit, in quantum affirmat, suę assertioni nõ obstare.l.40.Taur.quia illa loquitur, vt ipsa inquit, in descendẽtibus â primo cõstituente: qui sensus vltra dicta per Molin.in d.lib.3.c.7.nu.10. fol.57.reprobantẽ glossam nostrã, approbatus fuit per Didac. Couarr. pract. quæstionib.cap.38.nu.6.vbi dicit, quod quãdo primogeniom, in transuersam lineam transierit, eadem obseruanda sunt, quæ in linea descendentium: & eadem repręsentatione, intrabit maioratum nepos transuersalis, excludendo patruum: quæ repræsentatio, non modo procedit, respectu transuersalium, inter fratres, & filios fratrum, sed etiam inter alios remotioris gradus: vt d.Ludo.Molin.concludit.d.c.7.num.10.& d.Didac. Couar.d. c.38.num.10.assignando tres intellectus, ad d.l.40 Tauri, & quod omni casu iure Regio, in successione maioratus, repræsentationi locus est, nec maioratus astringitur in hoc, regulis successionis ab intestato, vel fideicommissi: quem sequitur Matien.in.l 5.tit.7.lib.5.Recop. in gl.4. num.4.quicquid circa transuersales, tam primi instituentis, quam vltimi possidẽtis, dixerit Anton. Gomez.in.l.8.Tauri, num.19.&.20.quem impugnat Acosta, in quæstio.patrui & nepotis, pagin.132. versicu.6.& id apertissime colligitur ex mente, d.l.40.Tauri: & ideo cessant in casu isto disposita per auth. post fratres la.2.C.de legit.hæred.vbi deciditur, repræsentationi locum non esse, vltra fratres, fratrumque filios: & senteutia multorum Doctorum, etiam cessat, per hunc tex. asserentes in maioratus successione, in linea collaterali, seu transuersali, vltra fratres, & eorum liberos, non esse locum repræsentationi: vt voluit Bart. in.dict. auth.post fratres, ob idque dicit, Romanam

nam ecclesiam pronunciasse, in Regno Neapolitano, pro Rege Roberto, contra Regem Vngariæ, qui erat nepos Caroli primogeniti: & hanc sequitur Raphael. Cuma in.l.cumita, in.§.in fideicommisso, ff.deleg.2.& Alexand.consi.204.col 3.lib.2.& Dec.consi.1.num.127.& Tiraq. de iure primogenio.q.41.num.4.licet in calce, pro nostra concludat opinione dicens: ideo in gentibus illis in quibus repræsentatio habet locum, vltra hos gradus, filius primogeniti, præferendus est semper patruo.

3 In dict.glos.18.quæst.2.dicit: quod in dubio, quando testator iuuet portare arma paterna, & nomen agnationis, videtur velle excludere fœminas: in contrarium concludit domin. Ludoui. Molinæ lib.2.de primog.c.14.num.8.&.9. vbi in praxim dixit receptum esse: tamé cum alijs coniecturis opinio glossę nostræ coadiuuata, nó me parum moueret: putá vt si testator, in clausulis præcedentibus, loquitur de filijs masculis, ob conseruandá familiam, vel ex alijs verbis, id voluisse testatorem, colligitur, secundum bonam distinctionem Dec.in consi.486.&.480.quam inter multas & varias Doctorum sententias, prælegit Anto. Gabriel.3.tom.cōmun.opinio.fol.231.n.16.& ex alijs traditis, per Manti.de coniectura.vltim.volunt.titul.13.nu.10.lib.11.præcipuè, quia quando substituitur de domo vel de progenie, masculi tantum vocantur, & non fœminæ, etiam si non sit statutum fœminas excludens: & sic neotis ex filio excluditur, secundum Corne.consi.26.vol.4.vbi asserit hunc esse cōmunem vsum loquendi, cui subscribit Cæphalus consi.18.vol.4.& Gozad. consi 79.num.6.reprobato Curtio Iunicol.49.num.3.&.6.& Socin.Iuni.consil.94.num.8.vol.2.& Paris.con.35.vol.3 secundum Viuium.2.tomo, cōmun.opi. fol.74.num.39.

4 In eadem glos 18.in quest.6.in fin. probat, quod quádo vocatur proximior per fideicommissum intelligitur de proximiori vltimi descendentis, & non de proximiori primi constituentis, secundum Socin.Iunio.consi.126.vol.1.num.56. cui assentitur Gozad.consi.4.nu.17.&.31.& Rolland.à Valle consi.100. vol.1. num.1. cum sequentibus, vbi dicit cōmunem, & dixi supra.l.1.titul.1.ista par.in glo 1.& hanc sequuntur nostrates Didac.Couar.in pract.quæstionib.in cap.38. nu.4. & Molin.de primog.lib.3.c.10.nu.9.

1 Infamis infamia facti non excluditur à Regni successione.

2 Restitutio principis de incapace ad successionem maioratus nihil operatur si capaci fuit delata possessio: & restitutio fuit post mortem possessoris, secus si ante, quia in maioratus successione solū attenditur tempus mortis vltimi possessoris.

GLos.19. in verbo. *Seyendo hombre para ello.* In quantum ista glos. sentit, quod lex loquitur de habili, & digno, prout
1 est ille qui nō est mutus, & surdus, vel demens, & se refert ad capacitatem, & habilitatem personę, potius quam ad dignitatem, quę ex morum integritate consequitur: infertur quod infamis infamia facti, non excluditur, a Regni successione: vt habetur per Molin. lib.1. fol. 103. num.17.&.18.dixi latius sup ista lege in glo.13.num.2.in verb.En España.

2 In d.glos 19.in questio[illegible] sed pone quod tēpore delationis maioratus, qui ad eam proximior vocabatur, erat incapax propter heresim, vel aliud delictum. Fuit tamen restitutus per principē, antequam sequens ad successionem maioratus, acceptaret maioriam quærit an admittetur: & pro vtraque parte, adductis bonis fundamentis relinquit cogitandū: quam quæstionem, ex professo sumpsit examinandam, dominus Ludou. Molin. in suo lib.3.de primog.cap.2.num.14.&.15.folio.10.vbi distinguit: aut restitutio principis facta fuit, post mortem vltimi possessoris maioratus, & post delatam, maioratus possessionem, in sequentem habilem, ac dominio & possessione in eū delatis: quo casu concludit, nihil principis restitutionem posse operari, cum nō potest dominium, acquisitum etiam per medium iuris ciuilis, auferre, fine causa iusta, & dato bono cambio, secundum Bart.& DD.in.l.gallus §.quid si tantū, ff.de liber.& posthum.& in.l fin.C sicō tra ius vel vtilitat.publ.& Canonistas in cap.

cap.quę in ecclesiarum, de constitutio: & nos late diximus supra,in.l.2. titul.1. ista par.in glo.23 nu.1.&.2.

Aut restitutio concessa fuit, ante mortem vltimi maioratus possessoris, & tūc quia tempore delatę possessionis maioratus, dictus successor habilis & capax ac integer propter restitutionis beneficium reperitur,consequens est,vt iste in maioratum succedat, eo quod in maioratus successione,solum tempus mortis, vltimi possessoris considerandum sit,vt late ipse Ludou. Molina probauit lib.1. cap.13.num.36.

1 *Spes succedendi in maioria non venit in confiscatione bonorum (preter quam propter crimen lesę maiestatis) si descendat ex vltima voluntate, quia sicut non transeunt ista iura ad hæredem,ita nec ad fiscum.*

2 *Clausula in facultate Regia ad constituendum maioratū, vt non amittatur ob crimen lesæ maiestatis procedit nisi proditorię cōmittatur de cuius veritate vide num.9.*

3 *Interest aliquando petere legatum, vt conditionale non vt purum.*

4 *Spes succedendi in maioria,quæ causatur ex contractu venit in confiscatione, quia iura conditionalia in contractibus transmittuntur ad hæredes, & sic ad fiscum limitatur quā do conditio est casualis, vel mixta secus si potestatiua, secundum glossam nostram in principali conclusione reprobatam.*

5 *Iura conditionalia veniunt in confiscatione quando conditio est de præsenti, vel de preterito.secus si de futuro.*

Spes futuri iuris quæ competit de iure speciali non venit in cōfiscatione.

6 *Spes succedendi ad maioratum non venit in confiscatione, siue sit maioratus constitutus in testamento, siue in contractu contra glossam nostram.*

7 *Fructus possessoris maioratus cō fiscantur.*

8 *Maioratus in contractu institutus, & si reuocabilis sit non est vere vltima voluntas, nec legatum, nec fideicommissum, sed quædam tertia species diuersa, quæ obseruat effectum, et naturam vltimæ voluntatis.*

9 *Filius proditoris, vel hæretici non excluduntur à maioratus successione siue maioratus sit institutus in contractu,siue in testamento contra glossam nostram.*

10 *Facultas Regia ad constituendum maioratum cum clausula, vt bona non confiscentur etiam ob crimen lesæ maiestatis limitatur quando proditorie crimen læsę maiestatis committitur.*

Quid dicatur cōmitti proditorie.

11 *Data facultate constituendi maioratum cum dicta clausula, vt non amittatur etiam propter crimen lęsę maiestatis non procedit si bona data fuerunt à Rege.*

12 *Fructus maioratus non applicātur fisco formaliter cōmoditates sic, quia in bonis restitutioni subiectis vsusfructus formatum, & reale tertio constitui non potest.*

GLos.10 in verb *E non auiendo fecho.* Dupliciter dubitat, & cōcludit: scilicet, quod spes succedendi in maioria, nō videtur venire in confiscatione bonorum, 1 si descendat ex vltima voluntate: & tādem limitari dicit,in crimine læsæ maiestatis,

iestatis,per text.in.l.quisquis.C. ad legē
Iulia.maiest.quod si vero spes succeden
di in maioria,causetur ex contractu, seu
alias quam ex vltima volūtate,talis spes
venit in confiscatione bonorū,per text.
qui optime probat in.l.inter socerum. §.
quod si mulier.ff.de pact.dotal. hæc quo
ad primam istius gloss.partem.
In secunda vero quæst.cōcludit in ca
su diuerso,videlicet:quando constituens
maioratum,habuit Regiam facultatem,
cum clausula,quod dictus maioratus nō
confiscetur,etiam ob crimen læsæ maie-
statis. Quod limitatur nisi proditorie cri
men læsæ maiestatis cōmitratur. Ad ma
iorem harum conclusionum euidentiam
per omnes sigillatim discurrā:& ad pri-
mam glossæ conclusionem,in parte pri-
ma contentam dico : cōmuniter appro-
batam esse,per glos.in verbo.præsens, in
l.non ad ea.ff.de conditioni.& demonst.
vbi occasione textus dantis legatario ele
ctionem,petendi legatum,vt purum,vel
vt conditionale,dicit d.glos.poterit inte
3 resse: peti ex conditionali,si tunc ero ca
pax , nunc non sum : vel si omnia mea
præsentia donaui, vel si publicata sunt,
nam postea quęsita,nō cadent in eas cau
sas: quam sequūtur Bar.ibi in fi.& Imo.
nu.4.& Paul.nu.8.qui eam legunt sub.l.
quod traditum,& Bald.in.l.etiam.C.ad
legem falcid.nu.2.& in.c.cum cōtingat,
nu.34.de iure iura.Ang.& Imo.in.l.quo
ties.ff de donatio.Bar.in.l.1 num.9.ff.de
bonis damnato.& per Decium in cons.
136.per quos omnes probatur dicta con-
clusio,quod iura conditionalia, quæ pro
ueniunt ex vltima voluntate, nō veniūt
in confiscationē : quia sicut nō transeūt
ad verū hęredem,vt in.l.vnica.§. sin au-
tem sub conditione.C.de caducis tollen.
ita etiam non debēt transire ad fiscum
qui habetur loco hæredis,vt in.l.2.C. ad
legem Iulia.de vi.
4 Quoad secundam conclusionem par-
* tis primæ istius glossæ,dicentis, quod si
spes succedendi in maioria, causetur ex
contractu, talis spes venit in confiscatio
ne bonorum, & hoc fit ex eo , quod iura
conditionalia in contractibus transmit-
tuntur ad hęredes, vt in.§.ex conditio-
nali insti. de verbor.obligat. & sic tran-
seunt ad fiscum sicut ad hæredem, per
dict.l.inter socerum, in dicto.§: quod si
mulier,secundum Imol.Paul. & Bart. in
d.l.quod traditū,& ibi Alex. in additio.
ad Bartolum.
Limitatur prędicta conclusio,quando
cōditio est casualis,& mixta,secus si po-
testatiua,quia hęc non transmittit ad hę
redes,ergo neque ad fiscum: nam credi-
tor defunctus,censetur esse in culpa,non
adimplendo, vt probat text.in. l si decē
cum petiero.ff.de verbo.obligatio.& ibi
communiter DD.& in.l.potior, & in.l.
qui balneum.ff. qui potiores in pignore
habeantur.Bal.in.l.fin.C.de contra ben.
emptio.
Secundo limitatur quando esset con-
5 ditio de pręsenti, vel pręterito, secus si
de futuro,per.l cum ad præsens cū dua-
bus sequentibus.ff. si certum petatur, &
in.l.conditio.ff.de verbo.obligatio. nam
conditio de præterito, vel de præsenti,
non habetur pro conditione. Item limi-
tatur dicta conclusio glo.vt non proce-
dat,si spes futuri iuris, competit de iure
speciali,quę non debet attendi: vt si mi-
noris bona venerint confiscanda,qui hæ
reditatem repudiauit,quā vulgariter sub
stitotus intrauit,spes quam dictus minor
habet restitutionis,aduersus hæreditatē,
non veniet in confiscatione bonorum,&
quod dicta restitutio ei competat,probat
tex.in.l.4 paulo post principium.ff. de
fideicōmissa.liberta.&.l. & si sine.§. sed
quod Papinianus.ff.de minoribus,nota-
tur in.l.fi.C.de repudian. hęred. Bar.in
l.1.nu.19.ff.de vulg.& pupilla.Segura, in
l cohęredi. §.tum filiæ,nu.58.ff.eod. tit.
Idemque erit,si dicto minori, competat
restitutio,aduersus aliquem contractum
in quo fuit lęsus: nam dicta spes restitu-
tionis,non venit cōfiscanda: vt bene cō-
cludit.d.Segura,vbi supra,& Ant Gom.
in tomo.3. variar. c.14.nu. 2.fol 104. qui
non ita exacte materiam peregit.
6 At Ludou.Molina de primoge. lib.4.
c.11.nu.24 sine vlla distinctione,an ma-
ioratus descendat ex vltima voluntate,
* vel ex contractu,asserit,spem succeden-
di non venire in confiscationē : & ideo
bona primogenio subiecta,non erunt cō
fiscanda ob delictum illius,qui ius habet
succedendi,nec etiam fructus,nec cōmo
ditates eorum,erunt fisco adijcienda , si
7 nondum tempore factæ condēnationis,
iam eiusdem maioratus possessor sit . Et
tunc quando maioratus possessor extitit
fructus tantum cōmoditates adijcientur
fisco,

fisco, non bonorum proprietas: vt latius
idē Molina concludit, in lib.1. c. 19.n.38.
quæ regulariter, in omnibus criminibus
obseruanda sunt: nec mirū, si nihil dixit
distinguendo, inter maioratum factū in
vltima voluntate, & in cōtractu, vt glos-
sa nostra supra distinguit: nam inquit, d.
lib.4 c.11.nu.23. quod maioratus in con-
8 tractu institutus, & si reuocabilis sit, non
est vere vltima voluntas, nec est legatū,
nec fideicōmissum, sed tertia quędā spe-
cies diuersa, vt latius ostēdit ipse, in li.1.
c.12 per totum, quę effectum, & naturam
vltimæ voluntatis obseruat: & sic vide-
tur, circa cōfiscationem bonorū vel spei
maioratus, nihil referre quod eius insti-
tutio sit facta in cōtractu, aut vltima vo
luntate: Per ea quę modo dicta manent
venio nunc ad aliam quæstionem, an fi-
lij proditorum in crimine læsæ maiesta-
tis excludantur à successione maioratus
& Glossator noster, in.l.2.tit.2.inst. par.
7.in gl.10.in verb. *Mandas*, col 2.post me
dium distinguit, inter primogeniū factū
testamento, & illud quod factum est in
9 contractu: prout supra distinguimus. nū
mer.4. primo etenim casu dicit, filios pro
* ditorum, in primogenio non succedere:
secundo vero sic, quia.l. quisquis. C. ad
lege. Iulia. maie. & d.l.2. non excludit fi-
lios proditorū, à contractibus & donatio
nibus inter viuos, sed tantum ab his quæ
proueniunt iure successionis, ex testa-
mento vel ab iotestato, vel per viā lega-
ti. Quam conclusionem Molin. d. lib.4.
c.11 nu.51. impugnat dicendo omnes d.
filios succedere per bona fundamēta, &
rationes in nu 52 & Gom.in.l 40. Tau.
nu.91. Boeri. decis.7.nu.6.

Ad secundam finaliter quæstionē ve-
10 niēdo, vbi dicit, quod facultas Regia da-
ta, ad cōstituendum maioratū, cum clau
sula, vt bona non confiscentur, etiam ob
crimen læsæ maiestatis, erit limitanda,
dum non cōmittatur tale crimē, prodito
rie, quia reputatur grauius crimen, quod
glo. probat per multa argumenta, & sic
quasi à principe non cogitatū: cui addo
tunc aliquid proditorie dici fieri, quādo
aliud ostenditur in verbis, aliud gestatur
in pectore, vt inquit Bar.in.l. respicien-
dū. §. delinquunt, nu.1. ff. de pœnis, & ibi
per Alex in additio: & per bonam glos.
in.c. clericus. 46. dist. quæ ponit septem
casus, in quibus dicitur quis proditor, &
ponit alios.l 2.tit.2.p.7. sed non in om-
nibus actum proditorie agitur, quod su-
me nota ad intellectū.l.2.tit.23.lib.8. Re-
copil. nam ad hoc quod pro solo vulnere
imponatur pœna mortis: requiritur ꝙ
proditio proditorie fiat colloquendo, &
de proditione agendo non etenim suffi-
ciet animus deliberatus ad factū quāuis
effectus sit secutus, vt colligitur ex Alex.
in cons.145.nu.4.&.6. & à Couar. lib.2.
varia.c.20.nu.7. aliter enim absonus se-
queretur intellectus, quia pœna nō esset
cōmensurata delicto. Facit pro hac par-
te, quod notauit Ioā. And in.c.1. de hom.
in.6. in nouelle, col.4. in fi. ex quibus col
ligo glossam nostrā doctè perpēdisse di-
ctā limitationem: sed tandē indistinctè
tenet contrariū Molina c.13.nu.1. cū se-
quentibus lib.4. fol.192.
11 Secundo limitatur dicta clausula, quan
do maioratus constitutus est, ex bonis à
Rege donatis: nam quamuis in facultate
dicatur, quod non possint dicta bona cō
fiscari, propter crimen læsæ maiestatis,
nō gaudebunt illa immunitate. Nō enim
valet conuentio, inter donantem, & do-
natarium facta, vt etiam ex ingratitudi-
ne, donatio reuocari nō possit, nec inter
dominū & fœudatarium, vt etiā propter
felloniam, fœudum ad dominum, non re
uertatur: quod sic in fœudo opinantur,
Bald.in.l.1.col.fio.q.52.ff. de rerum diui.
& idem Bal.in.c. si cautio, nu.12. de fide
instrum. Barb.c.fin.col.6. de dolo & con
tu. Georgius Nata. in.c. quāuis pactum,
de pactis in.6.num.44. Andr. de Isern. in
c.1. quę sint regalia, idque etiam in dona
tione verum esse profitetur, Bal. in.l.3.
nu.4. C. de bonis liberto. & Bart.nu.3.in
l.fin. C. de pact. vbi Bal. num.11. & Paul.
nu.12. & Ias. nu.17. & Alex. in.l. stipula-
tio hoc modo concepta, n.23. ff. de verb.
obligat. Ripa.l.fin. C. de reuocand. dona.
quæst.54. Tiraquel. in.l. si vnquā in prin
cipio, nu.135. & hanc circa donationem,
& fœudum dicit communem vltra alios
Ludou. à Molin. lib.4.c.11.nu.69.
12 Tandem antequā à glossa me expediā,
vnum notare volo, quę sit ratio, vt maio-
ratus fructus, fisco non adijciantur pro-
pter delictum possessoris, & cōmoditates
sic. Et rationem differentiæ ioquam eam
esse, quia in rebus prohibitis alienari, vt
in fideicōmissis & maioratibus, & alijs
restitutioni subiectis, ius vsusfructus per
cipiendi

cipiendi formatũ, & reale, tertio cõstitui
non potest: tamẽ bene constituitur, in di
ctis bonis, quædam facultas fructuũ, seu
cõmoditas percipiendi: hęc nanq; facul
tas, ab ipso iure fructus percipiẽdi, diuer
sa est, nec alienationem continet: quam
differentiã bene ostendit tex. in. l. si vsus
fructus. ff. de iure dotiũ, in illis verbis: vt
ipsum quidẽ ius remaneat penes maritũ
perceptio vero fructuũ, ad mulierem per
tineat: & tex. in. l. vsufructo. ff. solut. ma
tri. notat Oldral. cons. 102. prope finem:
ex ea vtiq; fructuũ percipiendorũ facul-
tate: nullum ius in re constituitur, secun
dũ Bart. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de
leg. 2. nu. 4. & per Fabrum in. §. item ser-
uiana insti. de action. nu. 30. & Tiraq. de
retractu. linagier. §. 1. glo. 7. nu. 47. Pala-
cius Rub. in. c. per vestras. §. 38. nu. 4. Pine
lus, de bonis mater. l. 1. nu. 70. ad fin. p. 3.
Moli. de primog. lib. 1. c. 20. o. 10. 11. & 12.
qui male Chassaneum citat in consuet.
Burgu. debuerat eum allegare in Rub. 2.
§. 2. nu. 17. & 18. hancq; sententiã. quod
bona fideicõmisso subiecta, propter deli-
ctũ possidentis, non cõfiscentur, & quod
fructuum cõmoditas adijciatur fisco, di-
cit communem Bonacossa. 2. tomo. cõ-
muni opin. num 54. fo. 555.

In. l. 3. tit. 15. par. 2. in glo. 3.

1 *Deciditur quæstio quando Regi dandus sit curator.*
2 *Cõsuetudo inducitur per inferiores.*
3 *In omnibus legum dispositionibus inest tacita cõditio (rebus sic statibus.)*
4 *Regibus data est potestas, vt ædificent, & plantent.*

GLos. 3. in ver. *veynte*. Lex ista dicit. Re-
gem etiam puberem, debere manere,
1 sub curatorum administratione, vsq; ad-
annum vigesimum suæ ętatis, glossa au-
tem nostra, citat legem ordinamenti, Al-
fonsi Regis, disponentis, vt finito deci-
moquarto anno pueri Regis, ilico ei Re-
gni administratio tradatur: & ita practi
catum fuisse, plurimis exemplis confir-
mat & tandem refert Caroli Molinæi,
opinionem in consuet. Parisien. dicentem,
saniorem sententiam esse, quod Rex in-
cipiat gubernare, finitis quatuordecim
annis: ne per longiorem tutelam, occa-
sio suaderet maleuolis, res nouas exci-
tandi. Et istam partem amplectendo, di-
xit Baeça in tract. de decim. tuto præst.
cap. 10. num. 3. hanc legem circa præsen-
tem decisionem, consuetudine esse cor-
rectam & sublatam, & quod Caroli. V.
Rex noster, ac Imperator, gubernare in-
cipit, anno. 17. suæ ætatis: cum quibus
Alfons. Azeued. 10. l. 1. titul. 3. lib. 2. nu. 8.
Recopil. transit: sed ego minime fatear,
legem istã, sublatã consuetudine contra-
traria dici posse, recte loquendo: quo-
niam consuetudo per inferiores induci-
2 tur, non per illos qui legem dicere pos-
sunt, cap. fi. o. de consuetud. l. 1. C. quæ sit
longa consuetud. l. de quibus. ff. de legib.
in illis quæ sunt de iure positiuo, sed
dicendum, quod Rex, & proceres, seu
gubernatores, pro illa vice, aliter quam
sancitum in hac lege est, disponere ani-
maduerterunt expedire, propter casus
indigentiam: cum ea quę de nouo emer
gunt, nouo indigent auxilio: & sic se-
cundum ius processerunt, nihil innouan
do, neque derogando. Quia conditio ta-
cita inest omnibus legum dispositioni-
3 bus, scilicet (rebus sic stãtibus) arg. l. adi-
gere. §. quamuis. ff de iure patron capit.
translato, de consti & glo. in. l. 1. in verb.
prudentia. ff de legit. tut. per Tiraque. de
cessante causa 1 p. nu 125 & sic non vide
tur legem nostram esse sublatã, eo quod
in speciali cesset eius ratio.

Neq; aliqua lex est in noua recopila-
tione, quę huic legis nostrę dispositioni
deroget: sed solum reperitur. l. 3 tit. 10.
lib. 5. d. Recop. dicẽtis, d. Regẽ Alfon. II.
anno. 15 suæ ætatis, regimen Regni gessis
se. Ob quod dico, tunc tẽporis, legis no-
strę dispositionẽ, practicandã esse, quan-
do Rex post pubertatem, vellet assume-
re Regni administrationẽ, ipse de per se,
sine associatione magnatũ & procerum:
istiq; gubernatores propter Regis imbe-
cillitatẽ, ac incapacitatẽ, facilitatẽq; re-
nuant: quæ repugnatio, merito Regi fie-
ri potest, in prędicta ætate constituto, ne
4 Regni status turbetur: Nã Regibus etiã
prudẽtibus, per populũ translata fuit po-
testas, vt ædificent, & plãtent, non vt de-
struant, & euellent: vt bene notauit Mi-
chin. in li. cõtro. illustri c. 4. & 5. n. 3. & 4.
& sic denegari põt, propter causas supra
dictas, administratio libera, Regi etiã pu

beti; maxime cũ Pau.c.4.ad Galat.dicat: quãto tẽpore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omniũ, sed sub tutoribus, & curatoribus est: & contra eum sit violenta præsumptio, quod non poterit gerere prudenter negocia, vt habetur cap.22.pro verbi. vbi dicitur, stultitia est colligata in corde pueri & dixit pro maledictione Dñs per Esaiam. c.4.dabo pueros principes eorũ, & tandem per legem nostrã, erunt limitanda, quæ dicunt Bar.in.l.quidam consulebãt, ff.de re iud.& Oldral.cons.52. & Anto. Gomez tom.3 varia.c.1.nu. 56. scilicet, vt in.d.casu Regi etiã inuito detur curator, vsq; ad vigesimũ quintũ annum. Nã sufficiet in casu proposito, quod finiatur cura eius, anno vigesimo, vt in hac lege decisum stat.

In.l.4.tit.16.pa.2.in glo.1.

1 Successor maioratus, qui hæres nõ est possessoris defuncti, nõ tenetur eius debita soluere.

GLos.1.in verb. *Sus deudas.* In quantum
1 probat, successor Regni, vel alius maioratus, si hæres non esset, sed succederet iure sanguinis, non teneri ad debita sui prædecessoris, cõmuniter approbatur, secundũ Ant Gom in.l.40.Taur.nu.72.& dom. Ant. de Padilla in.l.vnũ ex familia §.si de falcid.n.8 cũ sequẽtibus.ff.de leg. 1.Ludo.Moli.lib.1.de primog.c.10.n.29. &.30.fol 81.vbi per totum capitulũ, materiam exhaurit.

In.l.5.tit.15.pa.2.in glo.2.

1 Rex regulariter nõ potest alienare ciuitates & oppida Regni sine cõsensu magnatum & populorũ cum quatuor ampliationibus.

2 Limitatur prędicta conclusio quãdo Rex vendit cum clausulis ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis, vel si vassalli à principio non contradixerunt venditionem.

GLos.2.in verb. *Que nunca en su vida.* In vers. vbi late fundat: cõprobat glo. nostrã sententiã Paul. Castre. quod Rex nõ potest alienare ciuitates, & castra Regni, sine consensu omnium principum, & populorum, per tex. in.c.intellecto, de iure
1 iuran. cui addo Bal. in.l.in testamẽto. C. ad legem falcid.& in.c.1.de testi. spolia. per text.in.c.1.§ ex eadẽ in tit. de legib. Conrad.& in.c.Imperatorẽ in.§. præterea ducatus de prohibita fœudi alien. per Feder.& gl.in.l inuitus.ff.de fideicõmissa.libert. Tiraq.de primog.q.35 nu.24.

Quę cõclusio ampliatur primo, vt etiã consensus pręstitus à subditis, pręsumatur meticulosus, secundũ eundem Paul. d.cõs 70.n.14.vol.1 quẽ sequitur Brunus cõs.12. Gomez.in.§ item seruiana insti. de actio. Secundo ampliatur secus dominos inferiores, vt per dictã alienationem sine cõsensu subdictorum factã, priuetur dominus ipsis vassallis, secundũ Feli.in c.dilecti.de maiorit.& obedien. post n.2. qui loquitur in vassallis fœudi Tertio ampliatur, vt vassallus inuitus, non possit transferri in minorem dominũ, secundũ Ias.in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cõdictio.indebit.num.27.

Quarto ampliatur, vt prędicti vassalli domino resistere possint, secundum Bal. cons.fin.vol.1.Imo.in Cle. si.in si.de foro cõpet. Quinto ampliatur, vt etiam si maior pars sponte consenserit, non possit præiudicare non consentientibus.

2 Primo limitatur, quando alienatio fieret cum vniuersitate, vt notauit Felin. in d.c.dilecti post.nu.1. Quę limitatio habet locũ, si talis ad sit cõsuetudo, vt bene expenditur per Franc. Ripa lib.2 respon. so.in respons.25.& per Abb.in c. auditis num.21.de pręscrip.

Secundo limitatur, quãdo alienatio fieret, ex causa remunerationis, secundum Bal.in cons.11.vol.5.in vers.& est summopere aduertendum.

Tertio limita. stantibus clausulis, ex certa scientia, & ex plenitudine potestatis, vt notat Petrus Paul. Parisi. cons.22. n.93.vol.1.& cons.23.nu.104.eod. volu.

Quarto limita. si vassalli à principio non contradixerunt, quia pręsumitur consentire, cum passi fuerint nouũ dominũ, & ideo postea reclamare nõ possent, secundum Marian Socin.Iuni. cons.94. volum.2.& Barba.cons.11.volumo.2.& Anton: Gabriel.3 tomo.communio.opi fol.190.col.2.in fin.n.1. Ex quibus iustificabis omnes alienationes, quæ quotidie

Hispa

Hispaniæ fiunt, de vassallis Coronæ Regiæ: de quo dixi supr.in.l.8.tit.1.ista pa. in glos.3. vbi egi de intellectu. l.3. tit.10. lib 5 Recopil. dantis formam in donationibus faciendis per Reges.

1 In priuilegio donationis factæ à Rege, quę videantur excepta licet nō fuerint expressa in donatione.

Emptor facit Regalia sua, si in casu dubio ea pręcepit Rege sciente.

GLos.16.in verb. *Ne dixesse*. Dicit nota 1 bonam legem, ad intelligendum, quæ videãtur excepta, in priuilegio donationis Regis, licet de eis nihil dicatur: & cōcludit hæc, & alia regalia, non venire in priuilegio, nisi à Regalia largitate, concedantur expresse. Pro quorum intelligentia dico facere dictum Roma.consil. 271.nu.4. dicentis: quod si in venditione facta à Rege, de aliqua terra, vel ciuitate, dubitetur an fuerint comprehensa Regalia, & paciente Rege, emptor ista Regalia exegerit: ex tali obseruatione secuta, declaratur Regis mentē fuisse, dicta Regalia cōprehendere, in venditione: quā dicit cōmunē Iosephus Ludouic.tom. 3. cōmun.opinio, fol.523. illatione.12.& cōducunt ad.l.1.titul.10.lib.5.Recopil. ponentem verba, ex quibus inducitur Regem voluisse cum villa donare simul iurisdictionem: de qua materia latius dixi supra.l.12.titul.1.ista par in glo.2.& alia circa formam requisitam, in donationibus & venditionibus in.l.8. sup.tit.1.in glo.3.ista par.

Titulus 16. Como el *pueblo deue guardar al Rey en sus officiales.*

In.l.3.tit. 16.p.2.in glos.3.

1 Ex proposito plures concurrendo ad aliquem vulnerandum si vnus vulnerat occisum lethaliter omnes tenentur de homicidio, quamuis nesciatur qui percusserit cum ampliatione.

2 In rixa orta de repente si per multos mulię inflictę fuerint vni percussiones, & nescitur quis lethaliter percusserit, tunc nullus pœna mortis tenebitur, neque torqueri ad veritatis indaginem.

Si constat de percussore qui lethaliter percusserit is solus tenebitur de homicidio.

Si tamen nullum vulnus de per se est lethale, sed omnia iuncta sint lethalia, tūc oēs tenentur de homicidio.



GLn.3.in ver. *Mādassen por ello*. Distinguendo concludit: aut plures ex proposito cōueniūt 1 ad hominē occidendū, aut ex casu orta est rixa. Primo casu, si vnus vulnerasset occisum lethaliter, omnes tenentur de occiso, quamuis nesciatur, quis eorum fuerit qui vulnerauerit Secundo vero casu, ictus cuiusq; inspiciēdus est, per tex.in.l.si in rixa.ff.ad leg.Corne.de siccarijs, & si non constat quis ex pluribus percusserit lethaliter, nullus tenetur pœna legis Corneliæ de siccarijs, secundum glo.in l.irem Mela.§.si plures.ff. ad legē Aquilia.

Prima conclusio glo. extēditur, vt omnes in eo casu teneãtur pœna mortis, modo omnes percusserint eum, modo aliqui eorū, modo vnus tantū, argumento tex. à contrario sensu in d.l.si in rixa, & secūdū glo.ibi, & Bar.& Ang.de Perusio, & Hippo.ibidē, & in sing.217. & Feli.in c. significasti, el.2.de homic.nu. 10. quãuis Plaça, de delict.li.2.c.12.quod omnes tenentur quoad torquendū, nō quoad condemnandum inquit.

Secunda vero conclusio, quando rixa 2 orta fuit de repente, & plures mortuo inflictę fuerunt percussiones, & nescitur quis lethaliter percusserit, quod tūc nullus pœna mortis teneatur: extenditur, vt neque torqueri queant, ad veritatem inuestigandam, quando aliqua indicia, non sunt magis contra vnū, quam contra alium, secundum Hipp.d.singul.217. col.2.si tamē constat de percussore, is tantum tenebitur qui lethaliter percusserit,

quamuis cæteri leuia vulnera occiso inflixerint, per text. in dict. l. si in rixa, & ibi per Bart. & Salic. in l. quoniam multa facinora, numer. 25. C. ad leg. Iuli. de vi.

Secundo limitatur dicta secunda principalis conclusio, quando nullum vulnus de per se est lethale, sed si omnia simul iūctā, lethalia sunt: tūc quia ex eis est secuta mors, omnes tenentur de homicidio, tanquam inuicem inter se auxilium præstantes: ita limitat Anton. Gomez in 3. tomo variarum, cap. 3. num 36. per d. l. si in rixa: & cum multa circa istud articulum possunt videri, per Didac. Couar. in Clement. si furiosus, fol. 292. n. 3. & latius per Iulium Clarū in pract. lib. 5. § homicidium, à num. 37. cum sequentibus, ideo non immoror amplius. quia alias limitationes & distinctiones ibi videri possunt.

1 Nemo tenetur se immiscere rixæ cedandæ nisi pro Regis defensione pro quo tenetur ire contra filium, patrem, & fratrem.

2 Fallit dicta conclusio si absque periculo, & cōmode poterit alium defendere, quia tenebitur si non fecerit.

3 Pro defensione tertij licet aggressorem occidere.

GLos. 5. in verbo. *Luego a tollerlo* Notat casum specialem, quo omnes tenētur se interponere, pro sedanda rixa, cum
1 de iure contrarium sit dispositum: quia nemo tenetur se immiscere alterius rixę cum hoc sit in mera voluntate. l. pretor ait § si quis aduentu. ff. de vi bono rapto. & l. culpa caret ff. de regul. iur. ex quibus duas colligo conclusiones. Vna dicit omnes teneri Regem defendere: & alia ob alterius defensionem, nullum teneri rixę se immiscere. Prima vera est, nam omnes tenentur Regem defendere, sub pœna proditionis si contrarium fecerint, vt probat infr. l. 2. titul. 19. ista part. in illis verbis. *Que si viere a su señor ferir o matar, o deshonrar*: idque probauit Bart. in extra vag. ad reprimendum in initio in verb. fidelitatis.

Quæ conclusio extenditur in tantum quod tenetur iuuare dominum suum Regem, contra filium, patrem, fratrem, vt notauit Andr. Isernia in titul. de forma fidelita. num 1. per. §. fin. titul. hic finitur lex Corra. & ibi Aluarotus, numer. 9. vbi dicit: nota casum in quo non habetur ratio affectionis, vel sanguinis, vt habetur in l. si seruum. ff. ad leg. Aquili. & hic optime cadunt verba Augusti. sumpta à Gratiano, in cap. non satis. 86. distinctio: quæ dicunt: non sufficere se abstinere à malo, nisi bonum faciat, & notat glos. in. §. iuris præcepta, insti. de iustit. & iure, & domini Iesu Christi autoritas dicentis, qui non est mecum contra me est. Ad secundam cōclusionem deueniendo dicentem, etiam ob alterius defensionē, quē non teneri, rixæ se immiscere. Ista conclusio glossæ cōmunior est, ex. l. 1 §. sed in eo. ff. ad Syllani. & secundum glo. in dict. l. culpa caret, & Ludouic. Carre.
2 in pract. crimi. de homicidi. §. 4. num. 19. & §. 6 numer. 63. & Didac. Coua. in reg. peccatum. 2. part. §. 3. num. 4. Sed his non obstantibus contraria sentētia est verior, imo quod quis tenetur alterum defendere, lege iustitiæ, et charitatis, quamuis nō teneatur ratione officij sui, si id potest, absq; proprio periculo & cōmode facere: tam de iure canonico, quā ciuili, per tex. cum glo. in cap. quantæ, de sent. excōm. & ibi DD. & in cap. dilecto, eo tit. in. 6.
3 & tenet Ias. in cons. 86. lib. 3. quæ sententia probatur de iure ciuili, in d. l. culpa caret. ff de reg. iur. arg. à contrario sensu, nā si culpa caret, qui scit, & prohibere non potuit, ergo si potuit nō caret culpa: quā legem ad hanc sentētiam, induxit Dyn. in reg. non est sine culpa, & notauit Alberic. in. l. metum in. §. sed licet. ff. quod metus causa, & Decius in cap. 1. de officio delegat. & ibi late per Felin. Fortun. in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure ad finem, Ioann. Igneus in. l. 1. §. serui appellatione, numer. 125. ff. ad Sylla. d. Didac. Couar. in dict. §. 3. numer. 4. ad medium: & licet ista sit verior sententia, tamen de iure ciuili si potuit commode defendere, & non fecit, non tenebitur, pœna ordinaria criminis regulariter, de isto articulo multa dixit Nicola. Boerius in additio. ad Dyn. in regul. non est sine culpa, in litera. B. & dixi supra in l. 2. tit. 9. p. 3. in glos. 8.

Quæ

Quæ conclusio extenditur, vt pro defensione tertij oppressi, liceat defensori occidere aggressorem, probat Bart.in d. l.vt vim, & in d.l. si quis in seruitute, nu.3. ff de furtis, & est cõmunis secuodũ Dec. in d.l. vt vim.ff.de iust.& iur. nu.32.quã approbat Ant.Gomez in tomo.3. varia. c.3.nu.21.& dicit etiam cõmunem Iuli. Clar.in.§.homicidium.nu.28.

1 *Curia continet territorium quinque leucarum.*

1 GLo.10 in verb. *Que es vna legua.* In quarum dicit, hodie curiam continere territorium quinque leocarum : constat ex l.2.tit.25.li.8.& ex.l.8.tit.6.li.2. Recop. per ll.posita & quo in omni leucorũ mẽsura sit intelligendũ de vulgari mẽsura disponit prag.anno.1584.

1 *Defensio mensurata in animo, & facto permissa est in vtroque foro, quia natura cuiuscũq; entis productiua tendit ad ipsius conseruationem, donec se extendunt vires agentis naturaliter in expulsionem sui contrarij.*

2 *licet aggressorem occidere eo ipso quod cum armis accedebat contra aggressum sufficit terror armorum, vt quis dicatur in discrimine vitæ.*

3 *In vtroque foro licet seruato moderamine aggressorem occidere, etiam si aggressus poterat fugiendo euadere nisi aggressus esset vilis persona, vel sine suo dedecore potuit dissimulare.*

4 *Id fieri dicitur cum moderamine inculpatę tutelę, quo omisso iniuria repelli non poterat multa tamen sunt cõsideranda.*

In qua moderamine aggressus excessit punietur arbitrio iudicis non pœna ordinaria.

5 *Propter defensionem pudicitiæ licet aggressorem occidere, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ.*

GLos.15.in verb. O *defendiendose.* in versic. si est mensurata, concludit: quod
1 si est defensio mensurata, in animo, & in facto, est cõcessa in omni foro. Ratio est, quia sicut natura cuiuscunque entis productiua, tendit ad ipsius cõseruationem donec se extendunt vires agentis naturaliter, in expulsionem sui contrarij : dicta defensio est permissa, de iure naturali & diuino & positiuo, per text. in l. vt vim.ff.de iust.& iure.l.1.§. vim vi.ff. de vi & via armat, & in.l.sciam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquilia. & in.l.2. titul.8. p.7. & per Hippol.in.l.1.ff.ad leg.Corne.de sicca.num.36. & in.l.si aggressorem.C.eod.titul.num.1.&.2. & in pract. sua crimi.in.§. expedita, num.18. Quam plurimos referens: & Abb.in cap.clerici, de vita & honest. cleric. &.l.3.titul. 23. lib.8.Recopilatio idem Hippo.sing.370. Anton.Gomez.tomo 3.variar. cap.3.numer.20.& iste est vnus casus, de.25. quos dict.Hippol.in dict.l.1.ff.ad legem Corneliam de siccarijs, à num.31.recenset, in quibus dict.l.1.circa capitulum de occisione hominis loquẽs, fallitur: & de alijs multis casibus.numeratis, à Ioann. Neuizan.in sylu.nuptia, lib.1.fol.18. & per Felin.in cap.quærenti, col.2. de offic.delega.de quo bene per Carre.in pract.crimi.fol.121.& Placan.de delict.lib.1 c.28. nu.3.& Iul.Clar.in pract lib.5.§. homicidium, n.24.cum ampliationibus, quibus in pręsente addo tres.
2 Prima extensio ad cõclusionẽ est, quod licet se defendendo aggressorẽ occidere, etiã si nullam percussionẽ vel offensam realem aggressus recipiat: sed eo ipso ꝙ aggressor accedebat cũ armis, contra eũ, verisimile credere potuit, causa offendẽdi facere, & sic licite põt aggressus eũ occidere, quia per hoc, videtur esse in discrimine vitę constitutus : nec debet expectare, vt prius sibi fiat aliqua offensa, vel percussio, per tex.in d.l.1s qui aggressorem.C.ad. leg. Cornel. nec ad hoc necesse est, quod sit angulatus, sufficit terror armorũ, vt quis dicatur in discrimine vitæ constitutus, & in casu in quo potest , impune aggressorem occidere , pro defensione, per text.in.l.licet.§. armati.ff.de vi & via armat. ita concludit

Angel. Areti. in tract. maleficio, in verb. & dictus Titius se defendendo, ex doctrina Bald. in. l. si ex plagijs. § tabernarius, ff. ad leg. Aquilia. & Ioannis de Ana. in c. per fodiens, de homic. vbi dicit, eo ipso quod probo, quod aliquis veniebat ad me gladio euaginato, & ego eum occidi, tūc probata est defensio mea, noat Hippol. in d. l. aggressorem, nu 11. & 12.

3 Secundo extenditur dicta conclusio principalis, etiam si aggressus fugere poterat, & noluit, quia quilibet tenetur & debet, honorem suum tueri, & conseruare, & omni lucro præferre, secundū Bal. & Angel. in. l. miles §. focer ff. de adulterijs, text. in. l. isti quidem ff. quod metus causa, nisi esset vilis persona, vel sine suo dedecore potuit dissimulare: quia sibi forsan non nocet, & aggressori prodest: quæ sententia fuit Bal. in. l. 1. C. vnde vi nu. 14. & Hippo. d. l. 1. n. 43. & 44. & hāc dicit sibi placere Anton. Gomez. tom. 3. variar. c. 3. nu. 24.

4 Sed cum ista euasio criminis consistat in eo quod fiat cum moderamine inculpatę tutelę, operepretium erit scire, quę dicatur talis, in qua indagatione, glos in l. 1. C. vnde vi. in verbo. moderamine dicit: tria consideranda, modus, tempus, & causa, modum referendo, ad qualitatem armorum, quia non debet cum armis resistere, qui sine armis inuaditur: tempus vero, ad hoc vt fiat repulsio incontinenti, & eo tempore, quo aggressus fuit: causam autem ad hoc, vt fiat ad defensionē, non ad vindictā: & breuius resoluendo, dicit Bar. in d. l. 1 C. vnde vi, quod id dicitur fieri, cū moderamine inculpatæ tutelæ, quo omisso iniuria repelli nō poterat: non enim alicui imputatur quod facit, si aliter non poterat defendi, nec iniuriam repellere, vt probatur in. l. sciam, § qui cum aliter.. ff ad legem Aquilia. & forte hac ratione motus, dicit Abb. in. c. olim, de resti spolia. n. 15. relinquatur superflua consideratio gl. in. l. 1. C. vnde vi, quia certa regula, in isto casu dari nō potest: oportet enim considerare qualitatē personarum, & actuum, & verissimilem timorem immittentē: circa cuius æstimationem, multū relinquitur arbitrio iudicis: & per Bal. in. d. l. 1. C. vnde vi. & in cons. 14. vol. 2 & Alex. cons. 76. vol. 1. & Cyn. in. d. l. 1. nu. 3. & 4. & DD. in. d. l. vt vim, larius dicunt, quę dicatur moderata tutela. Vnū tamen erit obseruandū, quod & si aggressus excedat modū, inculpatę tutelæ, non tamen puniendus erit pœna ordinaria homicidij, sed solū de excessu, arbitrio iudicis, & hoc non solum quando modū excessit ex culpa, sed quando excessit ex dolo, vt bene cōcludit Soci. Iuoio. cons. 36. num. 10. lib. 2. & Carre. in pract. fol. 409. n. 152. & Iul. Clar. in prac. in d §. homicidium. n. 34. Didac. Couar. in Clem. de homic. fol. 323. nu. 3. vbi etiā fatetur, hunc occisorem tutum esse in foro conscientiæ, & tenet Nicelus in concordantijs glossarū, c. 56. & est apud summistas & Theologos receptissima conclusio.

5 In eadem glo. 15. in vers. sed quid si hoc faciat, propter defensionē pudicitię, & sic cōcludit: quod propter defensionem pudicitię, licet impune aggressorem occidere. Quæ conclusio est indubitabilis, nā periculum famæ, æquiparatur periculo vitę. l. iusta. ff. de manumissis vindic. & est cōmunis, vt notat Bolognetus in repititio. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, & ideo si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis, poterit quis licite aggrestorem interficere, Bar. in. d. l. 1. C. vnde vi. nu. 8. & Angel. in d. l. aggressorem, nu. 2. C. de sicarijs, & Iulio Claro, d. §. homicidium. 26.

Titulus 17 Qual deue

el pueblo seren guardar al Rey en sus cosas muebles y rayzes, que pertenecen a el.

In. l. 1. tit. 17. p. 2. in glos. 2.

1 *Annui reditus computantur inter immobilia quando debentur de re immobili, vel in perpetuum, vel actione reali.*

1 GLos. 2. in verb. Rayzes. Dicit, annui reditus, computantur inter bona immobilia: quæ cōclusio fuit magistralis glo. in Clem. exiui de paradiso, de verbo. signific. limitatur quatuor modis.

Pri-

Primo quando dicti annui reditus, debentur de re immobili. Secundo quando debentur in perpetuum. Tertio quando debentur actione reali, seu mixta: secus si personali, secundum Abb. in c. nulli, de rebus ecclesiæ alienan. vel non, vbi dicit, quod in istis annuis reditibus, fiat distinctio, prout in iuribus, & actionibus: quia si per se considerentur, censentur tertia species, ratione autem adiuncti reputantur, prout id ad quod competunt. Quam conclusionem sequitur Marian. Socin. in tract. oblatio. libello 8. nume. 7. Alex. in additio. ad Bart in l. mouentium. ff. de verbor. significatio. Federic. de Senis cōsil 11. Bal. in l. priuilegia. C. de Sacrosan. Ecclesijs, & Anton. Gabriel. in. 3. tomo, cōmun. opin. fol. 347. col. 1. nu. 1.

1 Rex habet triplex patrimonium, scilicet, fiscale, & quod habet, vt Rex & aliud quod habet 2 vt quilibet homo.

Peculiare Regis est suprema iurisdictio tabellionum institutio vestigalium inductio.

GLo. 4. in ver. *Del Rey*. Dicit: Rex habet triplex patrimonium, vnū appel-
1 latur fiscale, puta introitus vel exitus cameræ fiscalis, aliud totius patrimonij Regis, aliud quod nō habet vt princeps, sed vt priuatus, hactenus glo. ista quoad bona procedunt: aliæ etenim sunt prærogatiuæ soli principi debitæ, insignū supremę potestatis, vt est suprema iurisdictio, quæ in eo versatur, vt ad eū, ex oībus inferioribus iudicibus appelletur: & aliæ sunt ei etiā debitæ, insignū dignitatis principalis, vt tabellionū institutio, vectigaliū inductio illegitimorū legitimatio, & his similia: quorū mentio fit in c. super quibusdam. §. preterea, de verb. signif. & ibi per DD. & per Didac. Couar. in reg. possessor. 2. p §. 2. nu. 7. & . 8. & quando ista pręscribantur ibi, & per gl. c. 15. infr. ista lege.

1 Fur suspenditur pro vno magno furto qualificato, & primo cōtra glossam nostram, & alios.

2 Fur pro furto non magno prima vice de consuetudine non punitur pœna pecuniaria, applicando eam fisco, vel parti, sed corporali, vel alia iudicis arbitrio secundum furti qualitatem & personæ.

3 L. 9. tit. 11. lib. 8. Recop. intelligenda est cū aliquo moderamine.

GLo. 12. in ver. *El furto*. Concludit, quod pro furto primo etiam magno, nō sus-
1 penditer fur, quia potius consideratur assiduitas, quā quantitas: est similis gl. in l. 18. tit. 14. p. 7. in glos. 5. idq; probat auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & §. fi. in auth. vt nulli iudi. liceat, col. 9 & per. l. fi. ff. de furtis, & glo. nostrę sententiā firmauit Ias. in §. ex maleficijs insti. de actio. nu. 1. vsq, ad. 17 & in ibi Gomezius, nu. 2. & . 3. & Hippo in. l vnus. § cogniturū, nu. 79. ff de quæstio. & Didac. Couar. in lib. 2. variar. c 9. n. 7. & Ludou. Carre. in pract. super. l. obseruate curabis. C. quorū appella. non recipia. & per Dueñas, qui in hanc sententiā multos cumulat, in reg. 199 & Iulius Clar. in pract. lib. 5. §. furtum, num. 9. reiecta sententia Bald in d. auth. sed nouo iure, & Ang. de maleficijs in verb. & vestem cœlestem, nu. 11 & hanc sequitur dom. Ant de Pacilla, in. l. transigere, n. 12. C. de transa. & eos sequitur Salze. in additio. ad Bernat Diaz in pract. crimi. c. 84. & Anto. Gomez in tomo. 3. variarum. cap. 5. numer. 4. & licet opinio ista de iure communi sit cōmunis teste Bòn. Cossa. tom. 2. cōmuni opinio. fol 6 nu. 36. tamen dixit d. Bernar. Diaz in d. cap. 84. num. 2. quod Hispaniæ de consuetudine contrarium obseruatur, imo quod pro vno magno furto, quamuis primo, fur suspendatur: quam sententiam, de iure fulsit, Didac. Couarru. in lib. 2. variarum. capit. 9. numer. 7. dicens, quod etiam si lege cautum sit, furem non esse occidendum, sed alia mitiori pœna damnandum, nō ex hoc vetitum est, iudicem ob criminis qualitatem, ex eo quod ratione loci, temporis, aut quantitatis, furtum sit extraordinarium, & maxime graue, pœnam legis augere. & ob exemplum furem istum, vltimo supplicio afficere,

 per

per tex. in §. item lex Iulia. peculatus, de publicis iudicijs.l. 18.titul.14 part.7. quę multos recenset casus, in quibus fur pro primo furto suspēditur: & idem voluit Montal.in.l.6.titul.5.lib.4. fori, in glos. muera. Idem censet Anton. Gomez in quantum regulariter sequitur communem relatam, & eam in multis causis limitat: & istam partem contra communem, dicit magis cōmunem Menochi. in arbitrarijs casu. 295. numer.9. & sic pro comperta veritate maneat: pro primo furto magno, furem suspendi posse, consideratis per iudicem prudentem, qualitatibus temporis loci, personæ, & quantitatis, tam de iure, quam de consuetudine: & sic dicendum erit, veriorem esse sententiam Baldi, & Angeli, & quod practicatur in prætorio Granatensi contra nostrę glossæ cōclusionem.

2 At viso quod pro primo furto magno, secundum magis cōmunem, fur suspendatur: videre restat, in cæteris furtis, qualiter erit puniendus pro dicto primo furto: & dicendum, quod punietur pœna pecuniaria de iure, vltra rei restitutionem: videlicet, quadrupli pro furto manifesto, & pro non manifesto pœna dupli, l.2 &.3. ff. de furtis, &.ir. l in furti, eod. titul.& in §. quadrupli, & ibi DD. insti. de actio.&. §. in duplum eod. titul. & dict. l.18.titul.14.part.7.& vltra dictas pœnas pecuniarias, punietur alia corporali extraordinaria, iudicis arbitrio, secundum qualitatem furti, & personæ, per.l.fin.ff.de furtis: quam sicibi glo.intelligit, & Bart. in dict. authent. sed novo iure. C. de seruis fugiti. & ibi Angel. & Salic. & Hostiens. in summa, in titul. de condictio. Furtiua quamuis contrarium censuerit Roma.consi.152.alium intellectum signando, ad dict. l. fin: præcipuè hac ratione motus, quia quando actio ciuilis pecuniaria datur ad vindictam, non debet imponi corporalis, per l.quod senatus consultum, ff. de iniurijs. Cum vna actio per alteram cōfunditur: cui respondetur tunc suum argumētum procedere, quando actio ciuilis pecuniaria, imponitur à iure propter offensam personæ, non vero quando propter rem familiarem, vt probat. l. vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, & ibi notant DD. & probat gloss in.l.2.§.

emancipatus filius. ff. de collatio. bonorum, & latius resoluit Anton. Gomez.d. tomo.3.cap.5 numer.4. in fin. variarum dicens: de consuetudine Regni, non imponi pœnam pecuniariam, applicādam parti, nec fisco, sed solum corporalem, vel aliam iudicis arbitrio, secundū qualitatem furti, & personæ: quod probat, l.9.titul.11.lib.8. Recopilatio.in illis verbis. *Y como quier que conforme al vso y estilo, que los juezes tienen en estos Reynos, en el dicho caso del primer hurto, condenan en setenas, y en su defecto en la dicha pena de açotes. Ordenamos, y queremos, que la dicha condenacion de galeras sea precisa, y no endefecto de setenas:* quę lex sic habenda est, vt non

3 intelligamus, quod in omnibus illis casibus, in quibus pœna septupli imponebatur, per.l.6.titul.5 lib.4. fori, quæ disponebat, vt in omnibus furtis, intra summam quadraginta morapetinorum, fur pœna septupli plecteretur, in eisdē pœna gallearum puniantur: quia pœna est cōmensuranda delicto.l.sancimus.C. de pœnis.& imponi debet secundum mensuram proportionis, inspecta ratione loci, temporis, personę, & quantitatis, l.aut facto.ff. de pœnis, ibi notant omnes Doctores, & Couar. dict. c.9. lib.2. variarū.numer.8. contra artem boni, & æqui erit, vt pro ram modica re, vel dāno, fur ad triremes mitteretur: quia quamuis in ea re, furtum cōmittatur, secundum glossi.in.§. gallinarum insti. de rerum diuisio.in verbo.lucrendi: non tamen pro ea actio datur furti, vt post disputationem concludit dict. Didac. Couar.lib.1. variarum, cap.3.numer 12.ergo in istis arbitrabitur iudex, vt etiam ex supra dicta collectione Gomezii, colligitur, in dict. c.2.tomo.3.variar. & lex noua interpretanda est per ll antiquiores, l.sed & posteriores.ff.de legibus.

1 *Bona immobilia Regni esse imprescriptibilia.*

GLos.15.in verbo. *Nin por tiempo.* Dicit bona immobilia Regię coronę esse im
1 prescriptibilia per. l.istam.&.l.6.tit.29. p.3.cui addo.l.7.d.tit. 29. & circa istud articulum resoluit materiam Didac. Couar.in reg.possessor.2.p.§.2.num.8.

Titul.

Titulus 18 Qual deue

el pueblo ser en bastecer, y en defender los Castillos, e las fortalezas del Reye del Reyno.

Par.2.in glo.1.in summa.

1 *Multa dicuntur de interpretatione dictionis omnimodo, quę summari non possunt, nec alibi ita sunt commulata.*

1 GLo 1. in summa, in ver. *En todas guisas.* Dicit istam dictionem omnimodo dispensationem excludere, per glos. in Clemen, vt ij de ætate & qualitate, in verbo, nullo modo, & quod quamuis sit pręcisæ significationis, recipit interpretationem congruam, quæ fit per alias.ll teste Bal.in.l. fin. C. de contrahen. emptio. col.2. cui addo, dictam dictionem omnimodo importare modis omnibus, & sine aliqua distinctione, secundum glos. notabilem, in verbo, omnimodo, in.l. si cum exceptione. §. quatenus.ff. quod metus causa: & quando iungitur alicui dictioni negatiuæ, idem importat ac si diceretur nullomodo: quę dictio est vniuersalis negatiua, secundum Cardin. in dict. Cle. vt ij, in.§. illi vero, num. 22. & talem vim habet, quod licet secundum Hostien. in cap.1 de officio ordin. & in cap. at si clerici. §.1. de iudi. potest Episcopus regulariter dispensare, contra canones respicientes factum, expediendū per ministros seu subditos, fallit tamen, quando prohibitio actus fit, per constitutionem vniuersaliter actum prohibētem, per verbum nullo modo, vel nullatenus, vt notauit Ioan. de Imo. in dict Cle. vt ij super glo. in ver. cōceditur, col.7. in principio & est glos. in verb. omnimodo, in l. in naue saupheli ff locati, vbi dicit omnimodo, id est, nullo modo, notauit Fran. Curtius in tract. de iure iura. propter calumni. dando. vol.3. tractat. fol.104. num.21. & 22. & dixit Angel. in Auth. quomodo oporteat Episcopos ad ord. §. hæc de Deo, in ver. ignorantes omnino, quod extremum amplectitur, adnotauit etiam Barba. in tract. de præstan. Cardina. vol. 14. fol.376. post num. 8.

Insuper dicta dictio omnino videtur habere tacite in se clausulam decreti irritantis, & tollit facultatem dispensandi, secundum Felin. in cap. ex parte de constitutio. num.7. & Cardina. in Clem. 1. §. si quis autem. q. 6. de sequestra. possessio. & fructuum, & ibi Zenzetinus, & insuper dicta dictio omnino, & nullatenus ęquiparantur, quia sunt verba vniuersalia, & dictio nullatenus, inficit actū contrarium ipso iure, & adimit potestatem, vt notat glo. fin. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & Cardi. in c. super literis de rescrip. per tex. in cap. Romana. §. sententias, de appellatio. in.6. & in capit. Romana. §. vniuersitate, de senten. excōmun. eo. li.6. & in cap. excellentissimus. 11. q.3. facit pro ista parte, notata per Angel in.l. si quęramus. ff. de testa. in principio, scilicet, quod non valet statutū, per quod datur facultas minori, etiam doli capaci testandi, ex eo quod in.l. fi. C. de testa. milita. Imperator prohibendo dixit, quod nullo modo id fieri concedit, refert & sequitur Ioan. de Imo. in d.l. si quæramus, num.5. & sic in hoc per statutum dispensari non potest. Quam conclusionem regulariter fatetur esse veram, Iasso. in.l. scriniarios, num.9. C. de milita. testa. sequendo Domini. in dict. cap. Romana. §. sententias. Ab ea tamen discedit Feli. in dict. cap. ex parte, de consti. numer.7. Alexan. verò in. d l. fin. distinguit, sed finaliter concludit, quod dictio omnimodo & nullatenus, excludunt dispensationem.

Item dicta dictio omnimodo, vel omnino, importat clausulā ipso iure, de quo glo. in l 1. §. si pecuniam. ff. depositi, & Angel. & Alexan. in. l si insulam, col. 6. ff. de verbo obligatio. & Bal. in dict. l 1. §. si pecuniam, quod habetque executionē paratam, teste Bart. in. l 1 ff. iudica solui. impeditque morę purgationem, secundum Angel in.l. fi. C. de fideicommissis. & concessa omnimoda iurisdictione, cōpręhendit merum & mixtum imperium, vt inquit Felin. in cap. conquestus, nu. 32 post medium, de foro competen. ex sententia glos in Cle. 1. de foro cpe. quam auream vocat, & per eam dixit Roman 2 in.l. duo. ff. de acquiren. hæredit. & in.l.

si bona.

si bona.ff. de dãno infecto.in. §.qui damni.n.1. quod verbum omnimodam iuris-dictionē equipollit, verbo plenissimam.

Et melius & breuius resoluendo dico: hoc verbum omnino iunctum orationi affirmatiuæ,accipitur pro sūditus,prorsus,indistincte,precise,ipso iure,omni ca su,in totum,sine exceptione, dispensatione,vel dilatione, si ad tempus referatur, vt exacte probat Petrus Rebuffus in l.pecuniæ verbum.ff. de verbo. signi.quę est in ordine. 178.in pag 811.in princip. Exponitur etiam ista dictio omnino, id est,sine pactione, conditione,& modo, cap.ex parte,el.1. iuncta glos.de officio, delega.si respiciat beneficia Ecclesiastica, à quibus omnis conditio & pactio abesse debet,cap. cum pridem de pactis. c.quam pio.1.q.2.& sic exponitur omni no,id est, libere,absolute, & simpliciter, vt docet Oldradus consil.324. numer.5. colum 4.

Et quando aliquid faciendum est, intra certum tempus, si id præcipiatur per hanc dictionem,omnino, & intra id tem pus non fiat purgatio moræ non admittitur per.d.l.fi.& ibi glo & Ange.C de fi deicommissis,& Alex.& alios, in.d. l.si in insulam.ff.de verbo.oblig. sed ne in hoc immorer, alia multa videri possunt per dictum Petrum Rebuf.in. d l. pecuniæ, pag. 812. tā quando dicta dictio omnino cōcipitur negatiue,quā quando affirmatiue, recipit tamē cōgruam interpretationem à iure,per.l. cum stipulatus sunt Damam.ff.de verbo.obligatio.& Bal.in dict l.1.C.de contrahen.emptio. num.1. & Barba.in cap.at si clerici, num.90. de iudicijs,per text. in cap. & si Christus, de iure iuran. vt glos.nostra etiam concludit,quæ interpretatio, vel restrictio, fieri debet,& potest,vt materia subiecta requirit,prout ipse Barba.dicto num.90. respondit.

In.l. 2.titul.18.pa.2.in glo.5.

1 *Ius retentionis, quamuis competat pro expensis factis in re non hoc ius cō petit custodi arcis pro expensis factis in arcis custodia dum alium custodem expectat.*

Fortalitium retineri potest pro expensis factis in eius recuperatione.

2 *Aliquę sunt operæ quę equiparantur expensis factis in re.*

Vtilius est in futurum prouidere, quàm post damnum euentum curare.

3 *Restitutio rei in qua aliquæ expensæ factę sunt impedit repetitionem expensarum secus est in restitutione castri de iure partitarum.*

Tenetur quis de casu fortuito quando culpa præcessit casum.

Et fortalitium debet custodiri expensis domini.

1 Glos.5 in verbo. *Perdante dese fer entre gado.* Concludit, quod quamuis propter expensas factas in re, competat ius retentionis,istud ius non competit custo di arcis, propter expensas ibi factas, in expectando alium custodem, qui vltra tempus debitum demoratus fuit: quia di ctæ expensæ non sunt factæ in re ipsa, & licet conclusio sit vera, ex dispositione istius legis,tamen ratio quam glo. assignat,non caret scrupulo veritatis, ex conclusione Ioan. de Anani. consil. 32. & Ias.in.l.diuortio §.interdum num. 4. ff. solut. matri. & Alexand.consil. 168. volum.2.& idem consil.20.vol.5. asserentium,quod castrum,seu fortalitium retineri potest,pro expensis factis in eius recuperatione, attento quod sunt expensæ necessariæ, quas dominus tenebatur facere: & fatentur dictam retentionem castri, competere exceptione doli, ex quadam æquitate,per tex.in.l.sumptus. ff.de rei uendi. & in.l.in fundo,eo.titul. & ibi Bart.num.6 8.&.16.

2 Reditur etiam dubia ratio glos.dicentis,eo retentionem castri non competere, quod expensæ non sunt factæ in re, cum negari non potest, quin ipsa impensa facta in obseruatione castri fit opera, quæ æquiparatur impensæ in re, vt probat tex.in.l.fi.non fortem.§ si centum.ff. de condictione indebi.& notat Bal.in.l. fi.C.commodati. num.a.vbi ponit multos casus,in quibus propter operam impensam in re,competit ius retinendi: &

per

per quasdam distinctiones, cõcordat. d.l. fi.cum.d.l. si non cortem. §. centum. & sic cum in casu supra proposito, opera & expensæ æquiparentur, & pro expensis factis in castri recuperatione, & restauratione competit ius retentionis, videtur dicendum idem ius competere debere pro expensis factis in castro custodiendo: quoniam longe vtilius est, ne malum aut damnum eueniat prouidere, quam post euentum mederi, sicut distat præseruatio à curatione, tex. in. l. fi. C. in quibus causis restitutio in integrum non est necessaria.

3 Sed conclusio glos. est vera, eo quod restitutio cuiusque rei familiaris, & restitutio castelli vel fortalitij differunt in eo quod tradita qualibet re, in qua sunt expensæ factę, à bonę fidei possessore, nulla ei datur actio, ad petendas dictas expensas, secundum Bart. in. d. l. in fundo. num. 16. ff. de reiuendicatio. & Iasso. in. l. si in area. ff. de condi. indebit. num. 5. & Cyn. qui melius deserit, in. l. si quis sciens. C. de reiuendicatio. at. d. castro vel castello restituto, tali restituenti, aduersus suscipientem morosum, datur actio, ex ista lege, ad consequendas expensas factas in custodia castri, & etiam negociorum gestorum, eo quod vtiliter gessit negociũ custodis recepturi castrum, cuius amissio seu perditio, ad eum expectabat, cum extetit in mora, & sic culpa præcessit casum. l. si vt certo. §. 1. ff. cõmoda. l. si merces. §. culpæ. ff. locati. Et in terminis tenet Oldra. consil. 92. & expresse probat lex proxima sequens, & hoc propter moram quam fecit: nam regulariter fortalitium custodiri debet, expensis domini, vt tenet Bart. in. l. cum quæsitum. §. prædijs. ff. de leg. 3. & habetur per Boerium, in tract. claui. vol. 12. de custo. claui. tract. fol. 129. num. 14.

In.l.4.tit.18.pa.2.in glo.11.

1 *Rex remittendo pœnas perduellionis non remittit actionem ad repetendas expensas contra rebelles.*

Qui remittit iniuriam non remittit damna & interesse, ac expensas.

1 GLos. 11. in ver. *Deue dar.* inquit, licet princeps remittat pœnam, per suam indulgentiam, non per hoc videtur remittere actionem, quam habet ad repetendum sumptus, quos fecit ratione rebellionis. Cui addo Ruynum consil. 60. vol. 5. dicẽtem, remissio delicti simpliciter facta, per principem intelligitur quo ad pœnam, non autem quo ad damnum illatum parti læsæ. Idem censuit Bart. in. l. venia, in fin. C. de in ius vocando. & quod remittens iniuriam, non videtur remittere damna, & interesse, ac expensas, notat Alexa. consil. 168. vol. 2. Bal. in l. Si pro fure in principio. ff. de condict. furti. vbi dicit: sis cautus, vt non solum tibi remittatur iniuria, sed etiam damna facit pro hac parte, l. 3. tit. 25. lib. 8. recop.

In.l.5.tit.18.pa.2.in glo.3.

1 *Custos castri excusatur si ad custodiam misit hominem commendatum in quo concurrunt qualitates istius legis, quamuis postea castrum proditorie tradiderit.*

Commodatarius remittens commodatum per fidelem & idoneum famulum, quamuis res pereat, non perit sibi, sed domino.

1 GLo. 3. in ver. *Castal home,* in fine, concludit, quod excusatur custos castri, si hominem commendatum misit ad custodiam, licet postea mutatis moribus eius culpa castrum perdatur: quæ conclusio limitanda mihi videtur ad quatuor casus, per hanc legem numeratos, in quibus custodi arcis, licet per substitutum apprehendere castrum: nam regulariter de iure partitarum non licet substitutos ad eius custodiam ponere, vt extat prouisum in. l. ista. Secundo limitatur ad personas contentas, in. l. 7. infra isto titulo: nã substituti dicti castri debent esse nobiles ex vtroque parente, cum alijs qualitatibus ibi numeratis. Quibus concurrentibus; si aliquid substitutus male egerit, vel castrum proditorie amiserit, excusabitur custos: vt testatur Alexa. in. l. fina. ff. de custo. reorum, & Oldra. d. consil. 92. &

Feli.

Felin in . c. Petrus , de homi. & Barba. consil.63.vol.1 num.5.idem consil.3.volum.2.col.16.& ibidem consil.18.col.12. Iasso.in.l.si cepit §. fina. ff. de conditio. causa data, causa non sequuta.Idem Barba.consil.91.num.3.vol.3. quia fidelitatẽ suam io alterius nobilis fide reponendo excusatur Oldradus consil 93. arg. text. in l.si à bonæ fidei.ff.de reiuendica.sicut in simili vidimus,quod commodatarius remittens rem commodatam, per fidelẽ & idoneum famulum,sibi non perit,sed domino,si famulus surripuit:quia habuit iustam causam se decipiendi, vt habetur in.l. argeatum.ff.commodati.& in. l.qui non tam idoneum,eo tit.& glo.in cap.1. de commodato, in ver. de leuissima culpa,notat Abb in cap.significante.no. 8. de pigno.l.3.tit.2 pa.5.

In.l.6.tit.18.pa.2.in glo.1.

1 Castellanus debet esse nobilis ex vtroque parente,tamen si plebeius fuerit non nobilitatur ex officio, quia res homini accedit non homo rei.

Rusticus emens fœudum nobile non nobilitatur,& quid sit fœudũ nobile.

2 Habetur pro actu positiuo ad probationem nobilitatis , sicut exercitium aliorum officiorum quę nobilibus conceduntur.

1 GLos 1. in verb. *De buen linage* dicit:nota quod Castellanus debet esse nobilis ex vtroque parẽte, cui ego addo,quod licet Castellanus debet esse nobilis, tamen si plebeius & ignobilis fuerit , non ex isto officio nobilitatur, quia res hominibus accedunt, non homines rebus, per text.in.l. iustissime.ff. de edilitio.edicto, teste Luca de Pena.in.l.cum neque in fi. C.de incolis.lib 10. vbi dicit quod rusticus emens fœudum nobile , non ex hoc fit nobilis, quem sequitur Tiraquel. de nobilita.c.7.num 9.sicut nec locus hominem sanctificat,sed homo locum.c.multi. & cap.illud.& in.c.nos qui.40.distin. & ita vir dat loco suo honorem, sed non è conuerso locus viro, & persona rem nobilitat,sed non res personam, secundum Masuer.l.in titul de talijs.§.item.& quid sit fœudum nobile,licet penes nostrates vsus fœudorum non sit in vsu,in qu m fœudum nobile esse,quod Imperator.Papa,vel Rex in suo Regno,vel etiam alius qui ius habet conferendi nobilitatẽ, concessit:qualia sunt quę conceduntur in regnum,Ducatum,Marchionatum, Comitatum . Ista etenim fœuda nobilitant, quando data sunt à supradictis:secus tamen erit,si ignobilis à donatarijs emerit, tunc eum non nobilitant, vt habetur late per dict. Tiraquel.d.c.7.num.14.

2 Et licet vetum sit, quod Castellanus ex officio non nobilitatur , si ignobilis erat: tamen ex eo quod Castellanus debet esse nobilis, per.l.istam, in illis verbis *Deue ser de buen linage , de padre e de madre:* in probatione nobilitatis, habetur pro actu positiuo, ad coadiuuandũ alias probationes, vt in litibus nobilitatis, aliorũ officiorum, quę solis nobilibus concedũtur, exercitium probatur, sicut meminit Otalora, de nobilita.in.2.pa.principa.c.3.fol.157.col.1. qui tamen istius officij nullam mentionem facit.

1 Castellanus potius debet omnia mala pati quam castellum tradere qui tenetur de culpa leuissima.

2 Quinque ponuntur casus quibus licet tradere castellum , tamen si nulla spes euasionis manet poterit tradere castellum se & suis seruatis.

Quæ vera est si semel expectauit assaltum.

3 De iure Regni nullatenus excusatur Castellanus tradẽdo castellum metu expugnationis , nisi prius dominum certiorem reddat se non posse castrum defendere, nisi mittat subsidium.

GLos.6. in ver. *Hasta la muerte.* dicit:no-
1 ta bene,qui cum Castellanus ex debito omagij,vel fidelitatis teneatur ad custodiam castri, potius debet omnia mala pacti, quã malo cõtentire Castellum inimicis tradendo ista glos. indistincte loquitur,

quitur, eo certe, quod verba istius legis, præcisam videntur inducere dispositionem, ibi. *E si acaeciesse que gelo cercassen, o se lo combatiessen, deuelo amparar hasta la muerte.* Quam conclusionem confirmat per multa fundamenta, Doct. Antoni. Aluarez, in repetitio. ad istam legẽ. c.3. pa.3. negatiua dicens, nullatenus posse, vel debere Castellanum tradere hostibus castellum, ipso remanente incolumi.

Quæ conclusio ampliatur, etiam si castellum tradidit hostibus, propter verecũdiam, proditionem, pusillanimitatem, aut imprudentiam, aut mortis timorẽ ipsius, aut vxoris, vel filiorum: aut propter timorem tormentorum, vel percussiones, vel libertatem, vel aliud bonum vel malum. aut per alia huiusmodi: quia Castellanus tenetur de culpa leuissima in amissione castelli, vt probat. l. 12. infra isto titulo.

Limitatur tamen prædicta conclusio, sequentibus modis. Primo, quando tradidit castellum de iussu Regis. Secundo, quando Castellanus citauerit dominum, ad tradendum ei suum castellum, si intra nouem dies non miserit qui id recipiat, poterit Castellanus deserere, absque metu proditionis. seruatis solennitatibus. l. 13 infra isto titulo. Tertio, quando Castellanus strenuus in pugna, fortiter demicando deficit viribus, & captus ab hostibus est cum suo castello. Quarto, quando vi castello extractus est aliqua machina, vel coclite vt fertur de quodã custode in expugnatione ciuitatis de Xerez. Quinto fallit, quãdo Castellanus nullis ex causis, in prima ampliatione relatis tradidit castellum, sed solum ex eo, quod præcise erat debellandus, & manifeste constabat hoc. tum propter ingentẽ manum hostium, tum propter exiguas, & debiles vires castelli, & militum custodientium: nam eo quod nulla spes euasionis manet, poterit se & suis seruatis, tradere castellum, nulla tamen colpa præcedente, vt notauit Doct. Anton. Aluarez in dict. repet. c.5. fol.42. col.2. Quam limitationem ego confirmo ex doctrina Bal. in cap.1. de iudi. in 2. lectu. nume. 9. dicentis: quod ciuitas quam Imperator defendere nõ potest, nec de hoc est spes proxima, potest se alteri subijcere, eo irrequisito. Quam conclusionem approbat Feli. in cap. cum contingat de foro competen. num.6. & in cap. non liceat, de præs. num.12. in medio. Et hoc permissum fatentur de iure naturali, quo tutela sui corporis, vnicuique permissa est. l. vt vim. ff. de iust. & iur.

Tamen ista limitatio sublimitanda mihi videtur, si semel expectauit assaltum, eo quod custos arcis, vel castri, si capiatur arx ab hostibus tenetur de dolo, lata culpa: & item de leuissima, quia mercedem recipit, arg. l. qui mercedem. ff. locati. & si de violẽtijs nõ tenetur, eo est, quia inter casus fortuitos computantur. l. in rebus. ff commoda & notauit Ioan. Andre. in additionibus ad speculum, In rub. in titul. de locato, in prima additio ad med. & Alex. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. num.17 Et sic cum ob dictam violentiam, solum excusabitur custos, quando culpa non præcessit casum; videtur culpa non carere dictus custos, si ante tradat castrum, quam manum cum hostibus cõferat, & aduersam vel prospetam fortunam experiatur Et si periculo capitis sui, assaltus expectare teneatur: quia graue delictum est, subceptam rei custodiam relinquere. c. nerui testiculorum. §. illius. 13. distin. nec metu hostium fugere debet, vt intricate tradidit Nicol. Boeri in tract. de custodia clauium, vol. 12. tract. fol.119. num.15. &. 16 & sic prius quàm castrum tradat, etiam si nulla spes euasionis remaneat, tenetur expectare assaltum, & limitatio & sublimitatio, quamuis de iure communi sint veræ, de iure regni nullatenus existimo posse procedere, per. l. istam. ibi: *Y si acaetiesse que gelo cercassen, o gelo combatiessen, deuelo amparar hasta la muerte.* Quę verba vsque ad mortem inclusiue sumũtur, vt notat glo. in. §. in summa insti. de iniurijs & Ioann. de Imo. in. l. 2. ff. de publ. iudicijs Iasso. in l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilita. publ. & Anton. Gomez. 3. tomo variarũ, cap.6. num.8. id præcise probat. l. 1 tit 18. lib.8. recop. ibi: *O le pierde no muriendo en defendimiento del* Ex quibus legibus non subscribam, limitationi quintæ supra relatæ: nam & si lex dura sit, ita scripta est l. prospexit. ff. qui & à quibus. Limitabũtur tamẽ. l. ista, &. d. l. 1. recop. quãdo Castellanus certiorẽ reddit dominũ, se nullatenus posse defendere castrum, nisi auxilium mittat, cõmeatus & gentium: nã tunc si dominus non miserit pro viribus

& pos-

& posse facta defensione poterit Castellanus, se & suis seruaris tradere castrum. Bene tradit Bernardi. de Escalãte in dialogo, *del arte militar.* fol. 26. Aduertat tamen custos castelli, quod Sextus Iulius Frontinus in suis stratagematibus, lib. 3. cap. 18. de constantia obsessorum, & in libro. 4. c. 5. de constantia nunquam docuit tradere, sed defendere castra vel castella.

In.l.7.tit.18.pa.2.in glo.5.

1 Soluens verò procuratori infirmanti & nolenti recipere solutionem, sed tandem precibus debitoris recepit, & si postea pecunia perdatur morte procuratoris debitor remanet liberatus.

2 Procuratori soluens liberatur siue procurator habeat speciale mandatũ, siue generale cum libera vel sine libera.

Iudex medicus & quilibet magister tenetur de imperitia in arte sua.

3 Ementi rem à minori & danti pro ea pecunias non redduntur ei dictæ pecuniæ, etiam dicta re minori restituta si dedit sciens minorem illico eas perditurum esse.

4 Mutatur dispositio propter mutationem status rerum, & prouisio casuum fortuitorum ad creditorem expectat.

5 Importunæ preces non habent vim metus illati, nisi fuerint factæ à principe male morigerato.

GLos. 5. in ver. *A el mismo.* Post mediũ, in versi. in contrarium, cuius verba sunt: in contrarium tamen facit. quod notat Ioan. Andræas in additio. ad Specul. in Rub. de obligatio. & solutio. col. 2. de eo qui soluit procuratori vero infirmanti, qui timens perditionem pecuniæ nolebat eam recipere: sed tamen preci-
1 bus debitoris deuictus, recepit, & paucum post mortuus est, & pecunia fuit perdita, quæritur an liberatus sit, qui soluit: & post argumenta pro vtraque parte concludit. d. Ioan. Andreas, quod erit liberatus, ex quo vero procuratori facta fuit solutio: cogita, nam est bona quæstio, hactenus glos.

Ioan. Andr. loco supra citato, col. 3. in principio, pro parte creditoris, videlicet vt soluens procuratori infirmo, in casu proposito, teneatur iterum soluere, adducit sequentia fundamenta. Primo, qui non congruo tempore facit, quod debet culpa ei ascribitur, per tex. in. l. itẽ quæritur. §. labeo. ff. locati, vbi actio ex locato datur contra nauicularium, qui merces vehendas conduxit, si tempore non congruo, ad aliam nauim merces transtulit, & perierunt: facit pro hac parte. l. si vero. §. si adolescens luxuriosus. ff. mandati, vbi non datur mandati actio, contra iuuenem mandantẽ, vt fide iubeatur pro meretrice, vel ei pecuniæ præstẽtur, quia perditio imminet. Facit etiam pro hac parte. l. 4. § 1 ff. de testamen. tute. probãs, quod tutor datus à patre, sine inquisitione, cõfirmatur si res in eodem statu sint, quando confirmandus est, quia secus erit si postea factus fuerit inimicus patris, vel pupilli: facit etiam contra soluentem violenta præsumptio doli, vel culpæ, per tex. in. l. qui petitorio. ff. de reiuendicatio. vbi pro possessore habetur qui dolo desijt possidere.

Pro contraria tamen parte asserente, quod non tenetur iterum soluere, citat l. voti & l. solam. ff. de solutio. secundum eum probantes, quod verò procuratori facta solutio, iuris fictione censetur facta esse domino, quas. ll. ego non inueni in dict. titulo: probant attamen dictam conclusionem. l. qui hominem. §. si Titium, cum glo. ff. de solutio. & l. si procurator. §. Celsus ff. de conditio indebi. item facit pro ista parte. l. si quis fumo. §. 1. ff ad leg aquil. vbi probatur, quod licet mihi, rebus meis consulere, etiam cum damno tertij: nam licet vineas & ædes alterius euertere, ne meæ res inurantur, & quod neglecta prouisio casuum ad creditorem spectat, per l. si quis damnum. § 1. in versic. & ait non recepturum, quia hoc euenire posse, prospicere debuit. ff. locati: & quia ratio solutionis, bona fide factæ reclamat

clamat.l. bona fides. ff. de reg.iur. addit
item,quod transactio cum infirmo facta
valet.l.sanum.C. de transactio. dum ta-
men mente saous existat , & quod soluit
cui debuit,scilicet procuratori.l.vero pro
curatori.ff.de solutio.

Et quamuis glos. nostra teliquit cogi-
taodum nobis, pro certo scio,quod licet
maiorem cootinerat difficultatem,supra
dicta quęstio, potuerat ipsa , per quam
melius quam ounc fiet eam expendere.
Sed quia noluit,oe postea hanc glossam
legentes, in ea demorentur,conclusioni
Ioan.Andr. quæ vera est aliqua addam.
& ad arg.pro cootraria parte respondeã.
Primo,pro dicta cooclusiooe Ioan. An-
dræ.facit.l.solutam. &.l.hoc iure . ff. de
solutio. & tex.cum glo.in.d.l.qui homi-
nem.§.si titium,eo.ti.vbi glo.dicit,quod
soluens procuratori liberatur ipso iure.
&. l. procoratot cum . libera. ff. de pro-
curato.idque testatur Bart.in.d.l.hoc iu-
re.num.2.& in.d.l.procurator.numer.5.
& ibi Alexan.num.5..siue ad recipieodã
solutionem habeat speciale mandatum,
siue generale ad omnia negocia , quam-
uis mandatum non habeat cum libera,se
cundum Bart.in dict.l. vero procurato-
ri.numer.1. & est text. qui bene probat
io.l. nihil interest. C. de solutio . & ibi
Bald.& gloss. quæ dicit. Nam mihi sol-
uere videtur , quia alij , mea voluntate
soluit, per text . ibi. & in.l. solutum. §.
solutam. ff. de pignor. actio. & in. l. in-
uito.C.eo,tit.de solutio.&plene per Bar
tho.in.d.§.solutam.Et Paul.in.d. l. vero
procuratori. Quæ conclusio refertur io-
ter communes. 3 tomo. fol. 636. col. 1.
in medio ex Enchiridione, parium , aut
similium, Iodoci, Damhouderij Burgen-
sis.Et ista procedunt absque tẽporis vel
salutis distinctiooe: & ad fundamẽta pro
contraria parte adducta respondeo. Ad
primum de.d.l.item quæritur. §. labeo,
quod ad debitorem non expectat cura
conseruandi pecunias post solutionem,
nec obseruatio temporum,sicut oauicula-
rio.qui ratione officij tenetur de culpa&
ignorãtia administrationis,vt iudex im-
peritus de re male iudicata tenetur actio-
ne in factum.l.si iudex.ff. de varijs cog-
nitio.& ibi Bart.&Alexan.in additio.&
Medicus de imperitia.l.illicitas.§. sicut.
ff.de offic.præsidis,latè per Dyn. in reg.
culpa non caret.de regul. iur.in.6. & ibi
Boerius in addit.& Decius & Cagno.in
l.culpa est.ff.de reg.iuris.

Et ad.2. de.d.l.si vero.io.§ adolescens
luxuriosus,quod fideiubens pro meretri
3 ce,vel pecunias præstãs ei scieos,dat ope
ram rei illicitæ & turpi actuiq; prohibi-
to.per.l.quod si minor.§ restitutio.ff. de
minoribus. Soluens tamen procuratori,
facit illud ad quod tenetur,tam iure oa-
turali quam ciuili.

Et ad aliud argum.de.d. l.4 . § 1.ff. de
testa.tutel.probante, testamentarium tu
4 torem non esse confirmandum,si res non
siot in eodem statu : ad quam conclusio-
nem potuit etiam allegare.l.si. vnquam.
C.de reuocan. donatio. vbi ex eo dona-
tio reuocatur, quia res oon est in eodem
statu,& est similis lex in l.8.titu.4.pa. 5.
vbi agnatione filij, rũpitur donatio per-
fecta, quia donatio non extat iam in pri
mo statu.Respondeo dictas. ll. non ob-
stare:quia tatione affectionis , vel odij,
ita.ll ioterpretãtur.Credũt etinem ipsę,
quod si disponentes de illis casibus cogi-
tarent, aliter disponerent, argumento.l.
cum auus.ff. de conditio. & demonstrat.
&.l.tale pactum.§ pater.ff.de pactis,vbi
bene per Iasso. & latè per Anto. Gomez
in.l.4 Tauri.nu.7. & Mencha.de succes-
sio creatione lib.2.§ 11.numer.35. in casu
vero de quo loquimur , aliter se res ha-
bet. Obligatus dare Romæ centum ni-
hil de loco vel tempore creditori placiro
cutare debet, & casuum fortuitorum pro
uisio ad creditorem expectat. d.l.si quis
domum. §.1.ff locati.

Et ad.d. l.qui petitorio.ff. de tei vẽd.
Respondeo,quod loquitur de illo qui do
lo desijt possidere,at in casu de quo lo-
quimur,debitor non desijt possidere do-
lo: imô agnoscit booam fidem, creditori
vel eius procuratori redeodo debitum,ad
quod tenetur,pactaq; seruando & fidem
custodiendo.c.1.de pact.& ibi DD.

Restat vnũ examinare io hac quæstio-
5 ne,an preces illę importunę haberẽt vim
metus illati: adeò vt contractus per eas
factus annulletur,& sic solutio pro non fa
cta habeatur,& resolutiue dico: quod li-
cet in beneficiorũ collatione,preces pri-
uatæ, inducunt simooiam secundum In-
noc. in cap. tuam.in principio de ætate,
& qualita. in cæteris casibus, nihil ope-
rantur , cum nullam vim inducant, nisi
illatæ,essent à Principe Tercero : & tam.
quod

quod suis precibus renuentibus soleat mortem inferre, tunc etenim metum iustũ inducunt dictæ preces, secundum Ioannem Andræam, incap. in ciuitate, qui clerici, vel vouentes, & ibi Abbas in fin.& Felin.in cap.1.nu. 2. de officio delegat.ergo in supra dicta quæstione, nihil refert, quod procuratot fuerit, precibus debitoris motus ad recipiendas pecunias.

In.l.12.tit.18.p.2.in glo.5.

1 Serpens qui gustando hominis ieiunij sputum moritur dicitur ptyas.

GLos.5.in verbo. *Estando ayunos*. Dicit, quod moritur serpẽs si gustauerit ho-
1 minis ieiunij sputum. Ego noui quoddã animal paruulum reptans vulgo nuncupatum cubilla aliquantulum simile grillo, quod licet niger est, tamen virga tum colore rubri & auri extat, & quamuis ieiunus homo non extet, si tamen sputum id tangit, crepit etiam si minutissima cuta sit & vocatur.

Serpens autem de quo glossa nostra loquitur vocatur ptyas, & est genus aspidis colore sub viridi cinereoque se in arcum tendentis, Plinius lib. 28. capit 6 & 8.& Laguna super Diascoride in libro de venenis, quæ etiam in faciem hominis, si proxima est emittit venenum, & etiam hominis sputo perit, quod sputum omnibus animalibus venenosis est mortiferũ, secundum Lagunam, vbi supra. Nec mirum, & si Diascorides ibidem dicit de Migali, quod nos vocamus Musgaño, quod ilico perit, si itinera intrat propter vestigia hominum.

1 Indicium plenum est demonstratio rei per signa sufficientia per quæ animus, tanquã in existenti quiescit.

2 Differentię quæ ponuntur inter indicium pręsumptionem adminiculum coniecturam hodie æquiuocãtur.

3 Ex indicijs condemnatur reus in pœnam pecuniariam, & in exilium, & ad triremes.

4 Condemnatur reus ex indicijs ad pœnam mortis in crimine assaßini, & hæresis, & ad pecuniarias, & ex pręsumptione iuris, & de iure in quolibet alio casu.

5 Ratio quare per indicia non condemnantur rei ad pœnas vere corporales est, quia dicta condemnatio quasi semper non habet locum nisi in delictis leuibus, eo quod ex dictis indicijs in grauibus delictis torquentur vnde condemnati, vel purgati exeunt.

6 Ex indicijs necessarijs condemnatur reus pœna ordinaria.

1 GLo.6. in ver. *Dar señales*. Ponit bellissimam descriptionem huius verbi (indiciũ) cuius verba sunt, indiciũ plenũ est, demonstratio rei, per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tãquã existẽte quiescit, & plus inuestigare non curat, hactenus glo. Addo quod Bal.in.l excusantur.ff.de excusatio.tuto.dicit indiciũ magis est, quam præsumptio, & facit bonum dictum Rolan.à Valle, consil.37.numer.17.lib.3. quod pręsumptio est probatio probans, & indicium est probatio probata. Diuiditur etiam in indiciũ propinquum & remotum, propinquum est dictum vnius testis de visu, captus ibi delinquens, res reperta apud aliquem confessio extraiudicialis. Remotum autem est, quod homo malæ opinionis fugit cũ gladio, de quo per Bart.in.l.fin.num.47. &.48.ff.de quæstio. Dicitur præterea indiciũ credibile, seu verisimile, quod proximum appellatur, vt iudicium Salomonis secundum Menoch. in arbitrarijs casu.270.

2 Prædictis vero non obstantibus, & alijs differentijs quæ per DD. ponuntur, inter indicium pręsumptionem adminiculum argumentũ coniecturã, & verisimile nihilominus ex communi praxi totius mundi hodie conculcantur pędictæ differentiæ, & vnum pro alio ponitur secundum Paris.de Puteo in tract. synd. vol.2 ca.2 §.tortus.& Iosephus Ludo. 3. tomo commu.opin.fol.528.col.2.

Sed qualiter rei, condemnari debeant,

ex dictis indicijs & præsumptiooibus, teneot, quod possunt condenari ad pœnam pecuniariam,& exilium, ac trirremes, secundum Guido de Suzar in tract. de indicijs, vol.10.tractatu.q. 101. & ibi eius additio. & Iul. Clar.io pract. q.20. idemq; volut Brunus io tract. de indicijs, vol.10.tract.2.p.q 1.nu.5. vbi etiam ostendit, quod legum latores, varijs modis nominant indicia: & Meooc. io arbitrarijs causa.270.dicit, quod dicta condenatio fieri non debet, nisi ex indicijs & præsumptionibus violentis, seu vrgentibus, per illã.l.fin.C.de probatio.quę etiã tyronibus notissima est, & Boerius decisio 164.num.6.& per Menoch.cõf.82. num.142.lib.1.Præsumptio autem violeta dicitur illa, quę summitur ex c. auferte de presumptio, ex qua animum iudicis ad contrarium persuaderi non potest, nec eius intellectus, auerti potest in conscientiam oppositæ vt habetur per Bal. conf.249.ad fin. vol.1. & Cephal.consil. 304.num.442.vol.3.& hoc indicium est de quo glos.nostra loquatur, & id vocat indicium plenum.

4 Et quæ supra dixi, ex indicijs & præsumptionibus vrgẽtibus, reos tantũ condemnari posse, ad pœnas pecuniarias, et corporales,& oon ad pœoam vltimi supplitij. Hæc conclusio in sua limitatione, fallit in criminí assasini, & in crimine hæresis,& quando est præsumptio iuris, & de iure, quia in istis casibus, condemnantur rei ad mortẽ, ex supra dictis præsumptionibus violentis, vt notat Rojas de hæret.col.34.nu.345.cum alij: & Iuli. Clar.in d.pract. §.heresis,& §.simonia, & Menoch.in arbitrarijs, casu.279.& d. cõsi.82.n.143.li.1.idq; notauit d. Ioseph. Ludo.3.tom.cõmu.opin.f.538. Sed quia in ceteris delictis vti quãdo quis imputatur de homicidio furto, vel alio delicto multum atroce pro quibus venit imponenda pœna mortis, extantibus dictis in dicijs, deuenitur adtorturã, in qua si reus confitetur, retificando suã confesionẽ, extra torturã post.24.horas condemoabitur nõ solũ ad pœnam pecuniariã, sed etiam in capitalem: sin autem negauerit absoluetur ab vtraque pœna (si talis sit persona quę questiooibus subijci poresit) ideo condẽnatio, quæ ex indicijs fieri dixi, procedet prope semper in delictis nõ nimis atrocibus, puta io vulousculo, in

5 paruuo furto, in occisione animalium, propuibus delictis non imponitur pœna mortis: quia quando in delictis non irrogatur pœna corporalis, non potest deuenire ad torturam: esset etenim maior pœna quæ irrogatur pro requirendo delicto, quã pro ipso delicto, quod fieri nõ debet. Et sicrato aut nunquã in grauibus, & enormibus delictis, per dicta indicia, rei condẽnantur: quæ omnia notauit Craueta conf.157 num. 12.coof 18. num.12. Nisi talia fuerint, quiod ex eis solis condemnatur reus, vt si accuseris fecisse falsum instrumentũ, & producitur instrumentum, in quo scriptum est, te die octauo Septembris huius anni, hic Muodę mihi mutuo dedicesse centũ aureos, ego testibus pluribus probo, me ea die octaua, Madricij extitisse. Sequitur ex hoc, indicium necessarium, ob maximam locorum distantiam, falso scriptum esse, te mihi mutuo, ea die dedisse dictos centum aureos hic Mundæ, probat l optimam.C.de cõtrahenda & cõmitte. stipulatio, & ibi Bald.vt refert Menoch.in arbitra.casu. 170. & melius in casu.278. de quo beoe per Hippol.in.l. questionis modum.ff.de quæstio.n. 38. & Aegidus Bossius in pract. in tit. de indicijs, nu30. & quæ indicia requirãtur ad torturã an sint cognita vel iudicis arbitrio relinquãtur, & cõcluditur ꝙ hodie iudices debẽt se regulari, ex.l.2.tit.40.p 7. sed noo ex hoc tollitur iudicis arbitrium, secũdum Auen.in dictio.in verb.tormento, & vil la in antioomi.verb. tortus n. 15.Gtac. reg. 469. num.7.

Ex quibus omnibus videtur praxis cõmunis minime recepisse sententiam domini Franc.Sarmient.io lib.1.selectarum c.1.dicentis non posse quem condemoari ex indicijs, vel præsumptionibus, quia non datur medium inter probatũ, & non probatum tusticorum, inquit esse per medium diuidere.

In.l.23.tit.18.pa.2.in glo.2.

1 *Pacto inter Reges inito, & ꝓ obside dato castello vassallo Regis, quãuis Rex eo nõ adimpleat pactũ teneatur vassalꝰ regi suo peteti castellũ tradere*

Rex tenetur seruare pacta iure naturali.

2 *Voluntas principis est facienda in suo Regno etiã de facto, nã presumptio est pro eo quod iuste omnia facit.*

Rex potest esse iudex in sua causa.

1 GLos.a in verb *Maguer el pleito, o la postura digade otraguisa*, glo. nostra dicit: duram esse legis istius decisionẽ, in prędictis verbis, in quantũ vult, quod pactione inter Reges inita, pro cuius cõplemẽto, castrum vel fortalitium, in obsidẽ datum fuit cuidã Regis Hispaniæ vassallo, quod etiã si Rex nõ impleuerit pactũ, tenetur nihilominus, sequester vel custos Hispanus, suo Regi petenti fortalitiũ, illud tradere. at iure glo nostra dicit durũ esse: cũ pacta seruãda sint inter Reges, eo quod in pactis, inest obligatio naturalis, ex ipsa ratione naturali. Vnde cũ Rex sit animal rationale, & politicũ, naturæ & rationi subens, ex pactis obligatur, nõ vero ex alia ratione quam assignat Bar. in l. digna vox. C de legibus. scilicet, quia pacta sunt de iure gentium: quã rationẽ improbat Fortu. Garc. in. l. 1. ff. de pactis nu. 9. & .10 insuper obligatur de iure canonico, per tex in. c. 1. de pact. cũ summo Põtifici sit subiectus. Ita per eũdẽ Fortu. ibi, nu. 11 in fin. probat tex. in c. 1. de probatio. ibiq; notant DD. Quę cõclusio extẽditur, vt etiã cũ subditis teneãtur pacta
2 inita seruare, vt notat Guidõ de Susan. Cyn. & cõmuniter DD. in d. l digna vox. Ratio aũt quare iste sequester, tenetur suo Regi tradere castellum, etiam fœdere rupto, ex eo est, ne vassallus inferior, iudicet superiorem, Regemq; suum, per tex. in. c. cum inferior de maiori. & obedien. & quia voluntas principis est faciẽda in suo Regno, etiam de facto, nã præsumptio est pro eo, quod iustè omnia facit, secundum Cyn. in. l. rescripta. C. de precibus Imperat offeren. num. 7. & . 8. & quia Rex, ius dicere potest in sua causa, secundum Bar in. l 1. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat, quẽ sequitur Barb. in c. 1 de probatio, n. 12. in medio, neque iudicandus est à suo vassallo. Facit alia potior ratio, quia in quacunque dispositione, seu cõtractu, intelligitur excepta publica vtilitate, vt testatur d. Barb. d. c. 1. num. 21. ergo iure, etiam rupto fœdere, vassallus tenetur reddere castrum Regi suo petenti, cum Regno multum, & vtilitati publicę noceat, castellum Regi extero tradere. hæ sunt rationes ad istius legis decisionem. & . l. 29. infra isto titulo, procedit, quando sequester nullius Regis vassallus est.

In.l.25.tit.18.par.2.in gl.1:

1 *Dicens verba iniuriosa contenta in .l.2. titul. 10. lib. 8. Recopilatio. sufficit si per æquipollentia verba se dedicat: procedit hodie, licet secus erat de iure ordinamenti.*

Legum pœnę non possunt per æquipollentes adimpleri.

2 *Grauius est dicere quem se mentitum fuisse, quam verum non dixisse vel falsum: quia possumus falsum dicere, et non mentiri.*

3 *Verba iniuriosa dict. l.2. dicens non tenetur se dedicere si verum dixit, quia mentiendum non est pro restituenda fama proximi vel vita.*

4 *Nobilis dicens alij dict. verba. l.2. ignominiosa quãuis falsa non tenetur se dedicere hodie est sine controuersia.*

5 *Quamuis qui alterum Iudæum vocat teneatur se dedicere. secundum Coua. non tamẽ ille tenebitur, qui neophitũ vocat Marranũ contra aliquos.*

6 *Hoc verbum Marrano qualiter Hispaniæ interpretetur et Italiæ.*

7 *Confutatur opinio Parladorij, et Salazar, et Pena viginti millia morapetinorum, quę ponitur in dict. l. 2. imponitur illis qui neophitos, vocant marranos, o tornadizos.*

8 *Circa delictum dum sumus in casu dubio minimum presumitur, nõ hoc procedit circa animi interpretationẽ.*

9 *Qui alterum Iudæum vocat si excipiendo dicat non eo animo dixisse*

dixisse quod illum Iudaeum existimauit, sed ad denotandum quod originem trahit à gente Iudea non cantabit palinodiam, si hoc verum est.

10 *Actio iniuriarum competit cōtra conuiciatem, siue sit extra iudiciū, siue in iudicio, siue verum sit, siue non si animo iniuriandi fecit quamuis sibi vel reipublicę non expediat notitia.*

Communis vsus, & praxis vicem legis obtinent.

GLos.1.in verbo. *Como desmentir*. Notat istam legem, ad intellectum l.2.tit.9. lib 8.ordina, quæ hodie est.l.2.titulo.10. lib.8.Recopilat. dicta etenim. l.2.ordin. precipiebat quod dicens verba iniuriosa ibi contenta, & similia, Paliodiam recantaret, id est. *Que se desdiga ante el juez e ante hombres buenos, e diga que mintio*: quibus verbis non obstantibus, vult glo.nostra, argumento istius legis partitæ, quod sufficit si talis criminis reus, per verba æquipollentia se dedicat: vel vti si dicat, quod ille de quo talia verba dixit, est bonus carensque illa infamia, vel si dicat se falsum dixisse: quod more suo prudenter considerauit. Licet non vtique dict. l.2. ordina. talem intellectum patiatur: cum ibi grossis verbis dicat. *E diga que mintio*: & ideo non videtur, legis decisioni satisfacere reus, quamuis dicat se falsum dixisse, vel alia verba æquipollentia: nō enim legum pœnæ, debent per æquipollentes ad impleri, si possunt in forma expecifica, cum sine causa mutari non possint: æquiparantur nempe, minuere pœnam, & omnino remittere, per text. in l.seruos in fin. C.de vi publi. & per eandem.l.tenet Lucas de Pena, in. l.1. col.8. C.de deserto.lib.12.& Tiraquel.de pœnis tempera.in præfatio, nu.8.

Aliud etenim, & longe grauius est, dicere quem se mentitum fuisse, quam dicere falsum dixisse: vt notauit domin: Anton.de Padilla in l quamuis. C.de iuris & facti ignor. numer 9 in medio dicens: quod ille qui alicui dicit mentiris, infert iniuriam, non vero si dicat falsum dicis, quia possimus falsum dicere, & nō meotiri, vt si putamus verum dicere, per text.in capit.is autem.22.quest.2. ibi nemo pro mendoso iudicandus est, qui falsum putat verum: & ideo non mentitur, quia mentiri est contra mentem ire, quā conclosionem, manifestius probat sanct. Thom.2.2. questio 110. articul.1. ponens tres species mendatij: videlicet formale, quæ est quando verum profertur, existimādo tamen mentium dicere, materiale quæ est quando falsum dicitur, existimando se verum dicere, materiale & formale, quando scienter mendatium dicitur. Et sic apparet, aliud esse falsum dicere, aliud mentiri: & per consequens, quod magis puoitur, qui astriogitur dicere se mentiri, quam qui astringitur fateri se falsum dixisse: potuit etenim falsum dicere materiale, & non mentiri, dicta autem.l.2.ordin.vt cunque menda tium dicatur, vult quod se dedicat, & simul fateatur se mentiri, vt ex relatis verbis constat: & sic eam intelligit Didac. Couar.lib 1.variar.cap.11.num.7.in fin. & Didac.Perez in.l.9.titu.1.lib.1.ordin. column.54.& Auendan. de exequend. manda.1.part.cap.10.numer.6.& Anto. Gomez.3.tom.variarum.cap 6.num.2. ad medium, & cum isto sensu, transiuit Ioann.Parlad. libro quotidi. rerum cap.17.qui aliqua ooua de materia notauit. At hodie glossæ nostræ sententia est verior, quasi præsaga futuri, ex dispositione dict.l.2.titul.10.lib 8.Recopilatio. quę illa verba (*E diga que mintio*) omisit: cuius tenor est. *Desdigalo ante el Alcalde, e ante hombres buenos, a plazo que el Alcalde le pusiere*, & illa verba (*Ediga que mintio*) omisit, vt dictū manet, non sine magna causa: ob id certe credo, ne tā acrius, & amate, rei huius criminis punirentur, cū offensis plena satisfactio reddatur, ex æquipollentibus, arg.tex.in c. in his, de verbor.significatio. & per dicta supra à nostra glossa.

3 Venio nunc ad aliam questionem. an qui dixit verba d.l.2 precise teneatur se dedicere: & Didac.Coua.d c. 11. num.7. in fin. dicit, quod qui verum dixit, illis verbis iniuriosis, non tenetur se dedicere, licet aliter à iudice erit puniendus, quia mentiendum non est, pro fama proximi restituenda, vel vita, text. in capit.nequis.22.ques.2. & notauit sanct. Thom.2 2.questio.62.articul.2. & Maior in 4.distinctio.15. questio.16. col.4.

idq; se fatetur gloss. nostra, in. l 1 titul.9. part.7.in verb. *Que es verdad*, & Bernar. Diaz à Luco in pract. crimin. capit. 60. numer.7 pagin.141.& Parlad.dict.c.17. numer.11. & melius cæteris, quem supra dicti non allegant, explicuit doctissimus Martin. Azpilquet. Nauar. in cap. inter verba.11.quæst.3.collorario.70. per totum. Et sic non obstat, quod Anton. Gomez.3.tomo variar.cap.6. numer. 6. dicit: vt si reipublicæ non expediat, dicti criminis notitia, siue dicat falsum siue verum, tenetur se dedicere, cui subscripsit Abenda. in dict. capit.20. numer.6. pa.1. de exequendis manda. à quibus recedendum est, nam illud non patitur religio Christiana.

4 Secundo quæro, de alia non parum ventilata quæstione, videlicet, qua pæna plectendus erit nobilis, qui verba dicta l.2. dixit. contra alium: an mentiendo teneatur se dedicere. & magis communis tenet quod non, vt testatur Didac. Perez in dict. l 9 titul.1 lib.1.ordi.col 58. in fin. & Didac. Couarr. lib.2. variar. capit.9. num.4. inquantum probat, nobilem puniri non posse, pœna ignomiosa. Hancque conclusionem in practica seruari testatur Salzed. in additio. ad Bernard in dict. capit.60. quicquid in contrarium asserat & male Otalora de nobilita.5 part. cap. fin. numer.6. in fin. Cui assedit Petrus Nunez Abēdanus de exequend. manda. dict 1.part. cap. 20 nu.6. hodie vero dicta quæstio, nullam dubitationem patitur, quia decisum extat per dict l.2. titul.10. lib 8 Recopilatio in illis verbis. Y *si fuere hijo dolgo, el que dixere los dichos denuestos, no sea condenado a que se desdiga por ello*

5 Tertio quæro, an plebeius qui conuitij causa, alium Iudæum appellauit, cantare debeat Palinodiam: & dominus Couar. dict. cap.11. num.2. lib 1. variarum tenet quod sic, cui subscribit Didac. Perez dict. l.9. titu.1. lib.1. ordin. col.54 etiā cōtra illos, qui Iudæos ad fidem nouiter conuersos, eos tornadizos, seu marranos vocant, dicens, quod vltra pœnas pecuniarias, tenebuntur se dedicere: citat pro sua conclusione, nostrum Didacum Couar. loco citato: sed Ioann. Parlado. vir alioqui literatus, istam sententiam Didac. Couar. dicit inhumanam, in lib. rerum quotidia. cap.17. num.8 & pro sead ducit Didac. Perez in dict. l 9. cum vt dictum manet, contrariam defendat, sequendo Couar & inquit dict. Parlad. loco citato, quod pro isto conuitio, specialiter pœna est imposita, scilicet viginti millia numum, in dict. l.2. in versicul. (Y *si hombre de otra ley*) ex qua lege, ansam sumpsit Salazar in lib. de vsu, & cōsuetud. se decipiendi, in cap.1. numer.90. vbi sequendo eandem opinionem, dicit, qui alium Iudæum nuncupauerit conuitij causa, non Palinodiam, vt aiunt cantare debet, quia dict. l.2. titul.10 libro.8. Recopilatio. in secunda parte, imponit pœnam decem mille morapetiuorum, seu quadrantuum, tale conuitium dicenti.

Sed certe Didac. Perez, Parlado. Salazar, se confundunt, & quamuis contrarij sint, omnes perperam loquuntur, vt ostendam d lex etenim. 9. ordina. prohibet, ne nouiter ad fidem conuersi vocentur marrani, seu conuersi, causa iniuriandi eos, ibi. Y *por esto ordenamos y mandamos, que ninguno ni alguno sea osado de dezir, ni llamar marrano ni tornadizo, ni otras palabras injuriosas a los que assi se tornaren a la santa Fe Catolica*: & ibi dict. colum.53. subdit Didac. Perez, quare qui eos marranos, seu tornadizos vocat, vel alia verba iniuriosa obijcit, plectebitur pœnis pecuniarijs, & vltra tenetur dicere se mētitum fuisse. Quæ conclusio falsa manifestè est, in eo quod dicit, vocantes eos marranos, seu tornadizos, teneri dicere se mentitos fuisse, cum verum dixerint, & manet probatum supra in quæstione, idest, mentiendum non esse, pro fama, vel vita proximi, per tex. in cap. nequis 22. quæst. 2 & sanctum Thom. 2.2. q.62. articul.2. & alia multa, quæ Nauar. dixit, in dict cap. inter verba.11. quæst 3. collorar.70. qui hos vtique nouiter ad fidem conuersos, marranos, vel tornadizos vocat, verum dicit: ergo compellendus nō erit, dicere se mentitum fuisse: conclusio dicti Dida. Perez procedit, si dictum conuersum ad fidem eum Iudæum, aut maurum appellauerit, non enim talis est
6 post conuersionē. Vel si hoc verbū marrano, accipiamus pro mauro, vt voluit Ioan. del Castillo in chronica Regū Gothorū, discurso nono, fo. 47. col.1. vbi inquit, quod marrano, vulgo habetur pro mauro, licet Itali errore ducti, vocēt Hispanos

marra

Marranos, ad notandum eos trahere originem Iudæorum: & vltimam hanc sententiã amplectitur Mõta. in dictiona. suo in litera I. fol. 57. col. 3. in medio, vbi hoc verbum (marrano) denotare inquit descendentes, à Iudæorum progeniæ: hoc etiam fatetur Glossator ad reg. Cancelleriæ Iulij. 2. in part 3. principall, colu. 3. in impressione paruula, fol. 275. in principio, vbi inquit Hispaniæ triplicem esse speciem Christianorum: nam quidam sunt nobiles, qui vocantur hidalgos, in vulgari, alij sunt villani, alij vocantur marrani, idest neophiti, venientes de genere Iudæorum: quem sequitur, & citat Didac. Perez, in. l. 1. titul. 2. *De los hijos dalgo*, colum. 1, 63. & si in ista significatione summitur, male loquitur Didac. Perez, dict. l. 9. colum 54. cum is qui verum dixit, licet iniuriam irroget, non tenetur se dedicere: vt duabus partibus supra probaui, at quia omnes Doctores decepti sunt, in interpretatione huius verbi, (Marrano) ad eam reddeo, & dico, quod dictum verbum (Marrano) summitur pro cõuerso, tam à gente Sarracenorũ, quam Iudæorum. Quod manifestè probatur, in dict. l. 9. titul. 1. lib. 1. ordin. quæ in præfatione loquitur, de Mauris, & Iudæis, & postea in decisione disponit, vt nemo eos vocet Marranos; *ni tornadizos*, cuius verba sunt in decisione. *Y por esto mandamos que ninguno, ni alguno sea osado de dezir, ni llamar marrano, ni tornadizo ni otras palabras injuriosas, a los que assi se tornaren a la santa Fe Catolica*: quæ lex tam de Sarracenis, quam de Iudæis loquitur: quam conclusionem expressius probat. l. 2. titul 10. lib. 8. Recopilatio. in. §. fin. ibi. *Y si hombre de otra ley se tornare Christiano, y alguno lo llamare tornadizo, o marrano, o otras palabras semejantes, peche diez mil maravedis para nuestra Camara*; ex quibus verbis colligitur aperte, nostra dicta conclusio, contra supradictos Doctores: nihilominus etiam constat male dixisse dicto Didac. Perez dict. l. 9. colum. 54. hecque quoad euertionem sententię dicti Dida. Perez sufficiunt.

7 Venio nunc ad conclusionem Ioannis Parlado. & Salazar, locis citatis, dicentium: quod quamuis aliquis quempiam Iudæum vel Maurum appellauerit, non tenetur Palinodiam recantare, quia ea appellatione communi loquendi vsu, non sectam, seu hæresim, sed originem gentis significare solemus: ob quod, praxim contrariam, inhumanam, & non sat consonam iuri, vocant, cum istis conuitijs, specialiter lex pœnã præscribat, scilicet, viginti millia numũ, vt in d. l 2 titul. 10. lib. 8. Recopilatio. Verũ enimuero, dictus Ioan. Parl. & Salazar, decepti fuerunt, & oculis sypis dict. l. 2. in fin. præspexerunt, qui loquitur in casu multum diuerso, videlicet, quando conuitia obijciuntur ipsis neophitis, appellando eos tornadizos vel marranos: alter vero erit, si Maurũ aut Iudæũ vocauerit, quia tũc tenebitur se dedicere, cũ vere Christianus sit, nõ enim debet in eo despici quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit, capit. fertum. 50. distinct. & ius fingit eum esse nouum hominem, post baptismum, capit. 1. 26. distinctio. & in cap. non est § Romanos de pœniten. distinctio 2. notat Roman. consil. 236 & Felin. in capit. cum deputati, de iudicijs, & Ioann. Faber in § scortis insti. de in officio testa Quanto magis, si istorum nepotes, aut pro nepotes, quis Iudæos appellauerit: verba etenim animum demonstrant: & sicut se habent verba ita videtur se habere animus, notat Bald. in l. si non conuitij, nu. 1 C. de iniurijs, nec à verbis tecedendum esse, inquit lex non aliter. ff. de leg. 3. quia & si verũ sit quod circa delictum, dum sumus in casu dubio, minimum præsumitur per tex. in. l. si preces, & in. l. interpretatione. ff. de pœnis, non tamẽ circa animi interpretatio

8 ne ita sit. Nã tunc nõ presumitur de minima delinquendi voluntate, vt notauit Din. reg. in obscuris de reg. iur. in. 6. in fi. quem approbat Decius in. l. semper in obscuris. ff. de regul. iur. numer. 5. vbi dicit, lata interpretatio est facienda, vt verborum proprietas seruetur, & Cagno in dict. l. semper, numer. 22. dicens, circa animi interpretationem, non quod minimum est, sed quod durius est præsumitur. & quãuis nõ ignorem aliquid respõdi posse ad dicta argumenta, tamẽ magis sequi volo negligentiam domini Couar. quam istorum obscuram diligentiam. Vnum tamen non diffitear, quod si di-

9 cta verba iniuriosa obijciens, exceperit, quod non eo animo dixerit Iudæũ, aut Maurum, vt eum crederet, talem esse, sed solum ad denotandum, iniu-

riatum originem ab illis ducere, quod tunc si ex præsumptionibus, & indicijs, & communi vsu loquendi, suam exceptionem probauerit, non condemnabitur ad se dedicendum, per text. in. l. si non conuitij. C. de iniurijs. & gloss. r. ibi. & text. cum glo. in. l. r. C. ad. l. Corneliam de siccarijs.

10 Quarto & vltimo quæro, an actio iniuriarum oriatur contra illum qui in iudicio, vel extra, libidinis explendæ causa, vel propriæ vindictę, conuitium alicui dixerit, si verum sit, & nec sibi, vel rei publicę eius detectio interest. Quam quæstionem decidit. l 1. titul. 9. pa. 7. dicens: quod si verum dixit, & probauerit, quod non tenebitur actione iniuriarum, quam. l. glos. nostra ibi limitat, quando notitia criminis, expedit reipublicæ, aliter tamen dict. l. 1. partitę, & l. eum qui. ff. de iniurijs, intelligũt eas Didac. Coua. in. d. c. 11 nu. 6 lib. 1 varia. & Petrus Plaça, in epitome delictorũ, in. c. 1 per totũ. & n. 7. dicẽtes, quod siue reipublicæ expediat delicti notitia, siue non, siue obijcienti, siue in iudicio, siue extra iudiciũ, quãuis verũ dicat, dũ tamen animo iniuriandi fecerit, semper tenebitur actione iniuriarum, à quorum sentẽtia discessit, Olanus in antino. in litera I. à nu. 4. vsq; ad nu 8. per. d. l. r. ti. 9 pa. 7. quæ lex adeo manifestè disponet, quod non recipit extraneos intellectus. Sed nihilominus d. Olanus incaute loquutus est, debuerat nempe animaduertere, quod communis vsus & praxis, sic. d. l. 1. parti. & l. eũ qui. ff. de injurijs interpretatus est, quæ vicẽ legis obtinet: vt habetur in. c. fi. de cõsuetudi. & in. l. r. C. quæ sit longa consuetu. vt latius dixi in. l. 5. tit. 2. pa. r. quę cõmunis vsus seu praxis fundatur in quadam æquitate Christiana, ne absque iusta causa, bona fama perdatur. Et quia rei publicę interest, habere viros integræ opinionis, & quia summa iniquitas est, fratres detrahere, tex. in. c. summa. 6. q 1. & quia deteriores sunt qui famã corrũpunt, quã qui substantiã aliorũ depredantur. c. deteriores. ea causa. &. q. & quia nemo est qui ambigit, grauissimã iniuriã esse, alterum inhonorare, etiã veritate proposita: qui detractor etiã dicitur largo modo, homicida, prouerbio. c. 18. qui subtrahit aliquid à Patre, vel à matre, particeps homicidij est: quę notauit Ioan. de Turrecre. in d. c. debitores & in. c. in summa, ꝙ legit sub. d. c. debitores. nu. 8. & . 9. sed cum melius sit bonũ nomẽ, quã diuitiæ multę Prouer. c. 22. & fama auferatur, dicendo verum iniuste & importune, vt quando quis prodit crimen alterius occultũ contra modũ à iure, in hac re traditũ, & tunc tenetur ad certum modum restitutionis: sequitur quod ex dicta æquitate, tenebitur. d. maledicus, actione iniuriarum, arg. l. si ex me & Titium. ff. si certũ petatur. idque censuit Bellame. in. d. c. in summa. 6. q. 1. num. 3. & . 4. ex quibus ostenditur, iusta ratione, fundatam esse consuetudinem, contra. d. l. 1. tit. 9 pa. 7. facit etiam pro hac parte, quod Nauar. noster dixit, in. d. c. inter verba. 11. q. 3. collora. 69. nu. 348. scilicet, quod vitia, vel defectus aliorum detegere, aliquãdo est delictũ iniuriæ, & dedecoris, si malo animo infamandi, siue in iudicio dicatur, siue extra, siue per modum actionis, siue per modũ exceptionis fiat. Et cum ista opinione indistinctè transit Anto. Gomez. 3. tomo varia. c 6. nu 2. in medio, immemor. d. l. 1. partitæ. Ex quibus concludo, quod licet de iure cõmuni ff. & partitarũ, procedat opinio Olani, & distinctio glos. nostrę, ex quadam consuetudine, & practica, cũ causa introducta, & ex æquitate, verior & sequenda est opinio Couar. in. d. c. 11. li. 1. var. & Plaçæ in. d. c. 1.

Titulus. 19. Qual deue el pueblo ser en guardar al Rey de sus enemigos.

In. l. 1. tit. 19. pa. 2. in glo. 1.

1 Inimicitiæ capitales quę dicantur, relinquitur arbitrio iudicis de iure cõmuni, & de iure partitarum: illę inimicitię capitales dicuntur quæ sunt numeratę, in. l. 6. tit. 33. pa. 7. & sic hoc non est arbitrarium secundum Auẽd.

2 In causis similibus enumeratis in d. l. 6. arbitrabit iudex circa inimicitias.

Latro in patibulo suspensus crudelem vocat iudicem.

Con-

Constructio legum etiã ad non expressa trahenda est si eadẽ insit ratio.

3 *Non solum inimici dicuntur ad repellendum eos à testimonio, qui causas inimicitiæ habent, sed etiam ij qui sine causa mente oderunt, quia sæpè vidimus odium superate causam.*

Iudex potest repellere probationes plenas, vbi iustam causam non credendi habet.



1 Los.1. in verb. *Enemistad.* concludit, quod in disposi tione legali non attendun tur inimicitiæ, nisi ex capitalibus vel ex magnis cau sis oriantur, secundũ Bal. in.l.hæreditas.C.de his quibus, vt indignis. At in hac conclusione, vtile censeo videre, quæ dicatur magna vel capitalis inimicitia, quia doctores variant: aliqui dicebant iudicis arbitrio relinquendum, alij quod ex lite sola, vel ex verbis iniuriosis contrahitur capitalis inimicitia, vt testatur Carre Regin. in pract. criminal. num 118. Sed Iulius Clarus in practica. §. fin. in quæst 24. num. 5. inquit: quæ dica tur inimicitia capitalis, vel non, relinqui tur arbitrio iudicis: & hanc dicit communem. Apud nos verò illa dicitur capitalis inimicitia, quæ contrahitur ex casibus expressis in.l 6.tit.33.pa.7.& in.l. 22 tit 16.pa.3. & ex causis ibi positis. testis redditur inhabilis ad testificandum, vt manet prouisum in.d.l.6.tit.33 in.§.fin. & notat glos.in.d.l.22.tit.16. in glos. 2. & Auenda.in dictio in litera E. col 184. dicens, hodie apud nos non esse arbitrarium quæ dicantur capitales inimicitiæ, per dispositum, in .d.l.6.tit.33. quæ causas inimicitiæ capitalis numerat.

2 Dicta tamen Petri Nuñez Auenda. sententia, erit limitanda ad casus notatos, in dict.l.6.&.l.22. quia in eis non licebit arbitrari. At in alijs paris rationis, non prohibetur arbitrium iudicis, licebit nanque, tuoc arbitrari per iudicem, an similes sint expressis in dictis legibus, & an parem rationem habeant Quis autem inficiabitur, alias causas, similes enu meratis in dictis .ll. partitarum non esse causas inimicitiæ capitalis, an nonne inimicus capitalis reputabitur, qui mihi mortem minatur, vel insidias ad mortẽ parat, vel ita odit, quod atrocem mihi iniuriam faceret si posset: nonne inimicus capitalis erit iudici, ille quem verberibus verberare iussit, certe sic: nam latro suspensus paribulo crudelem iudicem putat. c. non est crudelis 23. quæst 5. ergo si hi & alij casus sufficientes, reperiuntur, ad causandas capitales inimicitias, vt notauit Bal in.l.1.C.si quacunque præditus potesta. & Panormitan. in capit cũ oporteat, de accusatio. num. 4. qui per dictas.ll. partita. non numerantur. Iudex arbitrabitur circa istas causas non numeratas in prædictis legibus, etiam de iure Regni, quicquid in contrarium dixerit Auenda. vbi suqra: quia constructio legis etiam ad non expressa trahenda est si tamen eadem ratio subsit.l. cum pater. ff. de inoffic. Expressa equidem, gratia exempli accipienda sunt: & idcò idem censendum de non expressis.l.dãni, la.1.ff. de damno infecto l. ita vulneratus, in.ff. ad legem aquil. facit item in simili, quod genus non taxatur in enumeratis, nisi quando constat de contraria voluntate.l in principio. ff. de supellecti. lega.l. quæsitum. § 1 ff. de fundo instrumen. & latius per Lucam de Pena in l.1.C. vt rustici, ad nullum obsequium reuocentur, col.5. in final. in versi. sufficit enim legislatori: & sic intelligendus est Auenda.

3 Neq; huic nostræ assertioni obstãt verba dict.l.6.tit.33. pa.7. in finalibus verbis: ibi: *Mas los otros que son sus malquerientes, por alguna otra razon no los podran assi desechar* Hic loquitur lex de leuioribus causis inimicitiæ, & sic in casu præcedenti dissimili, sed nihilominus non approbare intendit omnino, dictum testium, qui alicuius sunt inimici, ex leuioribus causis: quia sæpe sepius vidimus, odium superare causam, ob quod dixit Innocen. in capit. cum I. & A. numero. 5 de te iudi. quem sequitur ibi Abbas . nume. 22. quod non solum inimici dicuntur, ad repellendum eos à testimonio, qui causas inimicitiæ habent, sed etiam ij qui sine causa mente oderunt, per text. in cap. a. 3. quæst. 5. Faciunt etiam pro hac parte, quæ dicit Hyppoly. in. l. 1. § præterea. ff. de quæst. num. 8. & quod dixit Frede-

ri. Schech, in tract. de test. vol. 5. tract. nu 40. vbi inquit, inimici nisi capitales sint, non sunt à testimonio repellendi, sed iudicis erit æstimare, quãtum & quatenus sit eis credendum, secundum glos. vnicã, io capit. accusatores. 3. q. 5. & melius hæc habentur per Albericum de Rosate, in tract. de testi. vol. 5. tract. 3. pa. principa. num. 17. fol. 187. dicentem, quod si testis non debuit examinari, propter inimicitias, quod tunc faciet indicium, vel non, secundum qualitatem inimicitiarũ, per text. in d. l. 1. §. præterea, quod æstimabit iudex, eo quod ab eius arbitrio pendet, quæ fides sit habenda testibus, per l. 3. §. ideoque diuus. ff. de testib. in tantum quod reiicere potest, probationes plenas, vbi iustam causam non credendi habet, secundum Menoch. in arbitra. iud. casu. 90. per totum. fol. 166. in prima impressione. & sic. d. l. 6. part. intelligenda est, nec aliam specialitatem habet, quam aliquos casus recensere, gratia exempli. Ex quibus inimicitia capitalis contrahitur, non autẽ hoc vult, vt. d. inimicitia tãtum reddat inhabilem testem ad testificandũ: nam quæ libet alia ex causa graui idem operatur, vt habetur in l. 22. tit 16. p. 3. & notat Iaso. in. l. Titia. ff de verbo. obli. nu. 7. & Gome in tom. 3. vari. c. 12. nu. 14 & obiter per Azeue. in. l. 1. nu. 36. tit. 8 lib. 4. Recop.

Titulus 20. Qual deue el pueblo ser a la tierra do son naturales.

In.l.3.tit.20.pa.2.in glo.3.

1 *Filius qui multo tempore seruit patri in rebus paternis non potest petere mortuo patre, vt detur salarium.*

2 *Filio acquiritur medietas lucri quę siti eius industria ex pecunijs patris.*

3 *Quod filius teneatur prestare operas matri etiã de iure partitarũ negatur.*

Statur communi vsui loquendi.

4 *Appellatione hominis complectitur mulier, quando materia competit mulieri.*

Matres non habent filios sub potestate, nec eis sicut patribus datur reiuendicatio, neque debentur operæ.

5 *Operę obsequiales non sunt æstimabiles, nec vtilitatem continent, quia consistunt in assurgendo & salutando quę sola reuerentia cõplentur, licet aliæ obsequiales cũ dãno adimpleãtur. Officiales vero consistunt in reali prestatione, & quæ sint fabriles, vel artificiales.*

6 *Filius non tenetur prestare patri operas industriales, nisi cum patre moretur ab eo que alatur, neque impediri potest à patre quod quærat honestum vitæ genus, si opera eius non eget.*

7 *Intellectus istius legis contra glossam nostram.*

8 *Pater potest ratione correctionis filium vagantem officio iudicis recuperare, & in vinculis detinere.*

Tenetur filius patrem alere ex operis suis, si opera vtrique sufficiant.

1 GLos. 3. in verb. *Sus fuyos.* Tripliciter concludit. Primo, quod filius qui multo tempore seruiuit patri, in rebus paternis, non potest petere mortuo patre, vt detur salarium pro suo seruitio, contra Fulgos. in. l. illud, C. de collatio. Secundo dicit, quod ex lege ista tenetur prestare operas & seruitia matri, licet innuit contrarium de iure dispositum, vt habetur per Ioannem Fabrum, in. §. interdum insti. de obligatio. quæ ex delicto nascunt. Et tandem dicit cogita. Tertio dicit, quod ex ista lege potest dici, quod etiam ad operas industriales filius tenetur patri, licet contrarium de iure communi dicebat Bal. in authen. ex testamento. C. de collatio. col. 4. per. l. fi. tit. 7. supra ista par. & per l. istam.

Primam glos. conclusionem prius approbauit Iasso. in. d. l. illud reprehendens Fulgos. nu. 8. qui Fulgosius nihilominus dubius

dubius in sua sententia extat: siquidem dicit num. 3. aliquando quæsitum à maiore natu, vidi non obtentum. Et ratio quare salarium peti per filium non potest, de labore impēso in rebus patris, eo mortuo est: quia mandatum solet esse gratuitum, non assueto eius operas locare. l. 1. in fi ff. mandati. quæ conclusio limitatur, in lucratis ex pecunia patris, data filio ad negociandum, nam medietas lucri

2 acquiritur filio, eo quod dicta medietas lucri, attribuitur industriæ, & operę filij negociantis, & ideo non erit patre mortuo, fratribus conferendum, tanquā profectitium peculium, secundum tex. in. l. fin. C. de collatio. & ad hanc sententiam se inclinat. Bart. in. l. 1. §. nec Castrense, ff. de collatio. bono. num. 5. & in. l. si tibi, §. si pactus. ff. de pacti. & in. l. cum oporteat in principio, & in. l. illud. C. de collatio. & in tract. de duobus fratri. simul habitanti. 2. q in principio, & cum Bart. sentit Paul. Castrens. in dict. l. cum oporteat, & Angel. cons. 85 & Socin cōs. 92. col antepenult. vol 1. Fulgo. Ias. & Dec. d. l. illud. Roma. in authen. ex testamento. C. de collatio. Ripa. in. l. in quarta. ff. ad leg. falcid. num. 157. Bertran. cons. 103. vol 2. Abb. cons. 6. in principio Roman. cons. 469 num. 5. vbi dicit, non esse recedendum ab opinione Bart. & istam dicit cōmunem. & seruandam in actu practico, & quod in iudicijs seruatur. Viuius tomo. 2. cōmun. opinio fol. 199. num. 10. quamuis contrarium voluit glos. in d. l. cum oporteat, scilicet, quod totū acquiratur patri, & inter omnes filios lucra distribuantur, tanquam bona profectitia: quam sequitur Bald. ibi, & in dict. auth. ex testamento, & hanc etiam dicit communem Chassa. in consuetud. Burgund. Rub. 6. §. 2. num. 6. vbi distinguit. aut negociatur de mandato patris, & totum lucrum acquiritur patri, testante Angel. cons. 85. incipiēte: in Dei nomine Amē, nisi aliud habeat patriæ consuetudo, aut simpliciter negociatur, & dicit idē quod in casu primo, & sic recedit à distinctione Soci in cons. 162. qui bene hanc quæstionem disputat allegatque Roma dict. cons. 469. quem videas inquit cum casus euenerit, & Ias. in. l. si emancipati. C. de collatio. aut negociatur filius nomine proprio, & periculo suo, & tunc totum filio acquiritur, nec cōmunicari debet cū fratribus Quarto vero casu, quando negociatur nomine cōmuni & cōmuni periculo, tunc pars filij acquisita ex negociatione, censebitur ad ventitium. Sed dict. Roman. dict. suo consilio num. 5. dicit, non recedendum à sententia Bart. in locis supra citatis, & sic videtur consonus cōmuni opinioni relatæ à Viuio, à qua non recedendum per fundamenta Bart. & Paul. Castrens. & cæterorū, quicquid in contrarium sequendo Bal. dixerit Petrus de Vbaldo, in tract. de duobus fratribus, vol. 5. tract. fol. 438. num. 16. in fine, cuius nec Viuius, nec Chassaneus meminere.

3 Quoad secundam conclusionem glossæ, dicentis, quod ex lege ista, filius tenetur prestare operas & seruitia matri, dico contrarium legem istā probare, quia licet sit verū, quod sub appellatione hominis, comprehendatur mulier. l. hominis. ff. de verbo. signifi. glo. in Clem. 1. de electio. & notauit Rebuf. in. l 1. eod titul. de verb. pag. 10. in fi. & quod vulgari nostro, appellatione patrum, comprehenduntur pater & mater, cui vsui standum est, per. l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instru intromētoque leg. l. librorum ff. de leg. 3. §. quod tamen Cassius es cum suis glossellis, & l. si seruus pluriū. §. fi. ff de leg. 3.

4 Prædicta tamen non obstant, quia tūc appellatione hominis cōtinetur mulier, quando materia conuenit mulieri: & appellatione vulgari nostro patrum, continetur mater, quando verba precedentia, & sequentia, id indicant. Primum notauit Rebuf. l. 152. ff. de verbor. signific pagin. 747. in fi. in versi. secundo vitiatur, quando materia nō conuenit mulieri: & quod ista lex loquatur tantum de patre, & non de matre, & in materia non conueniente matri: ostendunt verba istius legis sequentia. *E de mas, es cosa muy sin razon e que parece mal, quando el ome no se sabe seruir de lo suyo e mas de los hijos, que son suyos quitamente, mas que otra cosa para seruirse dellos a su voluntad*: ad quod maxime nota, illa verba. *E mas los hijos que son suyos quitamente*: quæ prærogatiua tantum patribus competit, & non matribus, quæ filios non habent sub potestate. l. fœminę, ff. de curato. furio. dando. & ibi glo. & l. mater. ff. de furtis, vbi inquit Vlpianus, mater filij surrepti, furti actionem non habet,

habet,

habet, pater vero sic, vt probat. l. cũ qui, §. si filius, & ibi glo. in verb palam est. ff. de furtis, & ita datur quędam reiuendicatio, ratione potestatis in filio, licet nõ ratione dominij patri, quæ denegatur matri, vt notauit Angel. Aret. in. §. præiudiciales, nu. 5. pertotum, insti. de actio. Ex quibus confirmatur conclusio Ioan. Fabri in dict. §. interdum, el. 1. nu. 2. inst. de obligatio. quę ex quasi delict. nascuntur, vbi inquit: ideo matri nõ dari, dict. rei uendicationem aduersus filium, quia ei non debet filius operas: notauit Bart. in d. l. mater, & in d. l. eum qui. § si filius nu. 3. duplice quidem ratione: quia mater non habet ius potestatis in filio, nec ei debentur operæ: notauit insuper, dictam reiuendicationem matri non dari, Pinelus de bonis mater, in. 2. par. Rubri. num. 6. eo quod est incapax patrię potestatis, vt habetur in. §. 2. inst. de patria potesta ergo lex ista videtur, quod non loquatur de matre, cum disponit circa illa, quę rompetunt patri, ratione patriæ potestatis, cuius iuris inrapax mater est, per suptadicta.

5 Ad tertiam & vltimam glossæ conclusionem veniendo, dicentem: quod ex lege ista, & ex l. fi. supra titul. 7 ista par. filius tenetur. prestare patri operas industriales, pro cuius veritatis inuestigatione, præmitto differentias esse inter operas obsequiales, reuerẽtiales, & industriales vel artificiales: & multa dicit Cyn. in l. liberti. C. de operis liberto nu. 1. 5. 6. 7. quæ breuitatis gratia omitto, & sequar Bald. in. l. si non sortem §. libertus. ff. de condictio. indebit. dicentem in col. 2. operę obsequiales non sunt æstimabiles, nec continent vtilitatem, vt est assurgere, & salutare caput detegendo Hispanico more: & istę sunt, quę sola reuerentia implentur: & Alex. dict. §. libertus, colu. 1. nu. 1. refert inter obsequiales, dominum alere: aliæ vtiq; obsequiales sunt: quarum damno & sumptu adimplentur, vt associate dominum in exerritum, cũ armis & equis, quę etiam officiales dicuntur. At istę officiales proprie dicuntur, quæ consistunt in reali præstatione, non in personali veneratione, vt arare agrũ, & similia facere, quę in officio iudiciali consistunt, & animo non exercentur, vt arer am fodere, calcem coquere, lapides ferre: aliæ vero sunt operæ fabtiles, vel artificiales, in quibus ingenium augetur, & istę dici possunt industriales. Nam mediante industria perficiuntur, vt in d. §. libertus habetur per Bart. Paul & Alexand.

6 Quibus pręmissis dico, Bal. in authen. ex testamento nu. 8. C. de colla. dicere, quod filius nõ tenetur prestare patri operas industriales, cui subscripsit Signo. de homo Dei cons. 63. & Bertachi in suo repertorio, vol 3. in verb. opera sub nu. 20. per tex. in. l. cũ oporteat. C. de bonis quæ libe. in princip. & . l. penul. ff. de obsequijs parenti, vel patro. præsta. ibi nã pietatem liberi parentibus, non operas debent, quæ verba tam ad emancipatum filium pertinet, quam ad filium qui est in sacris, vt tenset Ioan. Corra. in repiti. l. admonendi. ff. de iure iurand. nu. 22. nisi cum patre moretur, ab eoq; alatur, vt in l. cum oporteat. C. de bonis quæ libe. in illis verbis, vel laboribus suis ad eum peruenient, sibi enim filius proprietatẽ quęrit, patri vsum fructum: text. in. §. igitur ibi ne quod ei, suis laboribus, vel prospera fortuna accessit, hoc in alium præueniens, luctuosum ei procedat, insti. per quas personas nobis acqui. notat Bart. in l. si tibi decẽ. §. si pactus, nu. 4. ff. de pact. & Bald. in dict. l cum oporteat, nu. 11. & idem in auth ex testamento C. de collatio. nu. 8. cui subscripsit Ioan. Corra. in. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. itẽ, numer. 79. & ibidem Cassiaduppus nu. 60. & Bertran. cons. 290. nu. 19. lib. 3. & Pinelus de bonis mater. 1. par. num. 55. vbi inquit, quod si filius nolit à patre alimenta, vel itẽ quęrere honestum vitæ genus nõ potest impediri à patre, qui filij opera non eget: contrarium etenim esset, hominem liberum, seruilis conditionis reddere, cõtra l. 2. ff. si à patre quis fuerit manumissus: nam filio in hoc datur voluntas & libertas, vt dixit Venuleius in. l. fi. ff. de liberis exhiben. quibus suffragatur sententia Bart. in. l. 1. nu. 7. C. de mendi. valid. lib. 11. vbi dicit, quod filio robusto, non operanti, poterit pater negate alimenta.

7 Faciunt etiam contra sententiã istius glossæ, verba huius legis, bene perpensa, ibi *Cõtiene que sepan seruirse dellos*: & alia ibidem. *Otrosi es razon que los padres sepan seruirse, y ayudarse dellos*, quæ verba potius consulr. ua, quam dispositiua videntur,

tur, neque quid nouum disponunt, vt gl. ista vult.

3 Nec obstabit dicere, quod adeò magna est potestas patris in filio familias, quod non solum potest eum de potestate alterius vendicare, sed etiam si apud se filius vagando sit, officio iudicis poterit recupare. l. fi. ff. de libe. exhibeo. & l. 10. ti 17. par. 4. & cũ tatione correctionis, in vinculis detinere. Bar. in. l. ex facto. ff. de hæredi. insti. la magna, cui subscripsit Felin. in cap: cum contingat, nu. 8. de foro comp et. & Petrus Rebuf. in. l. 124. ff. de verb. signific. pag. 990. post medium: Nam respondeo, quod quamuis ista sint vera, filius familias nihilominus ex sua industria sibi acquirit, ex operis suis artificialibus, vel industrialibus, quoad proprietatem, etiam patre inuito, si ab eo alimẽta non recipiat per supradicta. Fallit primo, quando dictis operis, pater indigeret ad suam sustentationẽ, vt obiter notauit Pinel. d. 1. par. num. 55 nam tenetur filius, patrem alere, si operę vtriq; sufficiant. l. si quis à liberis. § si vel parens. ff. de liberis agnos. & cum istud ius inuicẽ, vel mutuo se alendi, inter patrem & filiũ sit naturale. l. 1 § ius naturale. ff. de iustit. & iur. inde deducitur in dictis alimentis præstandis legem respicere artificiũ, seu laborem, non solum patrimonium, vt cõcludit Anton. Lara à Corduba de alimẽtis in. §. sed si filius, num. 124. in fin. Secundo fallit dicta conclusio, quãdo adeò patet indigeret, quod nisi filiũ distrahat, famę peribit, tunc non solum omnes operas, sed seipsum tenetur patris dispositioni submittere, & cui eum vendiderit, per l. 2. C. de patribus qui filios distra. & l. 8. tit. 17. par. 4. & Hippol. qui hanc materiã dilatat in sing. 101.

Et sic mihi videtur quod. l. ista nihil de nouo disponat. imo vt assoleot hæ. ll. consona iuri cõmuni sit.

In. l. 4. tit. 20. par. 2. in gl. 6.

1 Eleemosyna est danda sine distinctione petenti, refertur alia contraria opinio, & assignatur concordia, vt si copiosa eleemosyna sit omnibus detur si secus vere indigentibus.

2 qui dicantur vagabundi, & de eorum pœna.

GLos. 6. in verb. *Que non les diessen limosna.* Lex ista loquitur de mendicãtibus validis, & dicit: quod istis non præstetur eleemosyna: Sed glos. nostra per autoritatem Chrysostomi super Matthe: dicit, quod diuites non desinant eis misere

1 ri. Quam sententiam ego confirmo, autoritate August. dicentis: discite Christiani, sine distinctione exhibere hospitalitatẽ, ne forte cui domũ clauseris, cui humanitatẽ denegaueris, ipse sit Christus. Cui cõsonat Bernar. ne scruteris, ne forte illum prætereas, quẽ Deus elegit, text. in cap. quiescat. 24. distinct. & in cap. si cupis. 16. q. 1. vbi dicitur, quod nõ examinemus, quales sunt eleemosynas postulantes, sed quod sine discriptione, omnibus cum possumus subueniamus. Contrarium videtur decissum in c. non omnes. 5. q. 5. dicens: quod corrigi debent iniustè petentes eleemosynas, non autem eis aliquid dari. & glos. ibi, & alia similis super Matth. inquiunt: iustius feceris, si iniustè petentem corregeris, quã si dederis: ob quod dicit Ioan. de Turrecrem. in cap. 1. 82. distinct. quod talis pauperẽ se fingens, redarguendus est, vt defraudator pauperum, qui bona eorum inuadit: & pro hac parte, facit bonum dictũ Bat. in. l. 1. C. de mendic. valid num. 1. scilicet, quod dare eleemosynam, iniustè petenti, oon sit Deo acceptum.

In qua varietate, talis assignati concordia potest: aut eleemosyna adeò copiosa est, quod totis sufficiet, & tunc omnibus subuenire æquum erit. Aut tanta est moltitudo egentium, quod superet eleemosynæ quantitatem, & tunc ordo charitatis in distributione etit seruandus, vt illos in eleemosyna conferenda præferamus, quos magis ex charitate debemus diligere: vt concludit Ioann. Medina, in codice de eleemosyna, in cap. de his quibus est danda eleemosyna, & quo ordine fol. 157. col. 4. & sic cæteris paribus, melius est dare infirmis, quã validis, & virtuosis quã vitiosis: & sic in suo casu, bene loquitur ista lex, quia isti pauperes validi, mendicãdo, se iofirmos fingunt, vt eleemosynas extorqueant, qui pœna falsi possont puniri, per tex. c. cum ex eo. §.

qui

qui autem de pœniten. & remissio. glos. in c. ex tuarũ, de priuileg. & notat Auen. in suo dictiona. in litera. M. in verb. mẽdicãtes. fol.191. & hodie imposita est pœna, contra istos mendicantes validos, in l.6. titu. 11. lib. 8. Recopil. vt ad triremes per quadriennium mittantur, & l. 11. eod. titul. & lib. declarat istos mendicãtes validos dici vagabundos, & Bart. in. l. 1. C. de tyronibus li 12. dicit, quod ille dicitur vagabundus, qui non habet propriã habitationẽ, de quo Alex. in. l. 4. §. pretor ait. ff. de damno in fecto. nu. 22. & ibi mul ta eius Additionator.

Titulus 21 De los Caualleros.

In.l.1.tit. 21.pa.2.in glo.5.

1 *Munus habendi equum imponitur propter vtilitatem publicam, vt Regnum abundet equis, & equitibus.*

2 *Munus habendi equum de iure communi computatur inter patrimonialia, à quibus nullus quacunque prae ditus dignitate erit immunis, & in quibus de iure Regni nobiles sunt immunes remissiuè.*

3 *Nobiles Hispaniae sunt immunes habendi equos, & faciendi delectum passiuè, nec in hoc comprehenduntur sub generali dispositione legis.*

4 *A munere personali eundi ad bellum sine stipendio eximit nobiles D. Sanchez de Castella.*

Et à solutione quinque morapetinorum liberauit eos dominus Petrus de Lara, nepos de Mudarra Goçales.

Lex praesumit nobiles paratos esse ad bellũ, & esse fideles & sic Rex eos ad bellum inuitat non compellit.

5 *Authoris enarratur vera progenies.*

6 *Defenditur sententia dicentis in pro pignore capto pro pecho danda citatio tantum.*

7 *Quãdoq; aliquod ius est quod nõ est equum, & iustum, & inducitur rigor contra naturalem equitatem.*

8 *Dari debent literae prouisionales citatoriae pro pignore capto, ratione non habendi equum, vel eo quod ad delectum exire noluit qui nobiles dicitur.*

9 *Pro honore permissa est defensio de iure, & de facto.*

Priuilegia concessa nobilibus sunt de iure ciuili, & sic per idem possunt tolli.

Nobilitas nõ computatur inter bona naturae, sed fortunae.

10 *Expenditur conclusio glossae dicentis ius est, quod non sit bonum, & equum, & quando rigor praeferatur equitati.*

11 *Si rigor est scriptus non potest iudici arbitrium, sed ius necessarium secundum quosdam.*

12 *In arbitrarijs, siue causis, siue actionibus versatur officium iudicis aliquando nobile, aliquando merum nobile, aliquando mercenarium irregulare.*

Officium iudicis peculiare habet, vt in arbitrarijs eligat equitatem, quãuis rigor sit scriptus.

GLo. 5. in verb. *Mas benradamente.* Agit de iustificanda pragmatica prohibente, mularũ vsum ad equitandum, quae 1 iam diu abrogata fuit: & ratio est propter

pter publicam vtilitatem, quæ in habendis equis sequitur, maximè imminente bellorum necessitate: quo casu, munus tenendi equos, imponitur, vt in.l. munerũ §. patrimoniorum. ff de muneri. & honori, hactenus. glos. cuius occasione, intendo deuenire ad expeditionem. l. 10. & vndecimæ, tit.1.lib.6 recopilatio iubentium, vt homines æstimum mille ducarorum habentes, equos habeant, & alant, bello aptos. Quarum ratio, & mẽs est, quod regnum abundet equis, & equitibus, vt constat ex.l 12. &.13. eo. lib. & titul. recopilatio. quia multum reipublicæ interest, habere magnã copiam equitum, & equorũ. Nec huic assertioni obstat, quod dominus per Moisem dixit, populo suo, videlicet. Quòd quando Rex electus fuerit, non multiplicauit equos. c.17. Deuteronomio. Nam respondeo, quod ibi nomine equorum, assumitur pro vsu necessario totius familiæ, & impedimentorum omnium, quæ ad regimẽ obstant, secundum Poli. lib.4.c.4. quem refert Lucas de Pena. in. l. non videtur. C. de muneri. patrimonio. lib 10.

2 Et quia expendere intendo, qui ad ista munera teneantur, & qui non, tam de iure communi, quam de iure regni, præmitto tanquam necessarium, an ista munera tenendi equos domi, sint personalia, vel patrimonialia. Et dico, de iure communi inter munera patrimonialia numerari, per Archadium in.d.l. munerum. §. patrimoniorum, vbi habere equos agminales, qui apti ad vehendum sunt, & veredos qui sunt celerrimi cursus, & alia multa genera equorum, quæ recensuit Lucas de Pena in.d.l. non videtur, & etiam habere alia animalia militaria, de quibus loquitur. l. 2. C. de pascuis publi. lib.10. & in. l. iuuemus. C. proxi. sacro. scrini. eo lib. ponuntur inter munera patrimonialia. A quibus non sunt immunes veterani, aut alij milites, neq; qui priuilegio aliquo subnixus est, nec Pontifex. Vt habetur in.d.§ patrimoniorum vbi Bart. num. 3. dicit, quod nec nobilis excusatur, nec clerici. l iuuemus. C. de sacrosant. ecclesijs, & in. l. neminem in. l. refectiones eodem titul. & munus istud, mere patrimoniale dicitur, quod est impositum possessionibus, vt etiam est munire viam ante domum. l. ædiles. ff. de via publi. hospitesq; recipere in domibus. Ideoq; hoc onus imponitur etiam forensi habenti domum, & clericis. l. de his. C. de episc. & cleri nisi aliquæ essent specialiter eis remissa, per. l 1. C. eo. titu. & notat Bart in. l. rescripto §. sciẽdum. ff. de muneri & honori. num 3. & ita Tiraque. de nobilit. c.20. num.159. concludẽs dicit, quod nobiles sanguine, non sunt immunes à muneribus realibus vel personalibus, cum aliquibus limitationibus. Et quid in periculo eminenti, remisit se ad Ias. Alexand. Fran. de Arecio. in. l. si ex toto. ff de leg. 1 tamen vnũ in hac matria noto, quod nobiles excusantur, à sordidis muneribus, inter quæ, non numerantur instructiones viæ publicæ, & pontium, strarumq; opera, de quibus loquitur. l absit. C. de priuileg. domus Agustæ, at quia qualiter, ad dicta munera realia, vel personalia, homines teneantur, multa dicit Auenda. in. 2. par. c.14. num.12. cum sequenti. de exequen. manda, super sedeam istis. Et solum agã de isto munere habendi equos, de quo loquitur. l.10. &.11. &.12 in d. ti 1 lib.6. recopila. quod ex supradictis, inter munera patrimonialia, connumerari forsan poterit.

3 Et sic infero, omnes teneri ad subeundum dictum munus, habẽdi equos aptos ad bellum, & ad se cum armis ostendendum in delectu, qui æstimum habent mille ducatorum aureorum. Et hoc etiam nobis suadere videtur, d.l 11. in illis verbis, *Mandamos a todos los vezinos*, &c. quæ verba multum generalia sunt, & nihil excludunt. & ideò per supra dicta posse asserere apparet, etiam nobiles ad hoc munus teneri.

Quibus non obstantibus, verius est, nobiles in ista prouintia Betica. vbi de isto munere agitur, nõ teneri ad istos equos alendos, neque ad ostentionem in delectu. Quia quanuis d. l. 11. generaliter loquitur, nihilominus recipit restrictionem, de qualitate personæ. l. si quando, C. de in officio. testam. neque comprehenduntur in istis dispositionibus, quantumuis generalibus. l. de curionibus. C. de silentia. lib. 12. in illis verbis, non præiudicatura, quacunq; generalitate pragmaticę, & ibi, glo. in verbo pragmatica, vbi dicit. Etiam si generale statutũ fiat non comprehenduntur in iure priuilegiati, quam dicit vnicam Ias. in. l. sicut. C. de

C.de testa. & Felin.in.c.r. col.7. de rescrip.& Paulus de monte Pico. in repetitio.l.in quartam,num.104 ff.ad legem falci. Oroci.in.l. quod principi,num.33. de constitu.& nobiles quam priuilegiati sint,tam de iure communi, quam de iure regni,videri potest per Tiraquel in tract. de nobilita.& Otalo. eo. tracta. & sic constat nõ teneri ex dispositione.d.l. 31.& aliarum in d.titu.1 lib.6. contentarum. Maxime cum nobiles Hispani,sint liberi & immunes regulariter,à muneribus realibus & personalibus, & mixtis, quæ ratione rei imponuntur personæ quale istud est de quo egimus. Sunt etenim censendi vti Itali,qui immunes erãt ab omnibus muneribus,at in l.1.ff.de cẽsi.ex .l.fin.eo.titul. notauit Otalora de nobilit.2.pa.c.1.in principio.fol 25. nu. 4 qui exemplificat. *En salir a los alardes, y velas y rondas, y ir personalmente a las guerras* Notauitq; Bal.in.l.1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferum. Idemq; Otalora.d.2. pa.c.6. num.5. fol.
4 77.inquit. Exemptos fuisse: *De estos servicios personales, de ir a la guerra* sine stipẽdio, *como solian desde el tiempo de don Sancho de Castilla, nieto del conde Fernan Gonçalez.* Et postea. *En el tiempo del rey don Alonso, que perdio la batalla de Alarcos, que es Ciudad Real: el conde don Nuño de Lara, hijo de don Pedro de Lara que fue visnieto de Mudarra Gonçalez, libro a los hijos dalgo del pecho de los cinco maravedis.* Qui nobiles sunt exempti,iure sanguinis, consuetudine, & priuilegio. Cui conclusioni suffragatur Tiraquel.d c.20.num.161. vbi omnes conclusiones suas limitat, & reducit ad consuetudinem tribuendi, vel non tribuendi,quam dicit esse seruandam,vt testatur Iacob.de Santo Georgio.in.l.1.in §.pro secundo. C. de caducis tollen. & Guido Papa decisio.384 &.387 quę immunitas, equos non habendi, neque ad delectum exeundi, vltra alias rationes vna assignari potest, videlicet quod lex præsumit nobiles paratos esse ad bellũ, & Regi suo seruiendum, *por la gran lealtad que Dios en ellos puso,* vt dixit.l 2.titu. 2 lib.6.recopila,& quia semel fidelis & bonus semper talis præsumitur, l. non omnis. §.à Barbaris. ff. de re milita. l. si cui.§.eidem. ff. de accusatio,glos. in.c. scribam de præsumptio.glo.in.§ cumq; in proœmi. insti. & ob hoc nobiles, per Regem ad bella solum inuitantur,nõ vero compelluntur, nec inuocatione aliqua, pœnæ cõminatio fit, vt notauit Otalora.2.pa.c 6.d.tract.ex quibus omnibus concludo, istud munus equos habendi & alendi, aptos ad bellum, & ad delectum, se cũ armis & equo ostendendi, non esse mere patrimoniale, sed mixto, tũ quia ratione rei, imponitur personæ. Similiterq; nobiles Hispani ad dictum munus non teneri.

5 Vt nobis exemplum est, lis mota de hac re olim, inter nobiles & plebeios Cordubenses, qui quanuis nobilitati nulli cedant, haud iniuria, tamẽ dicti plebei asserebant, eos etiam teneri ad dictum munus, equos alendi & delectũ faciendi. Et tandẽ diplomate, catholicorum regũ Ferdinandum & Elysabet, iustum fuit quod dicti nobiles non tenerẽtur ad dictum munus, & postea idem prouisum fuit, per inuictum Regem ac Imperatorem nostrum Carolum quintum. Quod mihi innotuit, dum agerem cum procuratore fiscali, ac concilio cuiusdam villę & alijs viris maleuolis, & iniquis, in Granatensi prętorio, de claris natalibus meorum progenitorum, qui per tempus non modicum, Curdubæ demorati fuerunt. Oriundi tamen à per quam clara & nobilissima Domo de Humada, quæ sita est in Valle de Humada, quorum vnus fuit, Didacus Gil de Humada, qui creatus fuit Miles de la Vãda, à Rege Alfonso vndecimo anno Domini millesimo trecentesimo primo: & .22. Regiminis sui, vt per chronicam eiusdem Regis constat, in.c. 105.fol.60.qui Didacus Gil de Humada, fuit filius primogenitus de Gil Ruiz de Humada, dominus dictę Domus de Humada, septimus mihi assendens.

6 Et quanuis conclusio sup.dicta, sit plana, quod nobiles non teneantur ad dictũ munus, & alia seruitia personalia, quæro si ad ea subeunda cogãtur, per iudices ordinarios, & ipsis nobilibus renuentibus, pœnæ.d.l 11 tit.2.lib.6.recopila, imponantur, executioniq; mandentur, pignora capiendo ac distrahendo, carceribusq; eos emancipando, an quæri poterint coram iudicibus nobilium, qui *Alcaldes de hijos dalgo,* vocantur, ita quod prædicti nobiles, ex illa vi, & expoliatione, vel pignore capto, possint commune illius loci citare: & cũ eo & procuratore fiscali,

litem

litem suę nobilitatis tractare. Et videtur dicendum, quod nō habeatur pro pignore sufficiente, ad agendam causam nobilitatis, vt dispositum extat in.l.8.titu.11.libr.2.recopila. cuius verba sunt. *Por ende mandamos que de aqui adelante, los dichos alcaldes, no den ni libren cartas de emplaçamiento ni escriuano alguno se las de a librar contra ningun concejo sobre causa de hidalguia sobre possession, ni sobre propiedad, saluo si le huuiere ya prendado el concejo, por pechero al que se dize hijo dalgo Y que assi lo declaren enlas cartas de emplaçamiento. Y si de otra guisa se dieren, que no valan, ni los concejos sean obligados a seguir los dichos emplaçamientos que con ellas les fueren fechos* Et sic prout litera sonat, vidi practicari in cancellaria Regni, per huius legis dispositionem, quæ duo essentialiter, ad inchoandam hanc litem requirit, videlicet quod pignus capiatur, à concilio villæ, vel ciuitatis, & pro pechero. Quæ duo requisita cessant, in pignore capto pro dictis muneribus, vel seruitijs personalibus, *de salir a los alardes a pie o a cauallo*, cum pignus capiatur à iudice & non propecho. Facit pro hac sentētia, quod quanuis lex ista.8. dura videatur, eo quod non datur aditus nobilibus, pro dictis grauaminibus eis illatis, circa seruitia personalia, vel mixta litigandi, & ius suum in iudicium deducendi, coram iudicibus nobilium, responderi potest, quod licet lex dura sit, ita scripta sit, l.prospexit. ff. qui & à quibus, & quod quandoq; est aliquod ius, quod non est æquum nec iustum, secundum glo.in.c.
7 ius generale.1. distin. vti si vxor alicuius adulteretur, & eam vir postea cognouerit, scienter vel ignoranter, promoueri non poterit ad sacros ordines, c.si cuius. 34.distin.& notat Archi.in d.c.ius generale & sic videtur, quod sine culpa, iste punitur, contra tex.in.l.sancimus. C.de pœnis, & in.c.inuentū 16.q.7. nā æquū & iustū est, vt nemo cū alterius iactura locupletetur, l.nā hoc naturæ. ff.de cōditio. indebi. & tamen contra illam æquitatem inducta est vsucapio, siue pręscriptio. Ex quibus glos.in dict.cap.ius generale concludit: quod aliquando ex causa, & pro bono pacis, & publico, inducitur rigor, contra naturalem æquitatem. Imò quod magis est, sine ratione inducitur rigor, contra æquitatem, & hoc solum pro ratione sufficit, quod ita scriptum est, vt in d.l prospexit. Pręedicta tamen glossæ conclusio dicentis, aliquod ius esse, quod non sit bonū & æquum. Cardi. de Turrecrema. ibi, nu.1. eam de iure canonico impugnat: quia omne ius canonicū, cum vel à sede apostolica, vel sacris cōcilijs emanauerit, iustū & æquū est. De cuius veritate infra dicemus.

8 Prædictis fundamentis non obstantibus, contrariam sententiam veriorem cēseo, in pūcto iuris, eo quod illa duo requisita essentialia, posita in d.l. 8. scilicet, vt à consilio, pignus capiatur, y *por pechero*, non ita stricte intelligenda sunt, vt eandem dispositionem neget, in æquipollētibus, & similibus casibus: cum nō refert, quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. ff.ad Trebellia.in principio.l.si mater, & ibi glos.quæ ponit concordantias. C.de insti. & substi. l. Gallus.§ & quid si tantum.ff.de liber.& posthu.c.in his de verbor.signif.& ita cum solemnitas requisita, in casu nostro non deficit, & est eadem æquitas, & omnimoda similitudo, casus omissus habetur pro expresso, d.l. si mater. Notat Euerar.in loco.55 fo.185. in littera.B.& sic sufficiet nobili.ad agēdum de sua nobilitate, si pignus capiatur per iudicem loci, qui caput est vniuersitatis, sine cuius authoritate & consensu, commune hac in re quasi nihil potest, itidemq; sufficiet, si pignus capiatur, pro quocūq; seruitio reali, vel personali, nobili imponēdo, tanquam pechero, à quocumq; iudice, vicemregis getente.

Itē pro hac parte facit, quod apud nos, illud verbū, pechero amplā habet significationem, sumitur pro illo qui nobilis nō est, & pro illo cui onera & munera imponūtur, non solita imponi nobilibus, & de istis d.l.8.intēdit dicere, nō autē tantū se restringere, ad solū pignus captū, pro soluēdis collectis, aut tributis, quę ratione rerū imponūtur, vt in l.1.C.de cēsibus, & cēsitori li.11.vel ratione capitis, vt in.l.si.ff. de censibus, de quo tributo loquitur.l.10. ti 2.li.6. recop.& nūcupatur apud nos, *moneda forera*. Et de alijs disponit.l.14.tit. 14.lib.6.recopi. & sic per dictos iudices nobiliū, citatoriæ literę prouisionales dari debēt, ex quocūq; pignore capto, ratione cuiuscūq, seruitij personalis, vel grauaminis nō soliti, nobilibus imponi, sed solū plebeis, quia nobilitatē lędit, & sic causa tractāda corā iudicibus nobilium,

quos

quos nos *alcaldes de hijos dalgo* appellam9. Cui conclusioni suffragatur alia ratio, quia quando de ambigua voce legis agimus, ea potius est accipiēda significatio, quæ vitio caret, idest, quæ magis ęquitati, & iuri naturę conuenit. l. in ambigua voce, ff. de legib. & ibi Ioan. Corra. num. 5. sed si prout plurimi volunt, d. l. 8. esset intelligenda, solum de pignore capto, pro pecho, stricte intelligendo, darentur multi casus, in quibus nobiles essent grauati, & à sua possessione, vel quasi expoliati, & remanerent indefensi, ex defectu iudicū cum apud iudices nobilium, causæ sanguinis tractandę sunt, per totum titul. 11. lib. 2. Recopil. & hoc fieri prohibetur, secundum eos, *sino fuere prendado por pechero*, Et sic sequæretur absurditas, repugnans æquitati naturali, vt offensi & grauati nobiles, circa ista munera personalia, &
9 alia quę strictè non vocatur pechos remanerent sine defensione competente, quę etiam aliquando, permissa est de facto, pro conseruando honore, vt notant Paul. Ias. & alij DD. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure, & Canonistę in c. cum olim, de restitu. spoliat. Nec obstabit si dicatur, quod ista defensio nobilitatis, est de iure ciuili, cum per dictum ius, dicta priuilegia sint concessa. vt constat ex titul. ff. de senatori & ex. l. 1. C. de digni. li. 10. & in l. 1 & fi. ff. de censi. & ex. l. 2. & per totum ti. 2. li. 6. Recop. & in l. 3. infra tit. isto, & quod sic potuit d. l. 8. tollere dict. defensionem, in alijs seruitijs personalibus, & oneribus, præter illum casum, videlicet, quando pignus capitur, *Por pecho de pechero*, strictè sumpto vocabulo, vt in simili dixit Philip. Decius in c. pastoralis, col. 7. in fi de appel: quod ideo princeps potest tollere defensionem appellationis, quia est de iure ciuili, quę fuit sententia Ioan. de Imo. in. l. 1. §. fi. ff. qui & à quibus appella. non licet, & eos sequitur Feli. in rubr. de appellat. col. 3. in fi. & in cap. 1. de rescript. quos citat Maran. de ordi. iudiclo. par. 6. artic. 2. de appellatio. num. 329. Idq; magis probatur, opinione quorundam dicentium, nobilitatem nō computari, inter bona naturę, sed fortunæ, quos citat & sequitur Tiraq. de nobilit. c. 6. n. 4. Quibus respōdeo vnico verbo. s. aliā esse mētem d. l. 8. vt constat ex verbis eiusdem legis, ibi. *Y otrosi, porque nos es fecha relacion, &c.* Vbi obuiare intēdit, quibusdam nobilibus, qui pignore nondum capto, literas citatorias impetrabāt, contra cōmune: ideo iubet, vt literæ citatoriæ minime dentur. *Saluo si le vuiere ya prendado el concejo por pechero*, que verba verificantur in quolibet pignore capto, pro seruitijs personalibus, vel mixtis, peculiaribus plebeiorū, vt manet probatū, & sic in casu de quo loquimur, testimoniū ostēdere pignoris capti, pro cohertione equum habendi, & alendi, sufficiet ad incoandā litem, super nobilitatē: & sic hodie in Granatensis prætorio practicatur.

10 Et ad aliud fundamentum partis contrariæ, de glo. in cap. ius generale, dicente, quod est ius, quod non sit bonum, & equum, quia aliquando inducitur rigor, contra naturalem equitatem, & aliquando sine ratione: vltra id quod Cardi. de Turrecrem. ibi dicit de iure canonico, reprobando glos. qui non plene ad omnia respondet, & vltra distinctiones Archid. ibi, qui quamuis accute distinguit: intricate tamē, referam quę Aegid. de Bella. vbi inquit, nu. 11. concludens quod si ratio naturalis, in qua est fundata ęquitas, sit conuincens, tunc rigor ei contrarius, iuris autoritatē habere non potest: quia tunc rigor, non potest dici rationabilis, cap. quæ contra mores, distin. 8. & in c. cum frustra, & in cap. cum tanto, de consuetud. & in cap. fi. de præs. Sed si talis ratio, non sit conuincens, tunc si rigor habeat pro se aliquam causam, siue rationē, licet non conuincentē, valere potest, alias non, vt in. l. 2. ff. de const. & in dict. cap. cum tanto: quod intelligit, etiam si ęquitas contraria, fortiorem habeat rationem, propter autoritatem superioris, rigorem per suam constitutionem inducētis, quia tūc rigor scriptus vincit ęquitatem, vt dict. l. prospexit. Sed nihilominus supradicta distinctio, habet difficultatem non modicam, in meciendo quæ dicatur ratio conuincens: ideo addam Ias. in. l. placuit. C. de iudi. constituētem regulam talem. Aequitas rigori præfertur, quam limitat quatuor modis. Primo quando æquitas nō est scripta rigor sic, vt in dict. l. prospexit. Secundo quando æquitas esset scripta in genere, vt quod nemo locupletetur cū iactura aliena: rigor vero sit scriptus in specie, vt in vsucapionibus & pręscriptionibus. Tertio quando rigor est scriptus in lege posteriori.

sicri. Quarto limitat in arbitrarijs, in quibus iudex potest sequi rigorem scriptum, & non sequi, prout ei libuerit. Et obiter huius quartę limitationis veritatem inquiram.
11 Nã prima ratæ obstare videtur, quod si rigor scriptus est, dici nõ potest iam arbitriũ, sed ius necessarium, secundũ Bal.in.l.quicunq; nu.17.in fio. C.de seruis fugiti. & Ioan de Ana. in.c. iudæi de iudæis, & Feli.in.c.inter cæteras, nu.11.de rescript. Decius cons. 60. nu.18. Ripa in.l.si constante.nu.31.ff.solut matri.dicentes: io determinatis à iure vel consuetudine, non dicitur arbitrarium, sed necessarium: idq; sequitur Neuizan.in Sylua. nuptia.n.74.lib.5.& Ioã. Corrasi.lib 4.miscella.iuris.c.12.num.6. inquit, arbitrium illud significatissime dici, quod lege non est difinitum, & sic pœna non dicitur arbitraria, quę consuetudine inducta est, secundũ Tiraq.de pœnis tẽpera.in pręfactio.n.4 & Menoch. in arbitrarijs, q.14.n.4.cum sequenti.

12 Prędictis vero non obstantibus, vera est sententia Iasso. testante prius candẽ Ant.de Butrio in.c.r.de cõsti.n. 16. quia in istis arbitrarijs, siue causis, siue actionibus, versatur officium iudicis, aliquando nobile, aliquando merum nobile, aliquando mercenarium irregulare, quod non deseruit actioni propositæ, secundũ naturam ipsius, sed accidentaliter eueniens, propter aliquod accidẽs extrinsecus, supra naturam actionis, cui deseruit, secundum Angel.in §.præterea. inst.de actioni. n.3. quæ officia exercẽtur in danda restitutione in integrũ, & io litibus ordinandis, & in inducijs dandis, & in dispensationibus concedendis, & in pœnis ordinarijs vel extraordinarijs temperandis, & in actionibus numeratis, in. d. §. præterea, vt notauit Anto.de Butt.in.d. c.1.de cõsti. ob quod cum dictum officiũ iudicis semper amplectitur æquitatem, istud peculiare habet, vt in dictis arbitrarijs, eligere possit ęquitatem, quãuis rigor sit scriptus.

At vnde exiui reuertendo dico, quod quãuis melius intellecta manet materia glossę in.d.c.ius generale, & alia quę ibi Doctores dicunt ex dicta regula, & quatuor fallẽtijs, positis per Iasso.in.d.l placuit. Nihilominus duę fallentiæ priores, suffragantur cõclusioni dicentium, nobiles oõ esse admittendos, ad inchoandam litem, coram iudicibus nobilium, nisi ratione pignoris capti, *por pecho de pechero*, io quantũ probant dictæ fallentiæ, quod rigor scriptus præfertur æquitati nõ scriptæ, & quod est in specie scriptus rigor. Quibus argumentis respondeo, aliã esse mentem.d.l.8.tit.11.lib.2.recop. vt supra ostẽdimus, & praxis cõmunis ostendit.

1 Militia non est dignitas cum limitationibus, & sublimitationibus.

2 Qualiter procedat sententia dicẽtium de iure Regni militiam esse dignitatem.

1 GLo.6.in verb *Son más honrados*. dicit, militiam de per se non esse dignitatem, cui addo text. melius probantẽ in.l.si.in verb.non militia, sed dignitas C.qui milita.possunt, & in.l.si quis in cõscribendo.C.de pactis.quæ cõclusio cõmuniter approbatur, secundũ Alexan.in.l.centurio. ff de vulga. & pupilla.substi.nu.18. & ibi Frao.de Ripa.n.10. & Tiraq.de nobilit.c.8.nu.8. & 9. & Bernar.Diaz reg. 463 & Ioan. Garcia, reg. 135. eademque limitatur, secundum Iasso.in.d.l.si quis in conscribendo tripliciter nu 4.

Primo limitatur in militibus Romanis, testante Bart. in.l.1.C.de dignita.lib.12. numer.83. & Paul.de Castr. cons 228.& Alexand.in.l.1.§. fin.ff. de milita. testa. quæ limitatio sublimitaoda, est ad milites Romanos militantes, sub Tribuno militum. Et in istis etiam sublimitatur, ad eos qui cæteris pręssunt, quia isti censentur habere dignitatem, per text.in.l. præclaram. C. de primicerijs, quam sic intelligit.d.Tiraquel.in tract. de oobilitat.c.8.nu. 9.

Secundo limitatur in magistro militũ. Tertio si militia iungatur alteri dignitati. Quarto fallit si præposituram habet, vt est in capitaneis equestribus, vel pedestribus, secundum Matth. de Afflict. in constit. Sicilię, incipienti constitutione præsenti.

2 Quarto fallit de iure Regio, vt testatur Dida.Perez in.l.7. tit.1. li.4. ordin. col. 1355.per text.ibi dicens. Militiã esse dignitatẽ, per verba.d.l 7.quę hodie est.l.5. tit.1.lib.6.recopil.ibi. *Y sea tal que nos entẽdamos que lo merece, y que cabe en el la orden*

 y dig-

y dignidad de caualleria, quem sequitur Salze.in additio.ad.d reg.463. Bernard. Diaz, quos ego deceptos fuisse minime ausim asserere, qa licet alia esse videatur milicia, de qua ius cōmune loquitur, alia de qua disponit.d.l.7.ordinam.eo quod ius cōmune Romanorū loquitur, de militibus armatæ militiæ, qui castris vel præsidijs degunt.d.autē.l.7.quæ.l.5. est d.tit.1.lib.6.recopil. de militibus auratæ militiæ, quos nos equites auratos appellamus, qui vere dici milites non possunt, vt notat Ioan.Gracia.reg.135. & ostēdit Tiraq.de nobilit.c.8.n.13.dicens: ij quos Francorū lingua Châualiers appellamus & si quam primū dignitatem assequuti sunt, & nobiles fiat tamen milites nō dicuntur, sed qui rectè locuti sunt eos vocant equites auratos, de quibus dixit Lācelotus Polit.in tractu substitu.in cōpendio.substi.n.12.& 13. quod neq; vmbram militis tenent, nec lanceam, nec festucā rūpunt veros milites censet, qui cincti & astricti iuramento reipublicæ Romanę seruiebant, neq; in Italia alios reperit quam Rodios milites, vel Maltenses cæteros milites auratos vocat, quos Petrus de Antibol.in tract.de munerib. vol.11. tract. §.4.n.7. appellat vanos & milites non veros etiam si ante altare in ecclesia solennitas seruetur, & obsculetur in maxilla, & percuciatur & ensis singatur ei, & calcaria sibi calcientur, vt ibi per eundem num 17.de qua solennitate habetur infra isto tit l.14.

Tamen istis non obstantibus per iuris fictionem dicti equites aurati dicuntur. Milites & obtinent dignitatē eamq; habent, ac si vere milites essent, & milicia esset iuncta alicui dignitati, maximè Hispaniæ vbi dignitate ista non decorātur, nisi viri nobiles ex vtroq; parente sint, & ista milicia indubitabiliter dicitur dignitas. ¶ Et in ea procedit dicta sententia Dida.Perez & Salze.locis citatis: in militia vero quę hodie versatur circa milites stipendiarios procedit cōmunis cōclusio, cum suis limitationibus: idemq; erit dicendū de iure Partitarū, eo quod in hoc sunt consonę. d.ll.iuri cōmuni & quia non ita digni hodie reputantur dicti milites stipendiarij sicut olim. Sexto limitatur ratione statuti, quia licet militia non sit dignitas tamen per statutum haberi potest pro dignitate & nobilitate, vt notat Bar.in.l 1.C.de dignita.li.12. n.83.de differētijs militū, & eorū immunitare dico infra isto tit.in.l.23.in glo.1.

In.l.2. tit. 21.pa.2.in glo. 8.

1 *De etymologia huius verbi, hijo dalgo, agimus.*

2 *Nobilitas simpliciter loquēdo perditur per infamiam & vilia officia, non autē illa quę excusat à prestatione tributorum.*

GLo.8.in verb.*Que muestre tanto*, deuiare
vult ab etymologia quam lex ista po
1 nit in illis verbis. *E porque estos fueron escogidos de buenos lugares, e con algo, que quiere tāto dezir en lenguaje de España, como bien: por esso los llamaron hijos dalgo, que muestra tanto como hijos de bien.* Et dicit quod dicatur ab Italico, quia Italici erant immunes â tributis, vt habetur in.l.1. & in.l.fi. ff.de censibus, quam prius certa curiositate inuestigauit Otalo.de nobilit. 2.pa. c.3.à nu.2.cum seqq. & hanc Etymologiam tanquā veram defendit dn̄s Franc. Sarmi.lib 1.selecta.c.15.n.1.quibus ego minime assentio, eo quod hoc nomen (*hijo dalgo*) vulgari nostro sermone, aliā intrinsicam qualitatem, maioris splendoris habet, quā ius Italicū continet. Nam non qui ius Italicū habent, nec ipsi ciues Romani nobiles erant, sed ij tantum, qui suorū maiorū imagines, aut schema, habebant: quod nō omnibus concessū erat, vt tradit Sigonius. de antiquitate iuris ciuilis.Roma.li.1.c 20. & latius habetur per Tiraq.de nobilit.c.2 n.40.fol.7. & melius in.c.6.n.13 &.14.est enim ius Italicū inquit dn̄s Ep̄s Mentisensis vbi sup. n.1.in fi. nō simpliciter nobilitas, sed ius
2 certū & constitutū, quod ad tributa maxime pertinet, & iure certo cōscribitur, quæ cōcl. nihil obstat per sup.d. & quia etiā literis T.& C.mutatis in D.& G.adhuc superflunt I.& H.& tādē cū legē istā habeamus etymologiā describētē nō est φ per mendicata suffragia ambulemus.

In.l.3.tit.21.par.2,in gloss.2.

1 *An mulier nobilis quæ plebeio nupsit, ōnino perdat priuilegia nobilitatis.*

2 *Nobiles ob infamam, non perdunt*

dĩgit omnino priuilegio nobilium.

An nobiles viliter viuentes, perdãt priuilegia nobilitatis.

1 Glo.2 in verb. *O la hija dalgo, con el villano*, in præsenti se offert vna bona quęstio: an mulier nobilis quæ plebeio nupsit, expoliabitur omnino priuilegijs cõpetẽtibus nobilibus. & videtur dicendũ quod non. Nã quamuis per vitæ turpitudinẽ, ac infamiã, perdatur nobilitas, per tex. in l. fĩ quib. ibi, honestę, nobilesq; personæ decore priuentur. C. de secũ. nupt. & secundũ Bal ibi, nulla potest esse nobilitas sine honestate. l. senatoris filia, & ibi Bald. ff. de ritu nupt. l. 2. & l. iudices. C. de digni. li. 12 & c. 1. de purga. cano. Bart. in l. 1 & ibi Ioã. de Platea. C. de digni. li. 12. Bal in l. cũ antiquioribus C. de iure. deliberan. in princ. q. 8 vbi inquit, mulierẽ quæ in suũ corpus peccat, perdere nobilitatẽ.

Quæ conclusio procedit, cum quodam temperamento, videlicet, vt dictæ mulieres nobiles viro ignobili nubentes, non penitus priuilegijs nobiliũ exuantur: nã post scelera cõmissa, & infamiã contractã, adhuc vocantur nobiles: vt habetur in Cle. grauis de sent. excõm. vbi notarũt Florẽ & Tiraq. de nobil. t. c. 24. nu 5. vbi inquit, nobiles ob infamiã non omnino perdere priuilegia nobiliũ. & sic secũdum supradicta mulier quæ plebeio nupsit, nõ spoliabitur penitus dictis priuilegijs, sed illis tantũ, quæ ei prodesse poterãt, vel vti solummodo. ne de seruitijs pecuniarijs nõ præstandis: minime tamen cæteris priuabitur, quorũ priuatio mulieris personã nocere poterit. ex doct. Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 12 & in l. vnica. C. de infam. dicente, quod si ex dispositione legis, vel statuti, aliquis perdat nobilitatẽ, intelligitur illã perdere, quoad suũ cõmodum, nõ quoad suũ damnũ & vituperiũ. de quo per Feli. in c. dilectus; el. 2. de rescrip. & Bal in l. cũ quædã puel ff de iuri. om. iud relatim per Chassa. in cõsuetud Burgũ. Rub. 9 § 7. nu. 4. fol. 96. dicentẽ, mulier nobilis nubendo ignobili, nõ ex toto perdit nobilitatẽ: hoc etiam probare, videtur ista lex 3. in illis verbis. *Esto es quando el menguasse en lo que os otros acrecentaren casando con villana o la hija dalgo con el villano* in quantum dixit. *Esto es quando el menguasse*, vbi dat intelligere quod minuit nobilitatem, sed non amittit omnino. & ambos istos casus ęquiparat, quo ad hoc, vt in eis minuatur nobilitas. Facit etiã pro hac parte, q; Palac Rub. in Repet. rub. c. per vestras § 2. n. 9 dicit quod nobilitas vxoris, viro ignobili nubentis, obumbratur, & non dixit extinguitur: quẽ sequitur Otalo. de nobilitate, pa 5. c. 7 n. 3. Itẽ facit pro ista parte, sententia eiusdẽ Otalo. d. tract. 2. par c. 3. n. 7 & in p 4. c. 6. n. 2. dicentis peculiare esse nostræ Hispanię, vt nobiles 3 viliter viuentes, & vilibus officijs, & exercitijs vtentes, nõ amittant nobilitatem, quãuis vt constat ex dictis officijs vilibus, magna infamia irrogatur quibus suffragatur, quod etsi nobilis, ex aliquibus causis amittat priuilegia nobilitatis, non ex eo extinguitur nobilitas, vt notauit Tiraq. d. tract. de nobilit. c. 14. n. 5. & ita nihilominus punietur mitius quã plebeius, vt latius per eundẽ concluditur eo. tract. cap. 20 numer. 104. ex quibus infertur intellectus ad l. 2 tit. de los homicidios lib 8. recop. dis̃ cernẽtis, quod pro homicidio facto proditorie, vel percussio vulnere, pœna mortis quis punitur, vt tunc nobilis mitius puniatur quãuis ob proditionẽ nobilitatem amittit & etiã infertur intellectus ad l. 1. tit. 18 lib. 8 recop vt si nobilis pro proditione puniatur nõ fiat pœna ignominiosa. Ac opportunũ nostrę quæstioni principali multa quę in hunc sensum adducit Ilionar ze. in l. 9. tit 11 lib. 2. recop. n 7. & habemus Il partitarũ hęc probantes quas ipse nõ citat, quarũ vna est, l. 24 1. fra illo tit. dicẽns, quod quauis pro fellonia vel proditione facta contr. Regẽ nobilis sit morte puniendus, tandem non ignominiose & ita ait. *E aun dezimos que maguer le fuesse probada que non le deuen dar abiltadamente, asi como arrastrandole o enforcandole, o estorpandole, mas han le de descabeçar* &c. & l. 2. tit 28 illa 2. par ib. *Esto touieron entre si por tan estraña cosa que pusieron en luego que los cogiessen en mano que les cortassen las cabeças si fuessen hijos dalgo*, quãuis Bal. in c. cum quidã de iureiur. dixit quod sunt pro delicto proditionis altioribus furcis suspendẽdi nobiles. Prædicta conclusio principalis limitatur in nobilibus reis criminis læsę maiestatis diuinæ, vt notat Simian. de cathol. insti. & etiam quoad honores ad quos ipsi, & eorum filij & nepotes

 tes

tes efficiuntur inhabiles, notat Otalo. de nobilitat 2.par.3 prin.c.7.nu.17.

Limitatur secundo quoad quæstiones, nã nobiles cõmittentes crimen proditorie pro veritatis indagatione torquẽtur, vt in.l.2.tit.30.p 7. & hãc notauit pract. Monteroso in sua pract.tit.4. *delas causas criminales* fol.4.col 1.& per Ant. Gom. in tomo.3.variar. in.c.de tortura, & Iul. Clar.in.§.fin.q.49.

In.l.22.tit.21.pa.2.in glo.2.

1 Amasiam nominare in litis conflictu gratia hilaritatis, vel lasciuię nõ est peccatũ mortale, quia non est cõtra legis pręceptum, ob hoc gratia gratum faciente priuans.

2 Talis est voluntaria delectatio, qua'e est suum obiectum.

Vnus et idem actus non potest esse bonus et malus, etiã diuersis respectibus.

3 Opera quę per se amabilia sunt, vt fortiter dimicari: et similia non efficiuntur mortalia ob mali finis circunstantiam, quando ille talis est, qui non priuat gratia gratum faciente.

Secũdum quod finis est laudabilis vel vituperabilis opera nostra sunt laudabilia aut vituperabilia.

4 Qui ob pudorem eleemosynam dat, et rem, et merita perdit, et qui ob victũ prædicat nõ meretur, sed peccat.

1 GLo.2.in verb. *Que vuieren amigas*, dicit nominare amasiam in lite, nõ coniunctã matrimonio, turpe esse, & peccatũ.

Et quod ista lex, de præsenti non permittit, sed recitat antiquum motem, & qualiter ista procedant videbimus per sequentem distinctionem.

Aut amasiam nominat, vt ex hilaritate, vel alacritate, & lasciuia illius vocis, iucũdior & lętior aggrediatur hostes, & fortior & animasior cum eis manũ conferat: & istis casibus peccabit, venialiter tantum, & procedet opinio gloss. nostrę, sed non mortaliter, quia hoc nõ est contra pręceptũ legis diuinæ, vel naturalis, aut humanæ, quod priuet gratia, gratum faciente, nec etiam si esset contra dicta præcepta peccatũ mortale esset, dicta inuocatio, ex imperfectione actus, & consensus, eo quod subripitur ex primo motu sensualitatis, & non pertingit, vsq; ad consensum rationis, secundũ sanct. Tho. 2.2.q.35 & Syl. in summa. in verb. peccatum, num. 3. qualiter crederi debet de quolibet catholico, qui in tali conflicto amasiam vocat.

2 Ampliatur prima dicta conclusio, etiã si cũ quadam delectatione, dictã amasiã nominaret. quia delectatio volũtaria, habens pro obiecto operationẽ, quę de se non est peccatũ mortale, sed est veniale, vel nullum non est peccatũ mortale, sed veniale, vel nullũ. Nam delectatiõ, secundum se, non est peccatũ, cum aliquando liceat, & ad hoc quod sit peccatũ, habet à suo obiecto, sicut quilibet actus moralis. Et cum non sit semper peccatũ mortale, amasię meminit, vel eam nominare: ista non erit peccatũ mortale, dicta nominatio, cum quadã delectatione, vt plene habetur per S. Thomã.1.2.q.74.art.8. & per Syl in verb. delectatio, n.2 & quãuis per supradicta, nominans suã amasiam liberetur â peccato mortali, non tamen liberatur a veniali. & si bonũ habeat finem, scilicet, debellandi hostem patrię: quia media sunt mala, secundũ S. Tho. 1.2.q 8.art.3. dicentem. quod quãdo finis est bonus, & media mala, vel è cõtrario, finis malus, & media bona, & vtrunque volumus vno actu, totus ille malus est: quia vnus & idem actus, non potest esse bonus & malus, etiã diuersis respectibus, secundũ cõmunem, quã affirmat S. Tho. 1. senten. dist.40.q.1.art.4 quẽ Maior sequitur.17.dist.q.2.& Caiet. super Math. c.6.& Iacob. Almayn. in moralibus.c.11. tex.in.c. cũ renunciatur.32.q 1.& in.c. si enim. de pœnit. dist.1. & doctis. Nauar. in.c. cum minister.23.q.5.nu 17. fol. 36.

Secundo ampliatur, vt nõ sit peccatum mortale dictæ amasię inuocatio, etiam si eam nominando, velit ad ipsam opera sua estrenua, & fortia referre simpliciter, nõ procedẽdo ad vlteriora sensualia: nã opera quæ per se amabilia sunt, vt fortiter dimicari, & similia non efficiuntur saltem mortalia, ob mali finis circunstantiam, quando ille talis est, qui non priuet gratia, gratum faciente, secundum

sanct.

sanct.Tho 2 2.q.10 art 4 & ibi per Caieta. nec obstat regula Topica Boerij dicentis, cuius finis malus est. ipsum quoq; malum est, quam approbat sanct. Tho. 1.2 q.18.art.4 nec etiam obstat August. sententia in lib. de Ecclesiast. moribus, dicens, secundum quod finis est, laudabilis vel vituperabilis, opera nostra sunt laudabilia aut vituperabilia, vt refert Thom.2.lib.senrent.dist.38.q 1.art.3.dicens: humanos actus à fine suam speciē recipere, vt etiam notauit Nauarr. d c. cum minister, nu 10.nā respondeo, dicta ita verificari, in actu qui peccatū veniale est, sicut in eo qui peccatum mortale. Insuper facit pro nostra sententia quod Adrianus dicit in collibet.q.1. quod qui vult bene agere, Deo placere, iuste iudicare, liberalem, fortem, magnanimū, temperatum, se exhibere, propter honorem, corporis salutem, siue intendat: vt finem totalem, siue vt finem partialem actus: neque iustus, neq; liberalis, neq; magnanimus est, sed agit male, & peccat (venialiter saltem) Habetur per d. Nauar. d.c. cū minister, nu.31 peccaret tamen mortaliter dictus miles, quando in belli conflicto, vel alibi, cū mentis deliberatione, ad actum attendens, dictam amasiam nominaret, vel inuocaret, delectando se in aliquo obiecto mortali, ac sensuali, & vt ex dicta vocatione, se amabiliorē, ad aliquē actū mortalē cō sequendū, redderet.

4 Aut dictam amasiam nominat, vt pudore astrictus fortiter belligeret, & pugnet. & nihilominus venialiter peccabit, arg tex. in c.fi. versic qui dat ob pudorē & rem & merita perdit. 13.q 6. & neque bene agit is qui bonum ob timorem agit Aristot Ethicorū lib.3. & qui ob victum prædicat, non meretur, sed peccat: & qui eleemosynam largitur, vt laudetur venialiter peccat, vt latè habetur. d. c.fi.13.q 6 de quo plenissime per dictum Naua. vbi supra.n.32. qui explicat quando absque peccato liceat bonum aliquod operari, propter corporis salutem. Cum quibus glossa nostra manet intellecta.

1 *Non licet mentiri etiam pro saluanda vita hominis quamuis sit mendacium officiosum.*

GLo.3.in verb. *Gran bien*. concludit pro saluanda vita hominis non esse licitū mentiri, per tex. in.c.ne quis arbitretur. 22.q.2. cui adde. c.primum eadem causa, & q. extendens conclusionem, vt nec ad supernā salutem, quis sit ducēdus, opitulante mendacio, nisi indirecte fiat. Vt si monachus dicat, regulā suam esse dulcem, & per tale mendacium, lucretur aliquem Christo, secundum glo.in. d.c.primum, in verb ad sempiternam. Facit pro hac parte quod dixit Ioann. de Turrec. in.c.multi. de pœnit. dist.2. loquendo de hypocritis, hi sunt qui ad æternam vitā, proximos mendacio opitulante deducunt. c.imo. 22.q 2. idem censuere Arch. & Egidi. de Bellamera in d.c.primum, & sanct. Thom.2.2 q.110.art.3. & Nauar in summa in.c.18 n.2.in fi. & ratio est, quia nullus debet peccare etiā venialiter, ad hoc, vt alter liberetur à morte, testante gloss. in. d.c.ne quis arbitretur, in verbo. non occiditur, & ibi Turrect.nu.4. post medium, eo quod non licet inordinatione vti, ad impediendum nocumenta, & defectus aliorum. sicut non licet furari, ad eleemosynam faciendam. Quamuis Angel. de Claua. in sūma. in verb. superstitio. §.13 dicat posse quem absq; peccato vti, alterius maleficio, ad tollendū malū ab alio, vel à se, modo ille inalet cus; paratus sit artem illam exercere Quam conclusionē reprobat Syl. in summa, in verb. maleficium.q.8 & Angeli opinionem dicit esse valde absurdam, & periculosam, nec posse commode iure defendi, cui subscribit Dida. Couar. in.c.quamuis pactum. de pact.§ 1.n.10. sicut etiam licitum non erit, petere pecuniam cum vsuris, quamuis liceat cum eis accipere. vt bene distinguit sanct. Antoni.2.par. tit.1. c 9. § 14. & Caiet.2.2.q.78. art. 4. & in lib.17. responso. respon.14. & Nauarr. in summa.c.17. nu.263.

1 *Homagium non habere vim sacramenti, ex eo quod non sit Deo testatur glossa nostra.*

2 *Homagium esse iuramentum latriæ probatur, id est cum inuocatione diuini numinis.*

3 *Sacramentum est quotquod, ius iurandi sacratione interposita geritur,*

& intelligitur de illo quod astringit per aliquam rem sacram.

4 *Ponitur forma homagij, et quando iuramus per Euāgelia et sanctos, intelligitur iuratū esse per Deum tacite in quantū refulget veritas diuina in eis.*

5 *Qui homagiū nō seruat punitur pœna periurij, quia et validat cōtractus.*

6 *Notatur verus intellectus ad.l.26 tit. 11. par. 3. vna determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat illa.*

7 *Probatur per legem partitarum homagium cōtineri iuramentū latriæ, & sic istud homagium non deberi apponi in contractibus, in quibus iuramentum non licet ponere.*

GLo.4.in verb. *Iurando o faziendo omenage.* cuius verba ordinantur sic: sunt igitur diuersa, iuramentum, & homagium, vnde fractor homagij non dicitur periurus, neque iuradisponentia de iuramento, habet locum in homagio. Contrariū tamen videtur velle.l.26.tit.11.par.3. hactenus glo. Sed dicta.l.26. non obstante, ibidem in glo.5. in verb. O *le fizesse pleyto e omenage*, Glossator noster, seuocat indubium, an homagium idem operetur quod iuramentum, ita vt contractum minoris firmet, de quo in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio, & finaliter ad partes arguendo, dicit, Homagium non habere vim sacramenti, ex quo non sit iuramentum Deo, sed est quædam promissio simplex, inter generosos, & Deus non inuocatur in testem, quod est de substantia iuramēti.

Quæ omnes conclusiones supradictæ, eo tendunt, quod in homagio non insit iuramentum latriæ, & sic non causat effectus dicti iuramenti.

2 Sed cum bona pace tanti Doctoris, cōtrariam sententiam esse veriorem cēseo: imo quod in homagio insit iuramentum latriæ, neque solum esse simplicem promissionem inter nobiles, vt gloss. nostra testatur locis citatis, & causare effectus veri iuramenti latriæ. Et quod in homagio intercedit iuramentum, cum inuocatione duorum numinis, testatur gloss. in c. ex diligenti de symo. in verb. salutis, vbi loquēdo de homagio dicit. Iuramentum istud vergit, in dispendium salutis æternę, & ibi Abb. numer. 4. inquit nota differentiam inter iuramentum fidelitatis, & iuramentum homagij. Idem Abb. in reg. indignū. de regulis iuris. in antiquis. nu. 2. dicit: quæ sit ratio diuersitatis, inter ista iuramēta, loquendo de iuramento fidelitatis, & iuramēto homagij. & Iasso. in præludio fœudo. quod situm est circa.l. fi. C. de iure emphyteo. n. 106. inquit, ligium fœudum est, in quo iuratur fidelitas, contra omnem hominem, & Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 3. fol. 419 num. 7. ait. Differt homagium à fidelitate, quia homagiū dicitur actus, præstationis iuramenti, & Iulius Clarus in pract. in. § fœudum, quest. 11. inter requisita fœudi ligij, dicit. Iuret fidelitatē qui omnes loquuntur de iuramento latriæ, per quod strictius homines coguntur ad obseruationem contractus, quia analogum per se sumptum, stat in potentiori significato. l. 3. §. 1. ff. si ager vectigā. vel emphyteo. peta.

3 Secundo cōfirmatur nostra cōclusio, alio fortiori argumēto, dictū homagium vocatur sacramentū, vt habetur in gloss. fi. in. d. reg. indignū de reg. iuris. in antiquis, cui subscripsit Hostien. in. d. c. ex diligenti, dicens sacramentū fidelitatis, non ligat nisi in sex, sacramentū homagij in plus. Idq; dicit Marti de Silmanis in tract. de fœudis, vol. 13. tracta. in Rub. num. 1. concessio rei pro homagio, fœudum est, id est à sacramento fidelitatis, secundū. d. glo. fi. in. c. fi. de regu. iuris. in antiquis, & in. d. c. ex diligenti. de symo. at sacramentū est, quod ius iurādi sacratione interposita geritur: vt ait Festus in lib. 17. quē referunt Petrus Prateius in lexicon iuris, & Cælius in Thesauro linguæ latinæ, in verb. sacramentū, notauit Bart. in auth. sacramēta puberū. C. si aduersus venditio. num. 6. & pro hac parte astringit, quod vbi sit mentio de sacramento, habito respectu ad iuramentum, intelligitur de illo, quod astringit, per aliquam rem sacram, vt notauit Iasso. in d. auth. si aduersus venditione. n. 33. & ita sacramentū militare dicebatur, quod fiebat iuramento, per Deū Christū, & Spiritum

ritũ ſanctũ: ſecundũ vegetinũ de re milita.lib.2.c 5. & apud Romanos iſta ſacramenta fiebant per milites legitimos, vt l. 23. proxima dicam, ergo homagium, quod ſacramentum vocatur, iuramentum erit cum Dei inuocatione.

4 Tertio confirmatur ex cõcluſione Petri Pratei, in dicto iuris lexi. in verb. homagium, dicentis: & ſic in aliquibus partibus, hoc modo ille qui ſacit homagium coram Domino ſuo flectit genua ſua, tenendo manus ſuas coniunctas ſimpliciter inter manus domini ius iurandum de fidelitate præſtans, & mutuo ſe inſignum infidelitatis oſculantur, cuius forma ponitur in lib. fœudorum, de noua fidelitatis forma, ſed cum in dict tit. in capit.1. habetur forma ſequens. Ego Titius iuro, ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quod ab hac ora in antea, &c. colligitur quod promiſsio fidelitatis per homagium facta, iuramento latriæ vallata eſt, eo quod cum iuramus per Euangelia vel ſanctos intelligitur iuratũ eſſe per Deũ tacite, in quantum refulget veritas diuina in eis, vt colligitur ex gloſ. in ſumma 21 quæſt.1. & per ſanct. Thom.2.2.q.79. art.2. & in lib.3. ſenten. diſt.39. & Goffr. in Rub. de iure iuran. & Anton.2.pa.tit. 10. cap.3. & Syl. in ver. iuramentum, el.1.
5 n.1. & Naua. in ſum.c.17.nu.1. notab.2.

Quarto confirmatur ex diſpoſitione text. in cap. ex diligenti, vbi petitur diſpenſatio homagij præſtiti, qua minime petens indigeret, niſi homagium iuramentum eſſet, cum inuocatione diuini numinis. Hacque de cauſa dixit Andræ. de Iſernia in dict. tit. de noua forma fidelita. num.6. in fin. quod qui homagiũ non ſeruat, punitur pœna periurij, idẽq; teſtatur Bald. in conſil.191. vol.2. col. fi. Ergo ſi tranſgreſſor dicti homagij periurus eſt, iuramentum interuenit, cum inuocatione Dei, expreſſe vel tacite. Nam non dicitur iuramentum latriæ, per fidem, vel in fide iurantis, intelligendo de fide ipſius iurãtis: vt ſolẽt Reges facere, vel nobiles, qui in fide ſua iurant: nõ autem in fide Theologali, vt notat Sylue. in ſumma in ver. iuramentũ, el.1.n.4. & Nauar. in ſumma.c 17.n.3. ex quibus omnibus videtur dicendũ, quod homagium in contractu poſitũ validat contractũ, ex quo habet in ſe iuramentũ latriæ, quãuis apud nos non operatur alios effectus videlicet vt homines reddat ligios, de quo late per Specula. in tit. de fœudis. §. 2 per totũ, & alios. DD. ſupra relatos, tamen firmat contractus, vt bene probat d.l.26.tit.11.pa.3. quã in contrarium ſenſum, cum magna vi retorquet Gloſſator noſter, ibi, & in præſenti, vt aperte conſtat ex verbis. d.l.26. quæ ſequuntur. *Y aun dezimos otra razon, que ſi alguno jurare a*
6 *otro, e le fiziere pleyto, e omenaje, para cumplirle alguna coſa, que aya pueſto con el, que tal como eſte ſi lo fallecsere es porende perjuro.* Et huic noſtro intellectui ſuffragatur cõcluſio dicens quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare. l. iam hoc iure. §. ſed ſi alter. ff. de vulga. & pupilla. & ibi Bart. & Iaſo. num.10. & in.l. fin. C. de ſenten. & interlocu. omn. iud. quam ad iſtam concluſionem ibi Bart. dicit vnicam, & eam etiam approbat Iaſo. in .l. contra mores. n.2. C. de in officio teſta. & Bal. inſuper eo de appellatio. & ſic in caſu d.l.26. illud determinabile, *Si fallecsere es porende perjuro.* Pariformiter determinat, *ſi alguno jurare a otro, o le fiziere pleyto e omenage.* Facit itẽ pro iſta parte, quod qualitas poſita in fine determinat omnia præcedẽtia, vt notat Iaſo. in.l. Cẽtutio. ff. de vulg. & pupil. col.18. & Chaſſa. in cõſue. Burg. Rub.4.§.2.n.5.co.534.

7 Quinto probatur noſtra concluſio in l.25.tit.16.pa.3. ibi, *Pero ſi el Rey viſere de fazer la piſquiſa, puedeles tomar jura en eſta guiſa ſin libro, tomandoles ſus manos de ellos entre las ſuyas e conjurandoles por tales coſas como las que dixsmos en eſta ley*, videlicet vt iurẽt per Deũ, & ſanctos ſuos: nec huic aſſertioni obſtat. l 4 tit.26 pa.4. ibi, *Otorgar e dar pueden los ſeñores el feudo a los vaſſallos en eſta manera fincando el vaſſallo los hinojos ante el Señor, e deue meter ſus manos entre las ſuyas del ſeñor, prometsendol, e jurãdol e fazsendole omenage, que le ſera ſiempre leal, e verdadero* Nã lex iſta.4. comulat iuramentũ fidelitatis & homagij, eo quod ad plura capitula obligat homagiũ, quã iuramentũ fidelitatis, vt ſup. in hac glo. probatum manet, & notat Andræas de Iſern. in capit.1. de noua forma fidelit. in vſibus fœudo. numero. 6. & Petrus Prateius dict. verbo, homagium: non autem probat quod in homagio non inſit iuramentum latriæ, id eſt, cum Dei inuocatione. Ex quibus infero intellectũ

ad.l.11 tit.1 lib.4 Recopil. disponentis, quod tabelliones non ponāt iuramentū in certis contractibus, vt extendatur ad homagium per supradicta fundamenta, & vt in hac quæstione quiescamus, allego tibi Didac. Couar. in c. quamuis pactum.1.pa § 1.num.1.post medium, qui homagium ponit, inter iuramenta solennia, quæ cum Dei inuocatione fiunt.

In.l.23.tit.21.pa.2.in glo.1.

1 *Milites nostri temporis, qui in militia degunt gaudent priuilegijs olim militibus concessis, secundum glossam nostram.*

Quinque erant species militū, scilicet milites legitimi, euocati, tumultuarij stationarij, & riparenses.

2 *Equites qui milites nuncupantur aurati quibus priuilegijs gaudeant, & dicitur, quod gaudent priuilegijs quæ conceduntur nobilitati, vel dignitati.*

3 *Scholasticus qui non studet, nō gaudet priuilegijs, quę conceduntur ratione exercitij, secus in priuilegijs quę concedantur ratione dignitatis.*

4 *Eques à Rege creatus qui nobilis non est ad hoc, vt priuilegijs militū pertinentibus dignitati gaudeat, quę debet habere & facere.*

5 *Milites stipendiarij nostri temporis in belli expeditione degentes gaudēt priuilegijs à Romanis concessis militibus legitimis, quamuis solennitas sit antiquata.*

GLos.1.in verbo. *En muchas maneras.* Cōcludit, quod milites nostri temporis,
1 qui sunt in militia, gaudent priuilegijs olim militibus concessis, licet solennitas in assumptione militiæ finierit. Et ad maiorem elucidationem, istius cōclusionis præmitto, esse quinque species militum, scilicet, legitimi, euocati, tumultuarij, stationarij, & riparenses. Legitimi autem dicebantur, illi qui iurabant, nō euitare mortem pro republica: quibus ensis singebatur, & stigma in brachio impingebatur, & in matricula scribebantur militum, & examinabantur an sufficientes essent ad bellum, secundum glo in.l.miles.ff.ex quibus causis maiores. Quā vocat singularem Panormi.in.c.in nostra, num.8.de procurato. & isti quādo in belli expeditione erant, gaudebant multis priuilegijs, de quo agitur in tit.ff.de milita.testa. & in tit.ff.de re milita. de quibus multa priuilegia circa testamēta cōgerit Guillerm. Bened.in.c.Raynuntius, in verbo.testamentum, el.1 à num.22.cū sequentib. & Bart.in.l.neque enim.ff.de testa.milita.

Alij vero dicuntur milites euocati, qui ex prouincijs, socijsque ciuitatibus, equo fœdere & iure iunctis, non Latini nominis, militię munere fungebantut: qui nō milites, sed pro militibus habiti sunt.

Alij tumultuarij dicebantur, qui aduētu hostium repētino, cum in discrimine extremo res foret, per trepidationem & metum raptim militiæ ascribebantur.

Alij vero nuncupabantur stationarij, quorum meminit Paulus Iurisconsultus in.l. liminarchæ.ff.de seruis fugiti. vel milites pręsidiarij vel riparenses, qui in hostium finibus agitati solent, ad repentinos hostium incursus intenti. l.contra publicam.C.de re milit.lib.12.quæ bene refert Dida. Perez l.1.titul.1 lib.4. ordina.col.1320. & 1321. & qualiter omnes isti gaudeant priuilegijs militum & qualiter nuncupentur ponit Alberi. in.l.placet.C.locati.num.6.

Sed ad intelligentiam glossæ nostræ, breuius distinguam, cum doctoribus, qui tantum tres constituunt species militū. Prima est militum Romanorū, qui militiam assumebant, cum prædicta solennitate, quorum meminit Speculator in tit. de accusatio.nu.19.& in tit.de procurat. num.21.& Claudus Coterus in d. tract. de iure & priuileg.militum. volu.12. in tract.docto.lib.1.c.3.4.5. & 6.fol.219. & quod isti gaudebant dum militabant, vel erant in habitu (vti quādo manebāt in castellis, vel præsidijs constituti, pro defensione patriæ vel Reipublicę) priuilegijs à iore concessis militibus nemo est qui ambiget.

Alia

Alia vero est species militum, quos doctores vocant milites nostri tēporis crutiatos, & non crutiatos, videlicet *canalleros armados*. & sub diuiditur, in milites veros & fictos, veri milites vocantur, & qui gaudēt priuilegijs militū, Maltēses, vel Rodienses, quorum meminit Lancellot. Politus in tract. substi. in substitutione compendi, num. 13. & Ripa in. l. Centurio, num. 10. ff. de vulga. & pupilla. substi. Alij vtique dicuntur, ficti milites aurata militiæ, vel equites aurati, secundū Tiraquel. in tract. de nobilita. cap. 8. nume. 13. qui verè milites non sunt, quia in castris non degunt, & ob hoc priuilegijs militum non gaudent, vt latè disputat Petrus de Antibol. in tract. de muneribus. §. 4. à num. 7. vol. 12 in tract. docto. eosque vocat milites vanos, quibus assimilantur milites illi cruciferi, qui arma & militiam penitus ignorant, & ideò priuantur priuilegijs, quæ militibus ratione veræ militiæ conceduntur: vti illa quę in testando concessa sunt, & circa iudicia tractanda, vt notat Alexan in. l. Centurio. num 9. ff. de vulga. & pupilla. & ibi Fran. de Ripa, num. 10. Bal. consil. 457. vbi dicit, milites non habent priuilegia militum, quo ad fauores, nec etiam quo ad odia. Gaudent tamē priuilegijs, quę conceduntur dignitati (quia ista militia est dignitas, vt latius dixi supra in l. 1. in glo. 6. isto tit.) vel nobilitati, vt inquit Cyn. in. l. 1. C. de iuris & fact. igno. num 9. Et ita gaudebunt priuilegijs reuerentię, nec tallias vel collectas soluent, vt cæteri plebei: licet non de iure saltem de consuetudine, attestante Petro Antibol. in dict. tract. de munet. §. 4. num. 7. cum sequentibus. Idem asserit Salicet. in d. l 1. vers. quæro. 5. & Bart. in. l. miles. C. de quæsti. dicens, quod milites non possunt torqueri. & Bald. in. l. 1. nu. fi. C qui bonis cedere possunt, quærit an milites nostri temporis possint carcerari, pro debito contractus, vel vltimę voluntatis & respondet quod non: quia vere milites sunt: alias falso vocabulo vterentur, quę dicere est quædam fatuitas: & licet non habeant insignia veteris obseruantiæ, habent insignia obseruantiæ nouę, quæ loco veteris successit: & sic idem dicendum, arg. c. translato, de consti quem sequitur Alex. in. l Centurio. nu. 19. ff. de vulga. & pupilla. quę conclusio cōsona est distinctioni supra positæ, quam Decius approbat in Rub. C. de milita. test. num. 3. & 4 & cum ista distinctione sunt intelligenda, quę dixit Marti. Mantua, in tract. de Priuilegijs militum, vol. 12 in tract. docto. fol. 146. num. 283. vbi inquit, quod milites nostri temporis, non gaudent priuilegijs militum, quia ad hoc quod eis potiantur, debent esse veri milites. Et pro supradicta nostra conclusione vel distinctione, adduco, quod quamuis priuilegia data scholaribus, non competant illis, qui non student, & inhonestê viuunt secundū Bart. in. l. qui sub prętextu. C. de sacrosan. Ec-
3 clesi. & Alexan. in. l. scriniarios C. de testa. mili. num. 3. hoc tamen procedit cum tali distinctione, vt Bart. & Alexan. cōclusio procedat, circa priuilegia quæ ratione exercitij concedūtur: secus tamen circa priuilegia quæ conceduntur ratione dignitatis scholaris, per notata à Bal. in dict. l. qui sub prætextu, num. 2. & per Alexan in dict. l. scriniarios, numero. 3. quanquam aliter distinguat Petrus Rebuff. in tract. de priuilegijs scholar. volu. 12 fol. 118. priuilegio. 165. vbi refert constitutionem Salmātinam, prouidentem, vt ad hoc quod scholaris gaudeat priuilegijs iuris, duas audire debet lectiones, singulis diebus. Et quamuis de iure communi, dicta distinctio procedat, videndum erit qualiter de iure Regni se ista habeant.

4 Et de iure Regni dicimus, quod miles creatus, quem nos cauallero appellamus armado (si alias nobilis non sit) ad hoc vt gaudeat priuilegijs militum, quæ ratione dignitatis competunt, necesse ei est equum & cantherium, & arma chatapbractorum habere, ita vt in habitu saltem miles existat, nā tenetur ire ad bellum vocatus. l. 11. tit. 1. lib. 6. recopilatio. quæ lex hodie limitatur per. l. 4. eo. tit. & libro.

5 Tertia vero militum species nostri temporis est, stipendiariorum, quos nos soldados appellamos, vel milites armigeros, & isti gaudent priuilegijs militum, si in castris vel belli expeditione sint, & de istis loquitur glo. ista: sicut olim dictis priuilegijs gaudebant, milites stipendiarij Romani, qui legitimi vocabantur, vt notat Paulus de Cast. in. d. l. scriniarios, num. 6. in fi. & ibi Alex. nu. 7. quæ conclusio

clusio fuit Cyn.in.d.l.1. C.de iuris & factis igno.num.9.nam decisiones, dicentes, quod milites nostri temporis, non gaudent priuilegijs militum, restringendæ sunt, ad milites non exercentes militiam: vnde secus erit in illis qui armis vacant, & parati sunt pro defensione principis, vel rei publicę, vt Roma.concludit in consil.43.num.4.& Alexan.in in.d.l scriniarios, num.7.& Iaso. in.l. de quibus.ff.de legi.num.66.& Fran.de Ripa.in.l Centurio.ff.de vulga.& pupilla.subti.num.9.nec obstat, quod isti milites nostri temporis non iurent, nec alia faciant contenta, in glo.l. pen.ff. ex quibus causis maio. quia illa obseruantia non est in vsus, secundum Cynum & Salicet.in.l.1.C.de iuris & fact.igno. & Ioan. Andr.in additio, ad Specul.in tit. de procura.§.2.in ver.item quod est miles. Et licet solennitas & ordo, qui olim seruabatur in assumptione militię, desijt esse in vsu, tamen effectus remanet, secundum supradictos Doctores, arg.l.ordo.ff.de publicis iudi.& l.decreto. C. de infamib.&.l.actio.ff.de negocijs gestis. & ita pro certo manet quod milites nostri temporis armigeri, qui in bello degunt, potiuntur priuilegijs militum Romanorum, vt tenet vltra citatos Marti. Lauden.in tract.de milite, vol.12 in tracta. docto. quæstio.5. idemque asserit Deci.in.d.Rubr.C.de testa. milit. nu.5. & cum istis sumus expediti à glossa nostra.

Titulus. 26. Que parte deuen auer los hombres de lo que ganan en la guerra.

In.l.5.tit.26.pa.2.in glo.6.

1 *Non solum villa, & ciuitates, & fortaluia fiunt Regis capientis quoad iurisdictionem & protectionem, sed quo ad dominum cum omnibus pertinentibus dictis villis.*

2 *Aedes ciuitatis captæ ab hostibus non efficiuntur Regis iure dominij, sicut cætera ciuitati pertinẽtia præter quam Regia. species sub genere continetur & genus restringitur ad species numeratas.*

3 *Ciuitati vel castro de nouo quæsito, nihil corporale est deputatum, nisi quatenus à lege consuetudine vel hominis dispositione reperiatur concescessum.*

4 *Quæritur vtrum Rex potest vendere campos publicos & defensas ciuitatum & pertinentia ad publicum & communem vsum.*

5 *De iure gentium introducta est collatio vrbiũ, & sic sine alterius emulatione cuilibet licet ædificare.*

6 *Princeps non potest tollere ea quæ alicui competunt de iure diuino naturali vel gentium.*

Ciuitas transit cum sua primitiua natura ad Regem, & non ita plene Regis efficiuntur sicut bona sua fiscalia.

7 *Donando Rex ciuitatibus de nouo captis campos & alia publica trãstulit in eas dominium.*

Rex donationem reuocare non potest quæ transit in vim cõtractus, quia fallere graue est grauibus grauioribus grauius grauissimis & exemplaribus viris grauissimum.

Rex ex sua promissione naturaliter tantum obligatur secundum magis communem.

9 *Rex potest campos, ciuitates alienare maxime quos reduxerunt ad culturam sine eius licentia, quia sibi prodest, & alijs parum nocet.*

10 *Rex potest propter delictum ali-*

cui

cui bona auferre sine cambio taciturnitat, & patientia vniuersitatis habetur loco mādati. Et respondimus ad fortiß ima arg. quæ faciunt pro parte contraria. Assignatur intellectus ad l.1.et.7.tit.7.lib.7.recop.

11 *Hodie cum omnia sint sub ditione Regum non licet sine eorum licentia ædificare ciuitatem aut villā.*

12 *Princeps potest ex causa ciuitatibus donata reuocare.*

13 *In principe disponente contra naturalem obligationem, vel contra ius gentium non presumitur causa.*

Philippus Rex noster erogat omnia bona vndecunque quæsita in defensionem Christianitatis.

14 *Rex ad libitum potest modificare suas donationes.*

1, *Regi inest facultas vendendi terras sine dubitatione si tales sint quę nū cupentur realengas.*

16 *Ponitur differentia inter bona communia ciuitatis quę sunt communia quo ad vsum, et alia quæ communia vel publica dicuntur, quę sunt propria ipsius ciuitatis.*

17 *Notatur contrarietas inter Speculatorem et Fabrum circa distinctionem in ciuitatum bonis.*

18 *Dominium rerum ciuitatum tā illarum quę communia sunt quo ad vsum & vtilitatem quam illarū quæ propria dicuntur ipsius ciuitatis est penes Regem, vtile limitatū penes ipsam ciuitatem vel commune.*

Prælati dicuntur administratores rerum Ecclesiarum, & harum dominiū est penes Christum.

19 *Commune ciuitatis in eius rerū administratione æquiparatur potius vsuario quam vsufructuario.*

20 *Bona ciuitatis siue expectent ad publicum vsum vt campi siue ad peculiare commodum vniuersitatis dominium est penes commune limitatum, et ex causa potest id princeps auferre ab vniuersitate.*

1 Glos.6 in ver. Las villas. Probat glos.et m tex. villæ fortalitia seu castra quæ de manu & potestate hostium capiuntur, Regis capientis fieri, quod plene probatur per .ll.in hac glos.allegatas tam de iure communi quam Regio.

Quæ conclusio extenditur, vt non solum dictæ villæ, ciuitates & castra, Regibus Castellæ pertineant, quo ad iurisdictionem & protectionem, sed quoad dominium eorum, & omnium rerum, dictis villis, ciuitatibus & castris pertinentium, & adhærentium, qualia sunt ędes, pascua, montes, prædia, & reliqua omnia id genus. Ad cuius conclusionis comprobationem, vltra dispositā de iure cōmuni, quod in bello acquisita fiunt capientium, per tex. in.l. ex hoc iure.ff. de iust.& iure.& in.§ ius autem gētium inst de iure natu.§.ab hostibus insti, de rerum diuisio. adducit Mencha de successio.creatio.in 1.pa.§.3.l.19.tit.2.lib.1. ordina.quæ hodie est.l.14.tit.3. libro. 1. recopilatio.ad eandem comprobationē, ibi paulum post principium. *Ganaron y librarō esta tierra de los infieles moros, y enemigos de nuestra santa fe catholica.*

2 Secundo, dictus Mencha, ibidem extendit suam conclusionem, vt neque ciuitati vel vniuersitati creatæ de nouo, competat ibi vllus locus vel solum, sed Regi occupāti, per.l.1.ti.3.li 7 ord. quæ hodie est.l.1.ti.5.li.7.recop Et quamuis vera sit opinio .d. Mencha. nō tamen Regi competunt, iure dominij, ædes & cætera ædificia ciuitatis, tanquā Regi, sed tāquam distributori. Quę sententia etsi dura videatur, sane probatur per istam legem, ibi *Otrosi deue auer las villas, e los castillos, e las fortalezas, en qual manera quier que*

que las ganen; e las causas honradas de los Reyes o de Rey no ouiesse las de los omes mas honrados que fuessen en aquellos lugares que ganassen: in quantum Regi tantum ędes Regis vel nobilium ascribuntur, in reliquis contrarium disponere videtur: quia quod de vno prohibetur de alio permittitur glo fi. in cap fin de filis presbyte. & sic prohibendo militibus occupationem Regiæ, in cæteris permissa videtur. Quod etiam probatur per frequens argumentum, de partium enumeratione, quod validum est & necessarium, vt notat Euerard. in loco. 51. fol. 173. vrgetque alia ratio, quod si ędes omnes, ciuitatis captæ, Regis capientis herent, non descenderet. l. ista, ad specialem nominationem, ædium Regis victi, vel nobiliũ cum id necessarium non erat, gratia dubitationis tollendę, & species sub genere cõtineatur l. quæsitum. §. fi. ff. de fund. instruct instru que leg. sicut plus continet in se minus, & in toto pars continetur, reg. plus semper de reg. iuris 6 reg. in toto ibidem, neque huic assertioni obstat, & si lex ista dicat: *Otrosi deue auer las villas, e los castillos, e las fortalezas*. Nam genus restringitur ad species numeratas. l. legata. ff. de supellect. legata glo. in. l. quæsitum ff de fundo instru. instru. que lega. & ibi Bart. & latius habetur per Panor. in cap. sedes, de res. nu. 12. & ibi per Felin. nu. 3. & Bal. in. l. quoties. C. ad leg. Corne de fal. & in consil. 260. vol 3. & 207. & 302. lib. 2. consilio. & per Dyn. in reg. generi, de reg iur. in. 6. & sic quamuis castella, & ciuitates debellatę, sint Regis capientis, per enumerationẽ specialitatis istius legis, restringitur quantum ad ędificia ibi contempta, ad domus Regis deuicti, vel nobilium. Idem cẽsuit Auenda. in. c. prætor. 1. pa. cap. 4. num. 4. in ver. item adquisita per aliqua fundamenta.

3 Neque minus obstat dicere, quod ciuitati vel castro de nouo quęsito, nihil corporale est deputatum de iure, vt sit de eius pertinentia: quia hoc limitatur, nisi quatenus à lege, vel consuetudine, aut hominum dispositione repetiatur cõcessum, secundum Inno. in cap. cum ad sedem, de restitu. spolia. num 2. cui Panor. ibi subscripsit, nu. 11. & in additione ibidem Andræ. Barba. & Domi. in c. si ciuitas, de senten. excommun. in 6: & Alexan. consil. 43. vol. 1. & consil. 76. volum. 2. & glo. 6. infra in. l. 9. tit. 18. pa. 3. Roderi Xuarez allegat. 7. Auend. de exequend mandat. 1 pa. c. 4. num. 4. & sic ex istius legis dispositione, omnia ædificia erunt distribuenda, inter incolas, milites que, præter ędes Regis deuicti vel nobilium quę sunt Regis victoris.

4 Quæro nunc de vna quęstione dubia & frequenti, vtrum Rex poterit vendedere campos publicos, scilicet montes, & defensas, & alia pasqua publica, pertinẽtia ad publicum vsum, & vtilitatem alicuius ciuitatis, vel castri, aut villæ, maxime illos agros quos ad culturam sine Regis licentia reduxerunt ciues.

5 Et pro parte negatiua, quod Rex non poterit vendere dictos agros, & campos, & publica commoda ciuitatis, facit quod de iure gentium introducta est collatio vrbium. l. ex hoc iure. ff. de iust & iur. & ibi glos. l. 2. tit. 1. p. 1 ibi. *Ca por tal derecho como este, son departidos los campos, e los terminos de las villas*. Et ideò cuilibet liberũ est ædificare, & homines ad ædificandũ adducere, absq; authoritate superioris, dũ sine emulatione alterius ciuitatis, vel villæ fiat, secundum Bart. in d. l. ex hoc iure, num. 7. & Bal. ibi, col. 3. in fin. & Inno. in cap. dilecta, de excessibus pręla. & in cap. cum ab Ecclesiarum, de offi. ordin. & Bart in. l. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. nu. 5. & in. l. 2. ff. de verbo. signif. num. 3. & in extrauag. qui sin rebelles in ver. Lombardię. Bal. in. l. opus. ff. de operi. publi. & Lucas de Pena in. l. quicunq; castellorum. C. de fundis limitrophis, libro 11. & ibi glos. in verb. ascripta sunt, ab iis qui primo agros constituerunt, & Iasso. in d. l. ex hoc iure. num. 6. & Fulg. ibi, num 11. dicunt cuilibet esse licitum ædificare castra, ciuitates & fortalitia, quorum dominium assecuti sunt, qui primo occupauerunt: quia quod ante nullius erat, id naturali ratione occupanti conceditur. §. ferę insti. de rerum diuisio. l 2. eo. tit. li. 1. vers. nam hęc protinus. ff. de acquiren. possess.

6 Et facit pro ista parte, quod princeps nõ potest tollere ea quæ alicui competunt de iure diuino, naturali, vel gentium, secundum Anton. de Butr. in capit. quę in ecclesiarum de consti. num. 22 & ibi Decius nu. 19. cum sequen. & Abb. ibi nu. 11. & Felin. nu. 66. & Andræ. Sicul. Barba. num 87.

num.87.& tradunt DD.in.l.fi.C.si contra ius vel vtilit.publi.& latius affirmat per disputationē Albert.Brun. consil. 1. num. 49. inter consil.fœudalia : & hanc dicit communem Chirchonius,tomo. 1. commun.opin.fol.255. num. 15. & fuit ista sententia Fulgo.in.d.l.hoc iure, numer.8.Iasso.ibidem, num. 49. dicentes, ea quæ de iure gentium competunt, nō possunt tolli per rescriptum principis: nec obstat quod postea de iure ciuili,introductæ sunt distinctiones. l.2. §. post originem ff.de orig.iuris,& notauit Iasso.in.d.l.hoc iure,num.3.quia dictū territorium & ciuitas,transit cum sua primitiua & primeua natura, arg l.3. ff de interdict. & relega.l. si arrogator. ff. de adoptio.l.emancipatum. ff. de Senato. & sic princeps non poterit dictos campos & montes alienare seu vēdere, quia non sunt sua,sicut fiscalia, & patrimonialia.l.2.§. hoc interdictum ff. ne quid in loco publico l apud Iulianum.ff.de lega.1.quam ad hoc ponderat Andræ. de Isern.in ca 1.quæ sint Rega. in vsib. fœud.§.flu.nina,num.6.nam istarū non est commercium.l.sed Celsus.ff.de contrahen.emptio.& in dict.cap.1.num.7. dicit Isernia, non tollet vniuersitatibus principes,quod eis est publicum vel cōmune, quia licet non sit singulorum, est tamen omnium, nec huic assertioni obstat,quod Hispaniæ non licet ædificare fine licentia Regis,villam seu castellum,neque eam appellare ciuitatem,aut villam,vt notat glossa nostra infra in.l. 7 tit. 20. pa.3. quam sequitur Mencha. de successio.creatio r. pa. §.3. numer.4. prope fin.& Azeuda.de exequend.mandatis c.4.num.1.& Alfon. Azebe. in. l. 18.tit.6 lib.3.recopila.num 3. vbi tangit an reedificari potest sine Regis licentia. Neque etiam obstabit, quod Reges Hispaniæ dicantur possidere regnum, tanquam res captas in bello, & sic quod omnis locus istius Regni Castellæ est prnprius Regum,eo quod etripuerunt à fauci bus inimicorum, vt habetur supra.l. 1. tit.1.ista pa.& in.l.1 &.2. tit.25. pa.4. & in.l.14 titu.5.lib.1.recopila.

7 Nam respondeo quod licet ista negari non possunt, & vera sint,tamen postquam Rex fecit eopiam ædificandi, & campos,montes,vel defensas,& alia publica,& communia,ciuitatibus, & villis distribuit, pro vsu & communi ciuium vtilitate,dominium dictarū rerum transfatum est ad ciuitates, per.l.9.tit. 28.pa. 3 Et sic non poterit dictam donationem reuocare, eo quod in vim contractus transiuit,& datū est locis,& non personis,vt notauit Chassane. in consuetud. Burgun.Rub.13.§.2.num.28.& quia beneficium concessum à principe,debet esse mansurum.c.decet.de reg.iuris,in.6. non etenim est imperialis dignitatis,auferre concessa,legitur Esdra. in lib.1.c.3. in ore principis firmior debet esse veritas,& Bal.in. consil.343. col. 1. in fine, vol.1.inquit, fallere graue est grauibus, grauioribus grauius grauissimus exemplaribusque viris,grauissimum.Idem testatur Tiraq. de nobilita.c.20.nume.24. hoc etiam probat.l.6.tit.10.lib.5.recopi. ibi: *Las cosas quel Rey diere a alguno,que no gelas pueda quitar el,ni otro alguno* Hoc; testatur glos in ver.in preiudici, &. in. l. si qua.C.de fundi. & saltu.rei domi.li 11. quam commendat & sequitur Bal in .l. quæ ex relatione nota. 4. & ibi Paulus nu.3.C.de legib.Iasso.in.l.si reus, nu.13. ff.de pactis, quia princeps ex sua promissione,naturaliter & ciuiliter obligatur,secundum Socin.in l iniquum . §.si 8 is pro quo.ff. quod cuiusque vniuersit nomi. Panor.Feli.idem testantes in.c.1. de probatio.Iaso.consil.1.dubi.1.volum. 1.Paul.in.l.princeps.ff.de legi.nume.4. & in.l.digna vox.C.en tit.Bart.in.d.l. ex hoc iure.ff.de iust.& iur.num. 17. & Didac.Perez in.l.3.tit.8.lib.8.ordin.cnlum.1061.& 1062. quamuis verius est, quod ex contractu tantum obligetur naturaliter,& non ciuiliter,vt teneat Anton.de Butr.in dict. cap. 1. de probatio. nume.1.& Imol.ibi.numer.& Decius dicit istam communem, num. 3. quam inter communes refert Anton. Gabrieli, in 3.tomo communi opini.fol.189.num. 54. tandem glos.nostra in.l.2.tit.1. supra ista pa.in ver.*buen cambio*.dubitat an Rex poterit sibi assumere publica velalij concedere & non resoluit se.

Prædictis fundamentis non obstantibus contrariam sententiam esse veriorē censeo,ita quod potuit & potest dictos campos Rex alienare,illos maxime quos cites ad culturam ex campis Zesbidis & incultis reduxerunt,sine licentia Regis, contra dispositū,in.l.3.tit.7.lib.7 recop.

quia

quia princeps potest priuilegiũ factum vasallo suo renocare, quamuis in vim contractus transierit vt infra probabo in responso ad secundum fundamentum, & quia alienatio horum aruorum, quæ ex Zerbidis reducta sunt ad culturam, sibi prodest, & ciuitatibus non nocet, vel parum, qua de causa multa, licet ex æquitate, quæ de iuris rigore non licerent, quod probat text. in. l. 2. § item verus. ff. de aqua pluuia. arcen. & sic dantur casus in quibus quis potest ædificare in alieno inuito domino, quos refert Abb. in cap. nisi specialis, in ff. de autho. & vsu palij, & Syl. in summa, in ver. ędificium, nu. 5. & quod dicta alienatio non noceat ciuitatibus, aut saltim parum constat ex eo, quod communia dicta arua remanent, quo ad pascua, & in eadem cultura.

10 Secundo confirmatur, quia dominium rei auferri potest per principem sine cãbio, propter delictum vel culpam, vt cõcludit Abbas in d. cap. quæ in Ecclesiarum, de consti. num. 9 & 11. & Decius ibi, num. 20 & DD. ar. ille qui arua ad culturam reduxit absque principis licentia delictum commisit, quia fecit contra dispositum, in l. 1 tit. 7. lib. 7. recopil. & sic ab eo auferri per principem potest: nec refert si dicatur, quod propter delictum particularis, vel hominum singularium, vniuersitas non debet puniri: nã respondeo, quod quamuis hoc regulariter sit verum, in casu nostro non procedit, taciturnitas etenim & patientia vniuersitatis, habetur loco mãdati, vt testatur Bal. in. l. sicut in fi. ff. quod cuiusque vniuet. nomi. per. l. qui patitur. ff. mãdati. Neq; minus pro contraria parte facit dispositio. l. 1 & 7 & 9. tit. 7 lib. 7. recop. vbi arua occupata restituuntur ipsis ciuitatibus, non Regi: quamuis ciuitas cui restituta sunt publica, post restitutionẽ, in illis locis restitutis ædificauerit: secundũ vnũ intellectũ, quẽ ad d. l. 1. obiter assignabo infra, ne detur contrarietas, vel correctio, inter eam & d. l. 7. nã d. l. 1. ait: *Y si algunos an labrado, y poblado cosa alguna dello que sea luego deshecho, y derribado* At d. l. 7. inquit. *Y no los talen, ni decepen ni corten, ni derruequen los dichos edificios sin nuestra licencia, y especial mandado* Et ibi paulo inferius dicit: *Y las viñas y huertas y plantas, y edificios que se pudan arrendar para proprios del concejo.* Quæ dispositiones contrariæ sibi videntur, ob quod eas conciliandas existimo si dixerimus, quod. d. l. 1. loquatur, contra ipsam vniuersitatem ædificantem, in locis publicis restitutis: vt constat ex illis verbis, ibi: *Y si algunos hã*, quæ verba sunt relatiua conciliorum ciuitatum, vt ex cõtextu literæ haberi potest. Et huic interpretationi suffragatur alia clausula, in. d. l. 1. dicens: *Y lo mismo mandamos en los exidos*, vel aliter & secundo intelligi potest, d. l. 1. vt illa verba *que sea luego deshecho y derribado*, intelligãtur, quando ædificium obest vsui publico, alias autem procedat, generalis dispositio. d. l. 7. in illis verbis: *Y no las talen, ni decepen, ni corten, ni derruequen*, cui intellectui etiam suffragatur glo. in. l. si legatũ, in ver. stimare ff. de operibus publ. dicẽs: quod ędificatum in publico, si non obest vsui publico, quod non demoliatur, sed imponatur solarium vel salariũ, per tex. ibi, & in. l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loco publ. & in. l. 1. C. de diuet. pręscrip. lib. 11 & ex. l. 23. tit. 32. p. 3. & Greg. ibi, in ver *no quiera*, & huic dispositioni, assimilatur decisio. l. 9. dict. tit. 7. libr. 7. recopi. vbi dicitur, quod ædificia, & vineæ, & cętera arbusta plantata de licentia communis, si per viginti annos fuerint possessa, non demoliantur, imo hypothecata remaneãt census præstationi vniuersitati vel concilio ciuitatis ad cõmunes necessitates alleuiandas.

Ex quibus bene infertur, quod quamuis ciues in occupando dicta arua, seu publica, sine Regis licentia deliquerint nõ ob hoc applicanda erunt Regi, sed reducenda ad publicum vsum, quod argumẽtum & si regulariter verum sit, tamen respondeo vt dixi, non obstare, eo quod pœnæ augeri possunt ex causa, non solum per Regem, qui super legẽ est. l. digna vox. C. de leg. sed etiam per iudices inferiores, ex doctrina Inno. in cap. 1. de consti. ob quam licet Regi dicta arua vendere.

11 Et ad primum fundamentum partis cõtrariæ, vbi diximus, quod de iure gentium, licet vnicuique ciuitates ædificare & territoriũ acquirere sine alterius emulatione, respondeo cum Paulo Castren. in dict. l. ex hoc iure, num. 27. dicente, quod dict. l. ex hoc iure procedit, & loquitur de iure antiquo, quando omnia erant vacantia, & nondum occupata, & populi erant liberi, vnde licebat, in quocunque

cunque loco non occupato construere, & nomen ciuitati vel castro imponere, prout eis placebat. Hodie vero cum omnia sint sub dictione Regum, cui populi subsunt, non possunt procedere, quæ ex dict.l.ex hoc iure habentur. Et ita dominam recognoscentes, nõ possunt ędificare sine eius licentia, ciuitatem vel castrum, etiam in solo suo, siue sit dominus ratione dominij, siue ratione iurisdictionis, vt patet ex notatis, per Innoc.in cap 1 de immuni.Ecclesia. & supra, numer.6.dixi.

12 Et ad secundum fundamentum, vbi diximus Regem teneri ad obseruationẽ donationis, & priuilegij, per iura & DD. supra allegatos, respondeo, priuilegium factum, vel datum ciuitatibus, & concessio facta de termino finito, certis limitibus, sub quo pasqua nemora & fontes & cętera publica continentur, quamuis transierit in vim contractus, & ciuitas dominium directũ de iure acquisiuerit. § vniuersitatis insti.de rerum diuisio. vbi Angel & DD. quod nihilominus princeps, ex causa potest donata reuocare. & sic respondet Andre.de Iserni.in.d.c.1.quæ sint regalia, num.7. & tenet Abb. in dict.capit.quæ in Ecclesiarũ, de consti.num.10. & Decius ibi, num.19. & Anton de Butri.num.13. & Felin.nume. 66. & idem in capit.nouit.de iudi.num. 10. & in cap.1.de probatio.num 6. & Paul. de Castro, consil.229.num.2. in. fin. libro.2. Arias Pinelus in.l.1. C. de bonis mater.3.pa.num. 62. & Ludo. Moli. de primogen, lib.4.cap.3. num.21. Matien. in.l.6.tit.10.lib.5.recopila.in glo.1 num. 6. & Panormitan.in consil. 3.vol.2. & hanc dicit communem Anton. Gabriel. in tomo.3.communi.opinio.pag. 190.colum 1.num.3 dum tamen causa talis sit quę publicam respiciat vtilitatem, per tex in.l.locus. C.de euictio & l.venditor.§ si constat. ff. commun. prædio. & Angel.in.l.2 & in.l.bene à zenone. C.de quadrie.pręst.num.10 & ita refert Fran. Turza tomo.1. commu. opin. fol. 255. nume.16.

13 Nec obstabit dicere, in dictis alienationibus de causa non constare vtili, nec minus præsumi, quia in principe disponente contra naturalem obligationem, & ius gentium, non præsumitur iusta causa, secundum Misingeriũ obserua.8. censu.4 & Alciat.in tract.de præsumptio. regul.3.præsumptio.8.num 3. & Bursa.cõsil.54.num.19.&.20.lib.1. nam respõdeo quod veritas contrarium clamat, adeò quod nec inuidię aut malitię locum cædat, constat vtique has & reliquas pecunias vndecunque sibi quæsitas, inuictissimum & Christianissimum Philippum Regem nostrum ac dominum ob defensionem totius Christianismi & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quę à cura sua pendet erogare: & sic causa patet, & supra dicta præsumptio excluditur, vt nunc præ manibus habetur in hac belli expeditione contra Anglos.

14 Tertio facit pro hac vltima conclusione, quod licet Rex donauit dictos campos, & montes, & defensas ciuitatibus, & sic sine iusta causa non poterit suam donationem reuocate, vt probatum manet, vltra responsum ad ista dico, quod poterit donata, pro suo libitu modificare, arg.tex.in cap.quantò de censibus, & per alia fundamenta adducta per Ioann. Lupum de Palacios Rubeos in Rep Rub. §.69.num.14.fol.51. & Ioan.And.in cap. olim, de verb. signi. & Petrum de Antibol.in dict.tract.de muneri. & honori. vol.11.tract.fol.ipsius tract.17.col.3.

Omnia prædicta procedunt, circa terras communes, aut montes ciuitatis, vel oppidi, contentas sub certis limitibus earundem ciuitatum, quia cum sub suis limitibus continentur, & sibi pertinere vi
15 deantur per tex. in.l ędē sacra. §.si ff. de contrahen.emptio. insurgit dicta dubitatio. Non ęquidem eadẽ erit ratio dubitandi circa montes & terras, incultas & zerbidas, de quibus dubitatur, an sub istius vel illius finibus ciuitatis vel oppidi sitæ sint: nam isthæc Regi cõpetunt, quas *realengas tierras* vulgus Hispanus appellat, vt notauit Auenda. de exequen. manda.pa.1.c.4.num.5.in versi.patet.

16 Et sic dicta conclusio, quod Rex potest vendere dictas terras extenditur, siue dominium rerum ciuitatum sit apud Regem, siue apud ciuitates: de qua quæstione, scilicet apud quos istud dominiũ maneat, versatur inter Doctores aliqua cõtrarietas, ideo nõnullas cõtrarias opiniones referendo, concludam quæ verior sit. Placentinus etenim quem glos. in.§.vniuersitatis insti. de rerum diuis. citat, dicit, quędam sunt bona vniuersitatis

ſitatis,quo ad vſum tantum, & non quo ad dominium communia, vt teatra & ſtadia,& alia ſunt propria vniuerſitatis, quoad dominium & fructum, vt fundi ciuitatis. & ſerui.l.ſed ſi hac.§.qui maru mittitur.ff.de in ius vocando.l.inter publica.ff.de verbor.ſignif. vbi deciditur, quod licet abuſiue, tamen inter publica habentur ciuitatum bona, vti ſeruorum peculia,molendina & alij teditus, qui conuertuntur in vſus rei publicę, & negociorum publicorum(quæ bona nos dicimus proprios del concejo) vt notat Rebuf. in dicta. l. inter publica in principio,pag.153.& habetur in l. bona ciuitatis.ff.eo.tit.de verb.quamuis loca etiam publica dicantur,quæ vſibus priuatorũ deſeruiunt,iure, ſcilicet ciuitatis, non quaſi propria cuiuſque vel ſingulorum vt notatur ex.l.1.ff.ne quid in loco publico fiat, & ſic loci publici appellatione terræ,inſulę,agri, & vię publicę, itineraque publica continentur, dict. l. 1. §. loca.

27 Ioan.Andr vero in additio. ad Speculum,in tit.de execu. ſenten.in.§. ſequitur,in verſi.quid ſi vniuerſitas. nu.5. dicit, caſtrum non habet proprietatem in fontibus, & fluminibus,& vijs, quia iſta ſunt vniuerſitatis,quo ad vſum,non quoad proprietatem.Et ita in eis non datur poſſeſsio, pro debito vniuerſitatis, ſicut nec datur poſſeſsio planetarum,tamen bene fit miſsio poſſeſsionis in foro,& pratis,& domo,& theatro, & predijs, quę creditor pro iure ſuo poſsidebit, Ioan.Faber tamen in.d §.vniuerſitatis,aliter diſtinguit,cui ſubſcripſit Iaſſ. in additio.ad porchum.in.d. §. in additio.5.num.8.dicens: eſt differentia inter res vniuerſitatis,quia quędam vniuerſitatis appellantur, & quo ad dominium, & quo ad vſum communẽ, vt ſunt theatra & ſtadia,quędam vero ſunt vniuerſitatis,quo ad dominiũ, & quo ad vſum particularia,vt ſunt prata vniuerſitatis, de quibus commodum percipitur,in particulari.Ex quibus omnibus concluditur vt apparet penes vniuerſitatem, quæ in decurionibus repræſentatur eſſe dominium dictarum rerum.

Sed apud nos videtur aliter dicẽdum, ſcilicet quod bona ſiue ſint publica vniuerſitatis, de quibus loquitur. d. l. inter
28 publica,quæ dicuntur proprios del concejo.&.l.1.tit.5.lib.7.recopilatio.&.l 10. tit.28.pa.3.ſiue ſint bona cõmunia, quorũ vtilitate & fructu,omnes ciues fruuntur iure ciuitatis, qualia ſunt prata, defenſæ,montes, & ſimilia, eorum dominium,directum eſſe penes Regem,vt induci poterit ex.l.2.tit.5. lib.7. recopila. in quantum Rex promittit ſe non daturum amplius,nec donaturum eſſe bona, quæ ſunt de burſa communis, videlicet de los ptoprios, & ſic videtut tam ex ſupplicatione ciuitatum,quam ex ſua reſponſione,ptopria Regis eſſe: & tanquã de ſuis diſponere: nec obſtat.l.9.tit.28. pa.3.ibi: *Apartadamente ſon del comun, de cada vna ciudad e villa.* Nam loquitur de dominio vtili, quod penes ciuitates eſſe fatemut, quod ſolum tranſlatum fuit, in prima ciuitatis populatione, quando ei territorium Rex ſignauit. Hæcq; concluſio probatur per diffinitionem dominij: quam Bartolus aſsignat in.l.ſi quis vi. §.differentia, numeto,4.ff.de acquiren.poſſeſsio. dicens, dominum eſt ius de te corpotali, perfectè diſponendi, ſed cum ciuitates non poſſunt de dictis rebus diſponere abſque Regia facultate, vt conſtat in titulo.5.&.7.libro.7.recopilatio.neque locare ſine ſolennitate, l.4. titu.5.libro.7. recopilatio. ſequitur dictas ciuitates, in dictis bonis non habere dominium directum: nam cui non competit diffinitio, nec diffinitum, ſecundum Bartolum in dict. l.1.§.dolum. ff. de dolo. & in.l. finali, iuncta gloſſa. ff. de verborum ſignifica.c. dudum,el.2. de electio. Imo quod magis eſt, dictum dominium vtile, habent limitatum dictæ ciuitates, ſicut directum etiam reperitur limitatum, in bonis pupillorum, quo ad ipſos vt conſtat in titulo de tutelis. ff.&.C.& in. l. 2.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iut. idque probatur in eo, quod ciuitatibus non conceditur ita libera facultas diſponendi,de dictis bonis vniuerſitatis, ſicut conceſſa eſt emphiteotis, & alijs dominium vtile habentibus,de qua in.§.adeo inſti.de locatione, & in.l.2.C.de iure emphiteo.ob quod dico dictas ciuitates habere dominium vtile limitatum, ſicut reperitur, penes eccleſiarum prælatos, qui adminiſtratores, ſeu procuratores dicuntur,bonorum Eccleſiarum,capit.2.de donatio. & notat ibi Abbas numer.5. & ſcribentes : eo quod

quod dominium dictarum rerum sit penes Christum attestāte Inno in ca. cum super de causa possess & prop. & Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitu. num. 40. quod notat Gigas de pensio. q 10. num. 1. fol. 47.

19 Et in tantum videtur, ista vniuersitas repræsentata per ciues, de quo Iasso. in l. 1 §. municipes. ff. de acquiren. posses. in administratione dictorum bonorum astricta, quod verius assimilatur vsuario, quam vsufructuario, in quantū non possunt dictæ ciuitates vtilitatem bonorum communium vendere, aut alienare, vt manet probatū, vsufructuarius sic. §. 1. inst. de vsu & habita. & ibi Angel. Porchus, Nicasi. Misinge. & alij scribentes.

20 Prædictis fundamentis non obstantibus verius est dominium vtile, & directum bonorum vniuersitatis quæ sub limitibus certis ciuitati concessa sunt à Rege in populatione ipsius penes commune esse siue sint bona quæ inter publica habentur, qualia sunt bona quę vocantur *proprios del concejo*, siue sint communi vsui singulorum iure ciuitatis destinata, quales sunt fontes, campi, montes, arua zeruida & inculta asserente Iasso. in additio. ad Porchum, in §. vniuersitaris insti. de rerum diui. in additio. 5. num. 8. vbi inquit quædam dicuntur vniuersitatis, quo ad dominium, & quo ad vsum communem, vt sunt theatra & stadia: quædam verò sunt vniuersitatis quo ad dominium, & quo ad vsum particularia, vt sunt prata vniuersitatis. Probat. l. 1. cum glo. in ver. dominium. C. de venden. rebus ciuita. lib. 11. & l. 9. tit. 28. pa. 3. & hoc sentit Auenda. in cc. præto. pa. 1. c. 4. nu. 6. & Rebuff. in d. l. inter publica, pagi. 155. in fi. dicens: quod ciuitas potest vendere, quæ bursæ vniuersitatis sunt destinata, & valet venditio cum licentia imperatoris, per. l. fin. C. de venden. rebus vniuersi. licet non poterit vendere, ea quæ vsui publico sunt destinata: vt platea, vię, & fontes, quia nō sunt in commertio. l. sed Celsus. ff. de contrahen. emptio. & sic procedit additio Ioā. Andræ. quam supra retulimus. & quamuis indubitatum sit, per supradicta, dominium prædictarum rerum esse iusta commune ciuitatis: vt etiam habetur ex. l. 9. titu. 7. libro. 7. recopilatio. ponderatis verb. ibi: *Porque a nos como a Rey y Señor en lo temporal pertenece proueer y remediar.* Quę verba potius denotant supremum imperium quam dominium, & clarius indicant. l. in tantum, in principio. ff. de rerum diui & in. l. 1. §. per hanc. ff. de rei uen. probātes penes, quos dictorū bonorū est possessio esse etiā dominiū quod etiam censuit Rojas in Epitome successionum ab intesta. c. 34. num. 14. Et sic ciuitas vt dixi habet id limitatum: quia administratio expectat ad Regem, in vēdendo, pignorando, alienando, vt tenet in terminis, Paul. de Castro in. l. continuus actus §. cum quis sub hac. ff. de verbo. obligatio. numer. 4. & Bart. ibidem num. 5. Qui in quadam cautela reprehēditur iuste à Rebuf. in. d. l. inter publica pag. 156. in principio: & etiam de iure Regni non potest procedere. d. Bart. cautela, eo quod statuta, ciuitates sine Regis licentia condere non possunt, vt habetur l. 8. tit 1. li. 7. & prorsum stat in. l. 1. ti. 7. recopila. quæ probat pasqua, campos, & alia communi vtilitati dicata, ciuitatis esse, administrationem tamen ad Regē pertinere: & de alijs bonis, quæ dicuntur *proprios del concejo*, habetur in dicto titulo. 5. eo. lib. & in. l. 22. titu. 6. lib. 3. eiusdem recop. & in. l. 10. titu. 28. pa. 3. & hæc Regis administratio, tantam vim habet, quod iussu eius, res deputata ad publicū vsum, potest fieri priuati iuris, secundū dictum Paulum de Castro in dicto. §. cum quis, num. 4. & sic manet conclusum, quod licet dominium rerum vniuersitatis sit penes ipsam vniuersitatem: nihilominus tamen princeps poterit ex causa vendere, & id auferre ab vniuersitate.

Neque huic conclusioni obstabit euasio ad illud vulgatū verbum: quod licet Princeps, aut Imperator, dicatur dominus totius mundi, vel dictionis suæ per tex. in. l deprecatio. ff. ad legem Rodi. de iact. hoc sano modo sit intelligendū, scilicet in generali, non in particulari, & quo ad protectionem, & iurisdictionē, non quo ad bona particularia, secūdum glo. 1. in proœmio. ff. veteris, & ibi Alberi. & Bart nu. 3. & in. l. 1. §. per hanc. ff. de remen. & aliam glo. in extra. ad reprimendū, in ver. totius orbis, & glo. in l. bene à Zenone. C. de quadr. pręs. in ver. omnia principis. & secundū Bal. & alios,

in.l.1.C.de summa Trini. & fide catho. & Abb.in cap.nimis,in principio,de iure iuran.& in cap. si diligenti, numer.2. de præs Matth.de Afflict.decisio. 267. in principio.Deci.consil.528.numer.9. Stepha.Bertra.consil.37.in princip. volum.1.Nicola.Bello.consil.10.numer.9: Petr.Bellug.in specul.princi.Rub.46. §.donum appellatur,& latissimè per fratrem Domi.à Soto,lib.4 de iusti & iur. q 4 artic.2.& quod sic non poterit alienare,dicta bona publica vniuersitatum, vel oppidorum. Nam respondeo, quod quãuis prædicta vera sint, nihilominus princeps ea poterit alienare,ratione delicti commissi,& publicę vtilitatis,&eo quod potest priuilegia & donata suo vassallo ex causa moderare,& etiam in totum reuocare, vt dixi supra ista glos. num.9.& 12.

In.l.31.tit.26.par.2.in glo.3.

1 *Qui prædam ab hostibus emit peccat: quia causam damni dat secundũ glossam nostram.*

2 *Tribus legibus tenemur patrię consulere, & qui nummos ministrat hostibus vtilia ministrat, quia sunt nerui belli.*

3 *Aequiparatur putare vel putare debere.*

4 *Damnum inferens non excusabitur à culpa, quamuis alius esset allaturus.*

5 *Emens prædam à pirata videtur dare causam damni.*

6 *Iea ditantur piratæ nummis redimẽtis res suas captas, ac nummis mercatoris.*

Non sunt facienda mala vnde proueniant bona.

Bonũ publicũ præponderat priuato.

7 *Ad iudicandũ de actibus hominum causa immediata non mediata, & secundaria est attendenda, nisi occasio sit propinqua.*

8 *Ementes prædam captam ab hostibus non peccare mortaliter, nisi aliqua lex prohibeat.*

Quia aliud est merces ad hostes deferre aliud prædam emere.

9 *Pro captiuis redimendis, licet tempore pacis arma ad hostes deferre & aliæ merces omni tempore.*

Captiuos redimere est damnum hostibus inferre.

Lucrum personarum præponderat cuicunque iacturę.

10 *Licet nobis aliqua dare prohibita hostibus, si quę incambium nobis dantur, sunt nobis & reipublicæ magis vtilia.*

1 GLos.3.in vet. *Por fuerça* Lex ita dicit, quod si res captę sunt per piratas, & nostris demptæ, & iam ipsis piratę in tuto loco,cum dicta præda stiterant, & postea per nostrates, vi & conflicto, de manu hostium auferãtur,quod tũc præda erit capientium:cuius occasione,glo. nostra in aliam quæstionem deuenit,an qui prædam dictam emerit ad restituendum his,quibus ablata fuit,eos conuenire poterit actione negociorum gestorũ, & tenet quod non, quia dicta bona iam non prioris domini erant.Item inquit, quod talis emptor,emendo sibi prædam peccaret secundum Theologos, quia dat materiam deprædandi: si enim emptor non reperiretur,frustra fierent prędæ secundum Paul.de Castro in.l.1. ff. de nego. gest. numero.3. in quo articulo inquirendum nobis est, an glos.nostra.& Pau.de Castro loco citato,de peccato veniali,vel mortali censiant, & secundum eorũ rationem videtur,quod de peccato lęthali censiunt,nam si verum est, quod dictus emptor, hostibus materiam deprędandi dedisset,vtique mortaliter peccaret,eo ꝙ cõmittit, contra.l. naturalem,diuinã & positiuã, quibus patrię tenemur consulere.l.vel vti.ff.de iusti.

sti.& iu.l.1.&.2.C.quę res exportari nõ
2 possunt,cap. ita quorundam de Iudæis.
l.10.titu.2.lib. 8.recopila. quibus armo-
rum exportatio prohibetur,propter bo-
num patriæ, vt notauit Nauarr. in dict.
capit.ita quorundam,notab.1.nume. 9.
neque à dicta culpa læthali releuabitur,
emens dictam prædam,& si dixerit, se
neque arma dare vel inimicis defer-
te:nam ad incurrendam dictam .cul-
pam sufficit, quod eis vtilia submini-
stret, qualia sunt nummi,qui nerui bel
li dicuntur,secundum Vegezium de re
milita.quem ad hoc citat Nauarr. in. d.
cap.ita quorundam notabil.10.num.2.
&.4.pag 129.in illis verbis:imo & ea,
quæ ad id,eis sunt, aut possunt,esse vti-
lia,mediate vel immediate,ad prelium,
3 vel bellum.

Neque minus eum liberabit à culpa
mortali,quamuis dicat, quod non malo
animo formaliter tradidit pecunias pro
præda, nã sufficit si virtualiter habuit.
Existimare quippe debebat,copia pecu-
niæ, vires hostium crescere, & ea me-
diante, omnia eis ad belli expeditionẽ
inaugeri, quod si non fecit,in culpa est.
Aequipatantur nanque putare, vel pu-
tare debere.l.quod te mihi ff. si certum
petatur.& ibi Iasso.& Decius.& Cagn.
in l.qui cum alio.ff. de reg.iur. cum sua
glo.quam notabilem vocat Nauarr. vbi
supra,pag.134.numer 7. dicens : Paria
sunt,vt quis faciat aliquid, in aliquem
finem,aut quod faciat in alium,si videat
vel videre debeat, & lata culpa videre
desinat , suum opus tendere in illum:
quia tunc actus redit in naturam suæ for
mæ, secundum sanctum Thom 2.2. q.
73. artic.2.& per Thomam à Vio. Ca-
iet.in summa in verbo,detractio argum.
c.pasce.86. distinct.& in cap. quantæ,
4 de senten.excommun.

Nec à dicta culpa, releuabitur dictus
emptor,& si dicat me non emente,alius
empturus est,sicut nec à restitutione dã
ni dati, liberatur qui intulir, etiam si di
cat se non dante alium, nihilominus il-
lud damnum daturum esse, notat diuus
Thom 2.2.q 62 artic.7. cui subscripsit
Thom.à Vio, Card. sancti Xisti, ibi &
Domin à Soto lib 4.de iust. & iur q 7.
artic.3.pag.366. Couar. reg peccatum,
de regu.iur.in.6 pa.2 relectio §.11.nu.2.
5 Ampliatur dicta cõclusio Paul. & glos
sę dicentium dictum emptorem prædæ,
in emendo eam peccare, ita vt teneatur
ad restitutionem damnorum illatorum,
per piratas,qui de illa pecunia commeta-
tus ad cursum parauerint: quia qui cau-
sam damni dat, damnum dedisse vide-
tur.c. si culpa, de iniur.& cap. suscepi-
mus,& cap de cætero, de homi l. nihil
interest.ff.de sicarijs,& ibi Bart. & san-
ctus Tho.dict. 2. 2.q. 62.artic.7.& Caie
tan.ibidem,& Ioan.de Medin.in Codi.
de restitu.q.7.&.8.

6 His tamen non obstantibus, non vi-
deo rationem sufficientem differentię,
quare magis peccet mortaliter, qui di-
ctam prædam sibi emit, quam qui eam
pristino domino reddendam emit : nam
eadem ratio militat in ambobus casibus,
quo ad hostium vtilitatem: ita enim pi-
rata ditatur,nummis primitiui domini,
bonorum raptorum,sicut alterius cuius-
libet emptoris.Et sic cum æqualiter per
omnes detur materia & causa depræ-
dandi,non videtur bene dari posse ratio
nem differentiæ, nec sufficiẽs erit ratio,
si dicatur quod vnus pecunias tradit pi-
ratis,ratione res suas recuperandi, alter
gratia lucrandi: nam si dicta nummorũ
traditio,est causa efficax & propinqua,
ac immediata damnorum datorũ : ita
vna ac altera traditio illicita erit. Non
enim sunt facienda mala , vnde proue-
niant bona.c. eleemosynæ. & cap. de-
nique.14.q.5.& sic non licebit pecunias
tradere cursarijs,quod malum est , pro-
pter restitutionem bonorum, maxime
cum bonum publicum , præponderet
priuato,& ei præferri debeat. c. bonæ,
el.2.de postula.prælato c.scias. 7.q. 1. l.
actione. §.labeo.ff.pro socio. l.vnica. §.
pen.C.de caducis tolle.& in auth.de re-
stitut.& ea quæ parit.§.ea enim quæ cõ-
munitet,colla.4. quia in publica inclu-
ditur priuata.

7 Ergo ratio quæ dominum, rerum ra-
ptarum , dantem pro eis pecuniam pi-
ratis excusat:eadem excusabit, quemli-
bet alium emptorem: quia illa est,quod
traditio pecuniarum propter dictas res
est causa remota & mediata deprędãdi:
& ad iudicandum de actibus hominum,
causa immediata , non mediata , & se-
cundaria, & per occasionem inducta,
attenditur,secundum Compostellanum
in capitulo , cum in cunctis, de electio.

col. 4. & Felin. in capit. solitę. de maiori. & obedien. num. 20. glos. in capit. de cętero, de homicid. quam sic intelligit, ibi Abb. & in capit. quia diuersitatem, nu. 33. de concessio. præben. idem in capit. discretionem, de eo qui cogno. consangui. vxor. suæ, num. 8. vbi mouet quæstionem, an marito, qui causam dedit adulterio vxoris, sibi imputetur, & dicit quod non, si causam mediatam dedit. Et Ioan. de Ana. in dicto cap. de cætero, numer. 6. qui quodammodo reprehendit glo. ibi, in quantum pro sua conclusione distinctionis, allegat. c. presbyterum, de homici. qua secundum dictum Ioan de Ana & alios dict. cap. presbyterum, loquitur de causa immediata. idem censet Henri. Boic. in dict. capit. de cætero, qui bene loquitur. Et Tiraquel. de cessante causa limitat. 10, nu. 7. & 8. pro hac sententia refert Bal. consil. 136. vol. 1. dicentem: euentus qui procedit à causis proximis & immediatis, attenditur respectu illarum causarum: si autem non sunt causę immediatę, tunc euentus non attribuitur illi principio remoto, sed causis propinquioribus. Et idem Tiraq. ibidē nu. 12. causam remotam non considerandam, sed tantum propinquam, hanc ad notationem declarabis, inquit, nisi esset questio de damno dato, causa alicuius, vt notauit .d. glo. fi. in fine in dict. ca. de cętero, tunc ad imparia ooo iudicantur, causa remota, & propinqua. Calde. consil. 4. sub titu. de locato. & Chassane. in consil. 1. pa. 4. Sed hoc verum dicebis, quando datur opera rei illicitæ, & occasio fuit propinqua, & ordinata ad illud damnum, licet causa fuerit remota, tunc ad imparia non iudicabuntur, causa remota & propinqua, si de damno dato causa alicuius ageretur. Et ita procedit. l. verum, la. 2. ff. de furt. & glos. in reg. imputari io fi. de reg. iu. in 6. & habetur ex Henri. Buic. in dict. cap. de cætero, num. 1. idem probat Panormitan. in cap. sicut dignum, de homi. num. 15 in fi. dicens. si quis iuit associando raptorem, tenetur de rapina, sed si alius iuit tunc temporis, forte illa occasione motus, sine eius tamen societate, & surripuit, non tenetur qui alterum sociauit, quia ad damnum datum, præter propositum non tenetur, qui dedit in foro conscientiæ, secundum Inno. in dict. cap. sicut dignum. & Abb. in capit. 1. de custo. Eucharistiæ, num. 3. quorum sententia limitanda est secundum supra dicta. Et sic concludendum contra glo. nostram. & Paul.

8 Castre. mentens dictā predā, postquā facta iam esset piratarum, non peccare mortaliter, nisi aliqua lex hoc prohibeat specialiter. Ar. l. mercatores C. de commettijs & merca. quę cum hostibus patrię prohibet commertium. & . l. 10. titu. 1. lib. 8. recopila. quæ prohibent alia, procedent & locum habent circa illos, qui prohibita, ad hostes deferunt, vel merces causa negociandi mittunt. Secus autem erit dicendum de illis, qui cum predam apud hostes viderent, siue in eorum patria, siue in nostra, ob aliquam specialem rationem, dictam predam emerent: maxime si in ea erant captiui Christiani, pro quorum redemptione, licet tempore pacis, si aliter extrahi non possunt, arma ad hostes deferre: & cæteræ merces pro eadem causa, omni tempore, secundum Innoc. in cap. significauit, de Iudæis, & Ioan. Andræ. & Abbas, ibi, quos refert, & cum glo. in d. c. significauit, cōciliat eos Syl. in summa, in verbo excommunicatio. el 7. num. 63. quibus Nauarr. in capit. ita quorundam, de iude. notabil. 8. num. 26. pag. 115. subscripsit: quia captiuos redimere, est damnū hostibus inferre, vt probat. l. 2. tit. 29. infra ista pa. cuius verba sunt: *Lo quarto por fazer daño a los enemigos, cobrando de ellos los que tienen presos de su parte, sacandolos de su poder.* Et quia lucrum personarum, pręponderat cuicunque iacturæ pecuniæ. l. in seruorum. §. final. de pœnis. l. sancimos. C. de sacrosan. eccles.

Nec huic conclusioni obstat. l. 22. tit. 5. pa. 5. quæ ad hostes prohibet vtilia omnia deferre, in illis verbis: *Ca dar armas, o fazer otra ayuda a los enemigos de la fe, con que se puedan amparar, es vna manera como de traycion.* Nam respondeo, quod qui pecuoias pro prēda capta emēda dat, nō videtur aliquid immediate vtile ad defensionem, quale est collatio armorū & commeatus dare, & ꝙ pro dicta pecunia forsan hostibus auferetur aliquid aliud, magis vtile nostratibus, quo casu ex præsumpta legis voluntate, licet cum hostibus contrahere. & sic dixit Nauarr. in d. cap. ita quorundam. de Iudæis notab. 8. 43. Christiano absque pœna excommunica-

nicationis licere, arma sua sibi parũ apra pro armis Sarraceni aptissimis, soluta iusta Sarraceno pecunia, pro maiori valore, commutare: quæ omnia supra dicta nostram sententiam confirmant.

Titulus 31. De los studios.

In.l.4.tit.31.pa.2.inglo.4.

1 *Referuntur contrariæ opiniones in quæstione an famulo infirmo stipendium debeatur tempore infirmitatis, & concluditur de consuetudine, & etiam de iure non deberi indistincte in omnibus quibus salarium debetur.*

GLo. 4: in verb *Deuen auer el salario.* Dicit, quoad salarium doctorum, approbatur glo.in.l.arboribus, in.§.de illo, ff.de vsufruct. per hanc legem partitæ, quæ glo. inquam tenet, quod salarium debetur famulo, etiam ægrotanti, quia tempore infirmitatis seruire videtur: eã sequitur Specula.tit.de locato.§.si postquam, & Ioan. Andræ.in cap. propter de locato, & Hostien in summa, tit.eod. § quæ actiones. Et hanc conclusionem sequitur Didac. Perez in.l.1.tit.2 libr.1. colum.63. qui dictos DD. non citat. contrariam tamen sententiam tenet Bart. in .l.si vno.§.cum quidam ff. locati, numero.8. & Alexand.in. l. si cum dote. § in nouissimo.ff.soluto matri. & Ioann. de Imol.in dict.capit.propter, num. 12. dicens communem esse contra Speculatorem, & dict.glo.in.l.arboribus. & eandem dicit communem Abb. in cap.1 de clerico ægrot.num.9 & idem Bart.in.l. 1.§.diuus el.2.de varijs & extra ordina. cognitio. distinguens, num. 5. cum sequentibus, & dicit, aut quidam eliguntur, ad aliqua officia habenda, principaliter propter laborem, vt stipendiarij, & isti non debent habere stipendium suũ, nisi pro rata temporis: quandoquidem eliguntur ad aliquod officium, quod respicit laborem & probitatem scientiæ, vt officium aduocationis vel accessoris, & isto casu si vna præstatio erat facienda, habebit salarium totum, & si præstatio fuerit annua, habebit pro toto illo anno. quandoque eliguntur propter laborem, & animi discretionem, vt quando aliquis præponitur legioni militum, & isto casu totum debetur sicut doctori. quandoquidem eligitur ad aliquod officium, habens dignitatem principaliter, vt ad officia magna, vt quod sit præfectus, vel domesticus principis, vel præses, & isto casu debetur salarium pro toto futuro tempore, nulla habita distinctione, quod sit salarium annuũ vel non; per.l.si quis in sacris. C.de proxim. sacro scrinio.l matriculam. C. de agendi. in Rebu.lib.12 quæ ex Bart. supra citato collegimus, profusius ea tractante. sed.l. 9 titu.8.pa 5 à Bart. distinctione discedit, quo ad aduocatos: & ibidẽ quid circa menestrales, scilicet officiales mecanicos, & quo ad Doctores, & Magistros scientiarum, & Magistratus, & officia habentia dignitatem, Glossator noster tangit in dict.l.9.in glo 2. & .3.& dicit hanc legem esse antiquatam ex cõtrario vsu.& sic omnes solum salarium obtinebunt, pro rata temporis. Ex qua conclusione cessat omnis controuersia Doctorum & hac de causa supersedeo alijs quæ recensuit Petrus Duenas reg. 63 & ita practicatur, etiam in auditoribus, & consiliarijs Regis.

In.l.8.tit.31.par.2.inglo.1.

1 *Lex ista non corrigitur per.l.8.tit. 7.lib.1.recopil.sed quo ad præstationes collectarum restringitur ad licentiatos graduatos in quatuor vniuersitatibus, actu legentes, vel aduocantes.*

2 *Ratio in legis proœmio posita est, causa finalis.*

3 *Causa proœmialis respicit omnia contenta in statuto, ex quo colligitur mens statuentium & contrahentium.*

4 *Licentiatus in quacunque vniuer*

ſitate graduabus actu legens vel aduo
cans gaudebit cęteris iuris priuilegijs.

GLo.in ver. E *apronechaſſe della*. Remiſ-
ſiue ponit aliqua doctorũ priuilegia,
1 cuius rei materiam nos dilatauimus, in
l.3.tit 10.ſupra iſta pa in glo.8.ad vnum
tamen animaduertas obſecro, quod lex
iſta non omnino corrigitur, per.l.8.tit.
7.lib.1.recopilat. vt voluit Olan. in ſua
antino. in fine operis, in epilogo legum
correctarum, num.14. ſed tantum reſtrin
gitur, circa collectarum preſtationes, ad
Doctores, & Magiſtros, ac Licentiatos,
graduatos in dictis quatuor vniuerſita-
tibus, actu legentes; vel aduocantes: vt
notatur.d.l.3. circa cætera vero priuile-
gia, manet noſtra lex incorrecta, quod
nobis verba præfactionis.d l.8.ſuadent,
vbi dicitur, propter nimiam multitudi-
nem Doctorum, & Licentiatorum, vo-
lentium ſe eximere, à prestationibus col
lectarum ingens damnum in plebeios
redundare, dignum competenti reme-
dio, ob quod inquit: *Porende queriendo*
remediar la dicha deſorden, ordenamos, &c.
2 quę expreſsio rationis, in proœmio le-
gis, eſt cauſa finalis, eius quod ibi diſpo
nitur, vel ſtatuitur: vt probat text. me-
lior de iure, in.l Pacumeius. ff. de hæ-
red.inſti. vbi Bart. & Baſ. & in.l.1. ff ad
macel. vbi etiam dixit Bart. quod ad
ſciendum mentem ſtatuentium, recurra-
mus ad proœmium, ipſius ſtatuti, pro
qua concluſione facit. l. Titia. §. idem
reſpondit.ff.de pact. & Segura in repe-
ti.l 3.§.fin. ff. de lib. & poſth. col.1. ex
doctrina Bart.in.l.regalia.§.licet.ff.de iu
ris & factis igno.dicit, quod præfactio
ipſa ampliat & reſtringit legẽ: vbi Bal.
inquit præfactio legis, dat intellectum
toti legi, per tex in.l.cum ij in initio.ff.
de tranſact & ibi etiam dicit, quod proœ
mium ponitur loco cauſæ finalis. & idẽ
in.l. hæc verba.C.de falſa cauſa adiect.
quod quicquid agimus: agimus propter
finem: & quod cauſa finalis, probatur
per proœmium: & in cap. ſecundo re-
quiris de appella. quod cauſa proœmia-
3 lis, reſpicit omnia contenta in ſtatuta. &
quod ſic mens & intellectus legis lato-
ris, colligitur ex præfactionibus: ſimili-
ter mẽs & intellectus cõtrahentiũ: vt in
l.fi.ff.de excep.dol.& in.l.emptor.§.an
cilla.ff.de reiuend. Ex quibus probatur
noſtra cõcluſio, quod.d.l.8.diſponit tan
tum, circa collectarum præſtationes, in
quibus damnum verſatur propter copiã
nimiam doctorum. In cæteris verò, iura
antiqua incorrecta omittendo. Et ita Do
4 ctor vel Licentiatus, in quacunq; vniuer
ſitate approbata, graduatus, actu legens,
vel aduocans, vel officium iudicis mini-
ſtrans, non torquebitur, nec vltra quam
facere poteſt conuenietur, vt diximus ſu
pra.d.l.3.tit.10.iſta pa.

Laus ſit Sacroſanctæ ac indiuiduæ Trinitati crucifixi Ieſu Chriſti
Domini noſtri humanitati, nec non beatiſsimæ ac glorioſiſsimæ
Virginis Mariæ integritati ſeu fœcunditati.

Sub cenſura & lima noſtræ Sacroſanctæ
Matris Eccleſiæ Romanæ.

INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM MATERIARVM IN hoc libro contentarum ordine alphabetico Digestus post numerationem Legum, Titulorum, & Glossarum, & Numerorum.

In litera B.

bona

In litera C.

verum

bium

In litera D.

effecti

In litera E.

In litera F.

In litera G.

In litera H.

In litera I.

immu

In litera L.

lex

In litera M.

maio-

mona-

In litera N.

nobi-

In litera O.

Pacto

In litera P.

In litera Q.

In litera R.

præla-

In litera S.

In litera T.

In litera V.

FINIS INDICIS.

CVM PRIVILEGIO.

Madritij, Excudebat Querinus Gerardus.

Anno, M. D. LXXXVIII.